# DE INVESTITURA FEUDI TRACTATUS HENRICI BOCERI JCTI IN...

Heinrich Bocerus, Giovanni Battista Coccini

Digitized by Google

VITT. EMANUELE
13
141 A
5

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13. 16. 2. 15

33.4.26

Digitized by Google

Digitized by Google

# De Inveſtitura Feudi

*TRACTATVS*

# HENRICI BOCERI

JCti

*IN INCLYTA TV-
BINGENSI ACADEMIA
placitorum feudalium, & criminalium
ſanctionum Profeſſoris Or-
dinarii.*

INDEX QUÆSTIONUM
præcipuarum, quæ hoc Tractatu expe-
diuntur, ipſi Tractatui præ-
miſſus eſt.

Ex Legato Ill.mi Caccini

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

*TVBINGÆ,*
Typis & Impenſis CELLIANIS.

ANNO M. DC. VIII.

Digitized by Google

IMAGO.

*NOBILIS ET CONSVLTISS. VIRI,*

DOMINI HENRICI BOCERI, V. I. D.

Inclyta in Academia Tubingenſi Anteceſſoris, &c.



*Quòd* MANIBUS DIVES, *tua publica ſcripta loquuntur:*

PASCIS COR DAREIS, *Iuridicaq; Scholæ.*

Digitized by Google

*Generoſa Nobilitate conſpicuo,*
*inſigni prudentia, omniq́; laude*
*florenti Viro,*

# Dn. MELCHIORI Jäger à Gärttringen,

**in Höpffigkheim/ꝛc.**

*Illuſtriſsimi Principis, ac*
*Domini,*

## Dn. Iohannis-Friderici,

Ducis Württembergici, ac Teccii,
Comitis Mompelgardenſis, Domini in Hayden-
heim, &c. Conſiliario in ſecretio-
ribus primario,

*Domino ſuo benevolo propenſeq́;*
*honorando.*

*ETSI ingeniorum bonitate noſtra ætas longè præſtet Patrum memoriæ, vir Strenua Nobilitate p̄cellens,*

*ac literæ omnes non modò ſermonis nitore, ſed & rerum tractatione facili & accurata, rationeq́ ordinis pſpicua, hoc noſtro ſeculo floreant magis, quam priſcis temporibus: attamen diffiteri non poſſumus, multa adhuc plerisq; in ſcientiis deſiderari, quæ ad perfectionem earum ſpectare videntur; quæ cum neque una vice, neq; ab uno aliquo præſtari abſolutè poſſunt, quorundam indefeſſo ſtudio, et operâ, temporis ſucceſſu abſolutionis incrementum capere intelliguntur. Id quod in noſtra quoq; juriſprudentia contingere videmus.*

*Cæterùm licet multi eò mentis*

*ſuæ*

Digitized by Google

*ſuæ nervos intendant, ut explanationis lumine jus noſtrum illuſtrent, non tamen omnes illi æquè feliciter in eo operam ponunt.*

*Aliqui communia tantum, & quæ omnib. penè patent, ſuos in Commentarios congerunt; ex abditis verò, quò ſine labore, & ingenio acceſſus non eſt, profeꝛunt nihil; ſuas tamen ſe partes præclarè abſolviſſe autumant, ac ſpecioſis magnaqúe pollicentibus titulis exigui precii tractatus ſuos in publicum protrudunt.*

*Quidam interpretando jura noſtra, vel ex ingenii tenuitate, et inopia, vel nimia, quam*

*ſibi ſumunt, confidentiæ, pervertunt multa, & pulcherrima ſæpe conditorum juris reſcripta, ac reſponſa turpiſsimis maculis inquinant.*

*Nonnulli tantum ex aliorum ſcriptis undique colligunt, conficiuntq́ libellos non inutiles; ſed interim in quo materiæ vis reſideat excultior, ipſi non aperiunt, nec quicquam, in quo ingenii lumen eluceat, aut ſcientiæ, & judicii ſigna cernantur, proferunt. Numerant ſolum non ponderant aliorum opiniones.*

*Haud pauci verò egregiam quidem juris ſtudio operam navant, ut in ipſis textibus explanandis, exquiſitoq́ ordine quodam*



Digitized by Google

*dam tractandis, ſic & quæſtionibus nodoſis, & involutis expediendis; veruntamen non ita abſolutè, ut non alicubi vel accuratior explicandi ratio dari poßit, vel ipſi à mente conditorum juris interdum reperiantur alieni; ut ſæpe illis, quod ruſticis, accidat, qui licet diligenter laborent, ut è tritico lolium eximant omne, ab eo tamen ſegetes agrosq́; ſuos planè expedire nequeant.*

*De mea quamvis in interpretando jure noſtro felicitate præcipua gloriari non poßim (meo enim me modulo, ac pede metiri didici) in hoc tamen nobili ſtudio in id incumbo ſedulò,*

*ut quandiu cum vita valetudo, & cum valetudine ocium ſuppetet, eius vim cum declarando textum perſpicuè, tum accurata methodo pulchrè ornando excultiorem reddam.*

*Citra arrogantiæ notam, quæ à mea conſuetudine, & natura abeſt plurimum, id affirmare poſſum verè, cum judices cauſæ hujus habeā non vulgares, quod divini numinis auxilio quibuſdam meis ſcriptis hactenus editis Nomotheſiam noſtram non paucis difficultatib. expedierim commodè.*

*Idem præſtiti in hoc meo de inveſtitura feudi libello; qui cum profuerit multis, dum adhuc pri-*

Digitized by Google

*privatus eſſet, ſpero eundē, nunc publici juris factum, juriſprudentiæ ſtudioſis cultoribus, quorum commodo conſulere paratus ſum propensè, non parum utilitatis allaturum.*

*Eum autem, vir nobilitate insigni præſtans, Tuo inſcribere Nomini placuit mihi multis ex cauſis. Allicit me ad hoc tua incredibilis humanitas, eximia pietas, (unde omnis felicitas fluit) vitæq; probitas, quæ non humili, neq; obſcuro latent loco, (extant quippe de illis non modò piarum precum libellus tuus Germanicè & Latinè editus, ſed & alia rerum argumenta minimè dubia) tum eximia ad*

colendam virtutem animi propenſio, illuſtre mentis, ingeniiq́ꝫ lumen, tum etiam ſingularis ac rara prudentia Tua, ac de reb. arduis excogitandi conſilii dexteritas, celeritasq́ꝫ admiranda; in qua tibi, credo, pauci cõferri, nemo autem anteferri poteſt.

Hæc omnia, licet tu quidem Princeps fortuna non ſis, excelſo tamen Principi, ac Domino, Domino Johanni Friderico, Duci Wirttembergico, &c. Domino noſtro Clementiſſimo ita commendarunt Te, ut Celſitudo ipſius eo te numero habeat, quem ſuorum omnium conſiliorum et participem, & adjutorem præcipuum eſſe voluerit.

Et

Digitized by Google

*Et quia vides Principis noſtri cogitationes, curasq́; omnes ad decus, ſplendorem, & felicitatem Reipub. referri, Eius Celſitati tuis nocturnis diurniſqúe meditationibus, ac fideli, & prudentiæ pleno conſilio ita ſuccurris, ut neque ætatis tuæ affectæ, neque prolixitatis adminiſtrandarum rerum propriarum rationem habere deſideres ullam.*

*Extant hinc tua, ad res præclaras qui natus es, & à natura formatus, in Rempub. Wirtembergicam tanta merita, ut nulla oblivio delere ea poſſit unquam.*

*Cui ergò potius, quam Tua*

*præclaræ Nobilitati, ad declarandam Ei animi mei obſervantiam, hunc meum de Inveſtitura feudi libellum dedicarem? maximè cũ ipſamet quoque de ampliſsimis inveſtita ſit feudis, & Natos ſuos de eiſdem inveſtiri aliquando optet.*

*Accipe igitur vir Nobiliſsime, Strenue, animo benevolo, hunc meum, quem in hominum manus ſub Generoſæ Tuæ Nobilitatis illuſtri nomine mitto, Commentarium, argumentũ obſervantiæ in Te meæ certiſsimum.*

*Nota quidem mihi eſt Spectatæ Nobilitatis Tuæ in publicis negotiis occupatio; Et Viri Nobiles, aliique non modò cottidiè,*

Digitized by Google

*tidiè, ſed & omnibus penè horis, ut officii, & honoris, ſic & deſiderii ſui, ſuorumqúe exponendi cauſa ad Te adeunt; Verum quia non ignoro, quod Tibi occupationes eripiunt, id ingenii præſtantiâ cōſequaris: non ambigo, quin aliquando per occaſionem hunc quoque meum inſpecturus ſis libellum, & de eo politum tuum, ac limatum laturus judicium.*

*Illuſtri Tuæ Nobilitati, ſi obtineo, ut ſtudium hoc meum probetur, ſanè meos labores non exiguo compenſatos eſſe fructu putabo. Illud ſaltem debitâ animi obſervantiâ peto, Tuo ut me favore, cum incremento priſti-*

*næ*

Digitized by Google

*næ benevolentiæ cõplecti pergas. Vale ac ſalve vir nobiliſſime. Tubingæ ex meo Muſæo, 3. Septembris, Anno reparatæ per Christum ſalutis humanæ Milleſimo Sexcenteſimo Octavo.*

Generoſæ Tuæ
Nobilitatis

obſervantiſs.

Henricus Bocerus,
Juriſconſultus.



Digitized by Google

# Epigramma:

*Ad Nobilem, Ampliſſimumq́ Virum:*

# Dn. HENRICVM BOCERUM: ACADEMIÆ TUBINGENSIS ANTeceſſorem præcellentiſſimum:

*Affinem & Collegam ſuum exoptatiſſimum.*

NOBILIS Articulus Iuris feudalis habetur,
Quem juvat egregio jam poliiſſe ſtylo.
At pars, quæ ſupereſt, dudum quam, Clare BOCERE,
Tractâſti, minus haud commoditatis habet.
Quare perge, velut pergis, ſervire juventæ:
Cætera doctrinæ pignora prome tuæ.
Sic tua laus creſcet, quæ nunc innotuit Orbi:
Plurima ſic creſcent præmia: creſcet honos.
Creſcet honos; tibi quem non mors, nec longa vetuſtas
Læſerit: hæc rapiat cuncta creata licèt.
Præclaris etenim Scriptis, Virtuteque parta
Gloria, ſupremos effugit uſque rogos.

*Iohannes Harpprechtus Juriſconſultus, in inclyta Tubingenſi Academia Profeſſor Ordinarius.*

In Tra-

Digitized by Google

# In Tractatum de
INVESTITURIS
VIRI
*Nobilis et Conſultiſſimi,*
# DN. HENRICI
BOCERI, JURISCONSULTI:
Academiæ Tubing. Anteceſſoris longè celeberrimi, & Supremi Conſiſtorii VVürttembergici Adſeſſoris digniſſimi, &c.

*Domini Collegæ & Promotoris ſui honorandi.*

MAGNE Bocere, decus noſtri admirabile ſecli,
Cui debent, quantum vix alii, ſtudia:
Quæ tibi poſteritas? quæ reddent præmia Muſæ?
Quæ cõdigna tuo dona labore dabunt?
Nunc iterum in Dias quod profers luminis oras,
Doctorum & tradis lætus in ora virûm;
Egregios, multâ & vigilatos nocte labores,
Divino fovit quos Themis alma ſinu.
De INVESTITVRIS nodoſa ænigmata ſolvens
Ingenii magnâ dexteritate tui.
Scilicet æternæ expendent pomaria famæ
Longè ultra Eoas, Heſperiasque plagas.

*Samuel Banſovius, V.I.D. & Supremi Tribunalis Wirttembergici Adſeſſor, deproperabat.*

Elen-

Digitized by Google

# Elenchus Quæſtionum,

## *Quæ hoc Tractatu expediuntur.*

### QUÆSTIO I.

CUius effectus ſit pactum nudum, quo feudum alicui eſt promiſſum? cap. 2. pag. 20. nu. 7.

2. Quo actionis genere inveſtituram feudi, atq; ita ipſum quoqúe feudum petere poſſit is, cui illud vel inter vivos eſt promiſſum, vel ultima voluntate relictum, ſi promiſſor, vel teſtatoris heres feudum præſtare, & de eo inveſtituram facere recuſet? c. 2. p. 26. n. 17.

3. An feudum conſtitui dicatur, non tantum quando per pactum nudum, per ſtipulationem, aut per cambium alicui promittitur, vel ultima voluntate relinquitur, ſed etiam quando per inveſtiturã realiter novo Vaſallo adquiritur, vel etiam præſcriptione, aut ſucceſſione. cap. 2. p. 29. n. 20.

4. Vtrum Dominus, ex conſtitutione feudi obligatoria competenti actione convent⁹ teneatur præcisè novo Vaſallo tradere feudũ, & de eo ipſum inveſtire; an v. præſtando intereſſe liberetur? cap. 2. p. 32. n. 25.

5. Vtrum venditor præcisè rem venditam tradere emptori compellatur; an v. intereſſe præſtando liberetur? cap. 2. p. 33. n. 27.

)( )( Inve-

Digitized by Google

6. Inveſtitura an ſit contractus, & qualis; nominatus, vel innominatus; bonæ fidei vel ſtricti juris? cap. 2. p. 38. n. 34.

7. Emphyteuſis utrum ſit contractus bonæ fidei, an ſtricti juris: item ſitné juris gentiū, an verò juris civilis? cap. 2. p. 52. n. 48.

8. An inveſtitura ſit contractus ſtricti juris, aut bonæ fidei, ſi à Principe ſit facta? cap. 2. pag. 58. n. 54.

9. An ad feudi præſcriptione acquiſiti poſſeſſionem juſtam conſtituendam, inveſtitura feudi veteris requiratur? cap. 2. p. 67. n. 62.

10. An feudū pręſcriptione acquiſitum ſit vetus feudum? cap. 2. p. 67. nu. 63.

11. An Dominus & feudi ſucceſſor ſcienter & prudenter ab antiqua inveſtitura recedere poſſint? cap. 2. p. 72. n. 69.

12. Vtrum facta inveſtiturâ ſimultaneâ, & feudi poſſeſſore defuncto, ſucceſſio in capita, an v. in ſtirpes fiat? cap. 2. p. 90. n. 92.

13. An feudi poſſeſſore defuncto, ſimultaneè inveſtitus frater & eius filii eodem tempore unà ſuccedere poſſint? cap. 2. p. 67. n. 97.

14. Quomodo cognati vel extranei ſuccedere debeant, ſi cum feudi poſſeſſore ſimultaneè ſint inveſtiti? cap. 2. p. 101. n. 105.

15. An pupillus tutore authore novam inveſtituram facere poſſit? cap. 3. p. 115. n. 4.

16. An pupillus obligetur ex inveſtitura ſaltem naturaliter, ſi abſque tutore, vel cum tuto-

Digitized by Google

tutore, ſed ſine magiſtratus decreto inveſti-
turam fecerit, de re immobili, vel æquipol-
lenti, aut mobili precioſa re, ut ſcil. fideiuſ-
ſor ſaltem, qui intervenit pro pupillo inveſti-
turam faciente, fideiuſſorio nomine ad inter-
eſſe conveniri poſſit à Vaſallo? cap. 3. p. 117.
num. 5.

17. Si minor 25. annis, inveſtiens aliquem de feudo novo, juraverit, ſe irrevocabiliter ſervaturum factam inveſtituram, an juramẽto illo non obſtante, pœnitentia ductus feudum revocare poſſit? cap. 3. p. 140. n. 31.

18. Num prodigo ipſo jure bonorum adminiſtratione interdicatur: an verò Magiſtratus decretum requiratur, ita ut ante ſententiam à Magiſtratu latam prodigus ſe obligare poſſit? cap. 3. p. 144. n. 36.

19. Sitné valida interdictio bonorum & curatoris datio à Prætore facta alicui, ut prodigo, cum tamen prodigus non ſit? cap. 3. pag. 153. n. 43.

20. Si peculii adventitii uſusfructus ad patrem non pertineat, ſed commodo filiis illè cedat, an hoc caſu novam inveſtituram facere poſſit filiusfam? cap. 3. p. 154. n. 46.

21. An Procuratores rerum alienarum novam inveſtiturã facere poſſint? cap. 3. p. 160. num. 51.

22. An tutor de rebus pupilli novam inveſtituram facere poſſit? cap. 3. p. 167. n. 53.

23. An tutori integrum ſit, cum cauſæ cognitione & decreto ſaltem Magiſtratus, pupilli prædia in feudum dare? cap.3. p.169. num. 54.

24. An liberum ſit Eccleſiæ Prælato, feudum ſuæ Eccleſiæ apertum, alicui ex cognatis ſuis denuò jure feudi concedere eo caſu, quo expedit Eccleſiæ, ut iterum alicui in feudum detur? cap. 3. p. 174. n. 56.

25. Quando prædia Eccleſiaſtica, feudo aperto ad Eccleſiam reverſa, cenſeantur de menſa Eccleſiæ denuò effecta, vt amplius in feudum dari nequeant? cap. 3. p. 177. n. 58.

26. Quantum temporis ſpacium deſideretur ad hoc, ut res Eccleſiaſtica dicatur ſolita in feudum dari? cap. 3. p. 182. n. 61.

27. Num Prælati Eccleſiarum, poteſtatem infeudandi res Eccleſiaſticas, antea inſolitas in feudum dari, legitima præſcriptione adquirere poſſint? cap. 3. p. 186. n. 62.

28. An Prælatus Eccleſiæ etiam decimas, ante concilium Lateranenſe in feudum dari ſolitas, ſi ad Eccleſiam feudo aperto reverſæ fuerint, abſque Pontificis conſenſu denuò alicui Laico in feudum tribuere poſſit? cap. 3. p. 189. nu. 64.

29. An Imperator novam inveſtituram facere poſſit de rebus Imperii? cap. 3. pag. 192. num. 66.

30. An Imperator Rom. donationẽ Conſtan-

Digitized by Google

ſtantini (ſi facta illa eſſet) jure vindicare & denuò orbi Romano adiicere poſſit? cap. 3. pag. 202. num. 70.

31. An Imperator denuò aliquem inveſtire poſſit, ſi feudum aliquod imperio ſit apertum? cap. 3. p. 204. n. 71.

32. Si Vaſallus aliquis imperii ſenex ſit decrepitus, nec filium feudi ſucceſſorē habeat, proindeque Imper. Romanus ſene illo adhuc vivo, ſub conditione mortis ipſius de eo feudo alium inveſtierit, feudum autē illud, mortuo Imperatore feudi inveſtitore, aperiatur imperio, num alius Imperator ſucceſſor inveſtitoris, ex prædeceſſoris inveſtitura feudū illud novo Vaſallo præſtare teneatur, nec ne? cap. 3. pag. 205. nu. 72.

33. An Imperator ex plenitudine poteſtatis bona aliena invito domino auferre, eaq; alii in feudum dare poſſit? cap. 3. p. 208. nu. 74.

34. An Princeps ſit ſolutus legibus? cap. 3. pag. 211. n. 78.

35. Vtrum regalia Imperator alicui in feudum novum dare poſſit? cap. 3. p. 242. n. 97.

36. Si Princeps cuidam Comiti, Baroni, Nobili, vel civitati regalia quædam maiora, in quodam territorio jure feudi per novam inveſtituram conceſſerit, utrum cumulativè, aut privativè ea intelligantur conceſſa? cap. 3. p. 250. n. 100.

37. An dato alicui nobili à Principe in feu-



Digitized by Google

dum regali jure, metalli fodinarum, certi alicuius territorii, cenſeatur etiam juris eſſe regalis, & ad nobilē Vaſallum pertinere proprietas harum fodinarum, quæ in eius territorii prædiis inveniatur hominum privatorum, aut quid aliud de jure ſit regali in fodinis hiſce, quod ex feudi conceſſione ad eum Vaſallum ſpectet? cap. 3. p. 252. n. 101.

38. Num ipſæ auri, argenti, cęterorumquę metallorum fodinæ, etiam proprietatis jure, ad fiſcum Imperatoris jure regali pertineant, licet ſint inventæ in prædiis hominum privatorum? cap. 3. p. 253. n. 102.

39. Si Imperator aliquē de Ducatu, Marchionatu, Comitatu, civitate aut pagis quibuſdam inveſtierit, utrum tacite intelligatur quoque eadem inveſtiturâ conceſſiſſe novo illi Vaſallo, regalia in eodem illo territorio, de quo eum inveſtivit? cap. 3. p. 257. n. 104.

40. Si Imperator aliquem inveſtierit de Ducatu, Marchionatu, aut Comitatu *cum omni jure*, utrum hac inveſtitura cenſeatur etiam regalia conceſſiſſe, nec ne? cap. 3. p. 262. num. 107.

41. Si Princeps de quibuſdam regalibus auri, itemq; argenti fodinarum, quodam in territorio quendam nobilem, aut civitatem aliquam per feudum inveſtierit, additâ hac generali clauſulâ, *Cum omnibus & quibuſcunque aliis regalibus*, quæ regalia huiuſmodi inveſti-

veſtitura cenſeantur translata? cap. 3. p. 264. num. 109.

42. Vtrum Princeps, qui per feudum inveſtit aliquem, de duobus aut tribus regalibus, non adpoſita generali clauſula, de qua in præcedenti quæſtione, cenſeatur etiam concedere regalia cætera, quæ ſunt ſimilia nominatim expreſſis in eodem territorio illo? cap. 3. pag. 366. nu. 110.

43. Si Princeps, quando inveſtit aliquem de regalibus in quodam territorio, certas ſibi regalium ſpecies reſervet, cætera autem regalia in feudum alicui cõcedat, nunquid omnis generis regalia, maiora & minora hac inveſtitura concedere intelligatur? c. 3. p. 268. n. 111.

44. An quilibet homo etiam ignobilis, puta dives ruſticus res ſuas per inveſtituram cõcedere alicui in feudũ poſſit? c. 3. p. 270. n. 112.

45. An maritus de prædiis dotalib. inveſtire aliquẽ per feudum poſſit? c. 3. p. 281. n. 116.

46. An ſervitutes hodiè p ſe uſucapi poſſint? cap. 3. p. 283. n. 119.

47. An Vaſallus de ſuo feudo, quod ab alio poſſidet domino, aut de feudi ſui parte, alium quempiam jure ſubinveſtire poſſit? cap. 3. p. 289. nu. 21.

48. Si pacto inveſtituræ expreſsè cautum ſit, ne feudum alienetur, ſitné integrum Vaſallo, pactione hac non obſtante, ſubinveſtire aliquem de feudo ſuo? cap. 3. p. 295. n. 125.

)( )( 4 49. An

48. An Vaſallus Eccleſiæ de feudo ſuo Eccleſiaſtico alium ſubinveſtire poſſit? cap. 3. p. 297. n. 127.

49. Sitné integrum Vaſallo abſque domini conſenſu ſubinveſtire aliquem de feudo ſuo, q̃ habet in curte domini, vel extra curtẽ, ubi tamẽ dominus diſtrictum, vel alium honorem habet? cap. 3. p. 299. n. 128.

50. An ſurdus, mutus, cæcus, furioſus, & mente captus novam inveſtituram accipere poſſint? cap. 3. p. 309. n. 134.

51. An infans inveſtiturã accipere poſſit? cap. 3. pag. 311. n. 135.

52. An impubes infante maior de feudo inveſtiri poſſit? cap. 3. p. 313. n. 136.

53. Num impubes etiam abſque tutoris ſui autoritate inveſtituram rectè accipiat? cap. 3. pag. 313. n. 137.

54. Num ſpurius novam accipere inveſtituram jure poſſit? cap. 3. p. 315. n. 140.

55. Vtrum ſpurii ſint infames? cap. 3. p. 317. num. 141.

56. An infames novam accipere inveſtituram, & per eam adquirere feudum novum poſſint? cap. 3. p. 320. n. 142.

57. An Clericus per novam inveſtituram feudum acquirere poſſit? cap. 3. p. 326. n. 145.

58. Vtrum ruſticus novam accipere inveſtituram, & per eam feudum acquirere poſſit novum? cap. 3. p. 336. n. 149.

59. An

59. An Monachus novum feudum acquirere poſſit? c.3.p.329.n.146.
60. An ruſticus ex feudo, quod ipſi datur, nobilitatis inſignia capiat. c.3.p.339.n.152.
61. Si Dux, Marchio, Comes, ruſticum inveſtiet de feudo quodam, non ex regali ſuo feudo, ſed ex patrimonio ſuo allodiali, utrum inde ruſticus ille nobilis efficiatur? c.3.p.344.n.157.
62. Si ruſticus feudum emat nobile, nũ ex hoc nobilis efficiatur ipſe ruſticus? c.3.p.345.n.158.
63. An deportatus novam jure capiat inveſtituram, nec ne? c.3.p.345.n.159.
64. Perſonæ ſubiectio, quæ fit per Homagium an ſit ſervitus? c.4.p.357.n.8.
65. An impubes per ſe, aut per alium fidelitatem facere cogi poſſit. c.4.p.361.n.12.
66. An de feudo modico juramentum fidelitatis ſit præſtandum? c.4.p.362.n.13.
67. Num in feudo franco etiam juramento promittenda ſit fidelitas? c.4.p.364.n.14.
68. An eius feudi nomine juratoria fidelitas præſtanda ſit, ex quo Vaſallus annuum canonem Domino præſtare cogitur? c.4.p.364.n.15.
69. Si plures ſint Vaſalli conſortes, iiq; unius defuncti Vaſalli heredes; an omnes & ſinguli ad juratoriam fidelitatis promiſſionem teneantur, ſi diviſum feudum teneant? c.4.p.365.n.16.
70. Qua forma Vaſallus Domino ſuo fidelitatem promittere debeat? c.4.pag.367.n.20.
71. An Vaſallus juramentum fidelitatis per ſe

præſtare cogi poſſit? cap. 4. pag. 372. nu. 22.

72. Si univerſitati cuidam datum ſit feudum, puta civitati, utrum ſinguli cives per ſe fidelitatis juramentum domino præſtare teneantur: an verò hoc per Syndicum expediri poſſit, cumq; Dominus etiam invitus admittere cogatur? cap. 4. p. 377. n. 25.

73. Si Vaſallus primitùs juſiurandum fidelitatis præſtiterit pro ſe, & heredibus ſuis, an defuncto eo legitimi ipſius ſucceſſores ſimiliter in inveſtitura juramentum hoc dare teneantur. cap. 4. pag. 379. n. 26.

73. Si Vaſallus in actu inveſtituræ fidelitatem juraverit Domino, recipienti pro ſe & ſucceſſorib. ſuis utrum idem Vaſallus, mortuo Domino, eius heredibus iterum juramento fidelitatem promittere cogatur? c. 4. p. 381. n. 27.

74. An Vaſallus ut Domino ſuo, ſic & eiuſdem filio, ſuperſtite adhuc ipſo Domino, fidelitatem jurare compellatur? c. 4. p. 388. n. 33.

75. Procuratores, quibus libera omnium rerum adminiſtratio commiſſa eſt, utrum alienandi poteſtatem habeant? c. 3. p. 163. n. 52.

76. Quæ ſit ratio cur filiusfam. teſtari prohibeatur de peculio adventitio, cuius & proprietatem & uſumfructum habet: cur item peculiũ idem vivo patre alienare nequeat? c. 3. p. 156. n. 48.

77. Quot anni requirantur, ut bona Eccleſiaſtica de menſa Eccleſiæ denuò facta cenſeantur? c. 3. p. 177. n. 58.

78. An

78. An Princeps iis legib. ſit ſolutus, quæ indefinitè ſunt ſcriptæ, & neq; ad Imperatorẽ, neq; ad privatos ſpecialiter directæ? c. 3. p. 225. n. 86.

79. An ſervus de feudo inveſtiri poſſit? cap. 3. pag. 306. n. 132.

80. Utrum Domino, vel ipſi ſervo feudũ, adquratur de quo inveſtitus eſt ſervus? c. 3. p. 308. n. 133.

81. An tutor Vaſalli pupilli juramentum fidelitatis, etiam ſine mandato præſtare poſſit? c. 4. p. 389. n. 33.

82. An Vaſallus teneatur domino fidelitatẽ jurare etiam cõtra ſuum patrem? c. 4. p. 389. n. 34.

83. An mortuo Domino pluribus relictis filiis, horum uni tantum, vel omnib. præſtandum ſit fidelitatis juramentum: & num omnibus, au verò uni tantum ſervitia præſtare Vaſallus cogatur? c. 4. p. 401. n. 42. & p. 409. n. 46.

84. Utrũ dominus obligatus ſit ad præſtandum fidelitatis juramentũ ſuo Vaſallo. c. 4. p. 410. n. 47

85. Si pares curiæ inveſtitionis tempore abfuerint, num reditus ipſorum expectandus ſit, & differenda inveſtitura in eorum reditum, nec ne? c. 4. p. 415. n. 55.

86. Quamdiu Dominus abſentes curię pares expectare teneatur, antequã extraneos inveſtituræ negotio teſtes adhibere poſſit? c. 4. 420. n. 57

87. Vtrum pares curiæ, ſi ad inveſtitionis negotium vocati venire recuſent, dictione mulctæ cogendi ſint: an vero extranei teſtes adhiberi debeant? ibidem.

88. Utrum

88. Utrum ad inveſtiturā novam, quam Clerici faciunt, pares tantum curię teſtes vocari debeant; ſi quos Dominus Clericus habeat, an vero extranei quoque adhibendi? c.4. p.423. n.60.

89. Si extranei ſint teſtes, qui tempore inveſtituræ communi hominum opinione pro paribus curiæ judicati fuerunt, num inveſtitura dicatur inutiliter facta? c.4. p.431. n.66.

90. Si poſt inveſtitionis actum conſtiterit de extranea conditione eius, quæ priùs pro pare curtis habitus fuit, an poſtmodum extraneus ille de ipſa inveſtitura probanda teſtis produci poſſit? c.4. p.433. n.67.

91. An breve teſtatum à tabellione tantum confici poſſit? c.4. p.434. n.69.

92. An ſolum ſufficiat ſigillum, ut probet inſtrumentū contra ſigillantem, an verò ſigillātis quoq; ſubſcriptio ſit neceſſaria? c.4. p.436. n.71.

93. Utrum teſtes, qui ad inſtrumentum inveſtituræ requiruntur debeant eſſe pares curiæ: an verò ſufficiant extranei? c.4. p.437. n.73.

94. Pares curiæ ſi adhibentur inveſtituræ ſolennitati, an adhuc requiratur, ut breve teſtatum de inveſtitura fiat? c.4. p.446. n.74.

95. Si de inveſtiturali inſtrumento dubium incidat, ſitne verum vel falſum, cui hac de re incumbat probatio? c.4. p.447. n.75.

96. Facta inveſtiturâ & fidelitate ſubſecuta, an dominus ad traditionem poſſeſſionis rei feudalis cogi poſſit? c.4. p.446. n.76.

97. Cum

97. Cum ex inveſtiturâ purè factâ confeſtim cogi poſſit Dominus ad tradendam rei feudalis poſſeſſionem, num etiam omiſſa extra judiciali denunciatione, ex poſtulatione Vaſalli in jus vocari poſſit? c.5.p.454.n.3.

98. An inveſtiturâ ex certo tempore factâ, Dominus ante illud tempus feudum tradere poſſit Vaſallo etiam invito? c.5.p.459.n.10.

99. Inveſtitura, purè facta de feudo Vaſalli, adhuc viventis, an reconvaleſcat, ſi poſtmodum Vaſallus ſine legitimis feudi ſucceſſoribus moriatur? c.5.p.465.n.14.

100. An inveſtitura valeat ſub conditione, ſive in diem mortis Vaſalli poſſeſſoris feudi facta? c.5.p.467.n.15.

101. Sitne utilis & valeat inveſtitura de feudo Vaſalli filios feudi ſucceſſores habentis, facta ſub conditione, ſi deceſſerit ille abſque feudi ſucceſſoribus? c.5.p.472.n.17.

102. Si Vaſallus, de cuius feudo alius eſt inveſtitus, in caſum mortis ipſius poſſeſſoris, poſtea liberos procreet; an ibi facta inveſtitura evaneſcat, nec ne? c.5.p.475.n.19.

103. An pacto inveſtituræ effici poſſit, ut nullo caſu feudum ad dominum revertatur? c.5.p.492.n.36.

104. An ex inveſtituræ pacto, quo actum eſt, ut frater fratri in novum feudum ſuccedat, etiam ipſi fratri abſenti jus & actio quæratur? c.5. pag.494.n.39.

105. Utrum

105. Utrum pacto inveſtituræ effici poſſit, ut feudum, quod datur novum; jure ſit feudi antiqui? c.5.p.405.n.40.

106. Vtrum etiam abſentibus & ignorantibus agnatis Vaſalli, inveſtituræ pacto jus antiqui feudi in feudo novo acquiratur; ſi in inveſtitura de illis nihil nominatim actum ſit? c.5.p.498.n.41.

107. An inveſtituræ veteri, de feudo paterno pactum utiliter adponi poſſit, ut feudum illud paternum cenſeatur jure novi, & virtute huius pacti feudum illud, mortuo ſine maſcula prole Vaſallo, revertatur ad Dominum, nec ad Vaſalli agnatos jure ſucceſſionis tranſeat? cap.5.pag.501. num.42.

108. Sitne fœmineum aut maſculinum feudum, de quo maſculus eſt inveſtitus hac pactione expreſſa, ut in illud etiam fœminæ ſuccedant? c.5.p.512.n.47.

109. Si feudum eo pacto ſit datum, ut fœminæ cum maſculis ſuccedant: utrum excludantur hoc caſu fœminæ per muſculos, an verò ſimul & æqualiter admittantur fœminæ cum maſculis? c.5.p.517.n.50.

110. An fœmina, quæ ex pacto inveſtituræ in feudum Vaſallo defuncto ſucceſſit, cogatur cedere maſculo, qui poſt fœminæ illius ſucceſſionem natus eſt? c.5.p.520.n.53.

111. Si matertera maſculi poſtea nati; nondum ſit de feudo inveſtita, eo tempore, quo in lucem poſtea editus fuit maſculus, an hoc caſu mater-

matertera cedere cogatur, & feudum reddere ſororis defunctæ filio? c.5.p.524.n.54.

112. Si maſculus poſtea natus, probetur in utero matris cõceptus, eo tempore, quo ſuccedendi jus delatum fuit fœminæ, num hoc caſu excludat fœminam maſculus ille poſtea in lucem editus? c.5.p.528.n.57.

113. In feudo, quod ex ſimplici inveſtituræ pacto ad fœminas quoque pertinet, ſi cum fœmina concurrat maſculus diverſæ lineæ, an maſculus præferatur fœminæ? c.5.p.528.n.58.

114. Fœminæ ad ſucceſſionem feudi vocatæ, & per maſculum ſemel excluſæ, an perpetuò cẽſeantur excluſæ? c.5.p.535.n.62.

115. An pactum licitum ſit, quo agitur, ut lite per Dominum Vaſallo motâ, nudæ aſſertioni ipſius Domini credatur, nec ulla probatio alia exigatur? c.5. p.590.n.100.

116. An pactum, quo agitur, ut propter filii delictum, pater etiam feudum amittat, licitum ſit vel illicitum? c.5.p.593.n.102.

117. Si Dominus moram æquo longiorem, querat, in citando Vaſallo ad accipiendum inveſtituram novam, utrum aliquo juris remedio cogi, & quo actionis genere compelli poſſit? cap. 6.p.602.n. 3.

118. Vtrum Dominus competenti actione conventus præciſè feudum Vaſallo tradere cogatur, an verò id quod intereſt, præſtando liberetur? c.6.p.603.n.4.

119. An

119. An tempus illud, intra quod petenda eſt inveſtitura feudi veteris cunctare & minuere; vel prorogare poſſit Dominus Vaſallo invito? c.6.p.609.n.9.

120. An Dominus jus ſuum in feudo perdat, ſi intra legitimum tempus potentem Vaſallum iveſtire malitioſè differat? c.6.p.611.n.11.

121. An neceſſe ſit, ut Vaſallus inveſtituram petendo, fidelitatem quoque polliceri Domino teneatur? c.6.p.615.n.15.



Digitized by Google

# Partitio TRACTATVS.

*INTER INSIGNES juris feudorũ materias, nõ infimum obtinet locum ea, quæ eſt de feudi inveſtitura. Feudum enim teſte Iuriſconſulto feudiſta, ſine inveſtitura nullo modo conſtitui poteſt, Tit. 25. in princ. lib. 2. feud. & abſque inveſtitura feudum eſt nullum, dicente Socino jun. conſil. 102. num. 5. vol. 2. Eius item diſquiſitio ſubtilis eſt, ex qua peni-*

tus efflore≈øcere juvenum inge-
nia valent. Parturit item
(ade√≤ quippe ferax e≈øt, & nobi-
lis) qu√¶≈øtiones ut plurimas, ≈øic
& elegantes, & utiles. In ea er-
g√≤ cogno≈øcenda, legitim√¶ di≈øci-
plin√¶ ≈øectatores ≈øtudium ≈øuum
minim√® languidum ponere me-
rit√≤ debebunt.

Ut autem maiori c√πm au-
ditorum commodo hanc expli-
plicem materiam, ordine eam
per di≈øtincta capita per≈øequar.
Et prim√πm quidem quid ≈øit in-
ve≈øtitura feudi c√πm defini·∫Ωdo,
t√πm notƒÅdo dilucid√® exponam.
Secund√≤ modis quibu≈ødam feu-
di inve≈øtiturƒÅ accurat√® in par-

tes

*tes diſpergam. Tertiò de perſonis, quæ facere, quæ item accipere inveſtituram poſſunt, ſuccinctè agam. Quartò ſubſtantia & ſolennitas inveſtituræ, quibus cõtineatur rebus, oſtendam. Quintò ediſſeram planè de qualitate & pactis inveſtiturarum. Poſtremò quo tempore, & quomodo peti, quo item loco fieri inveſtitura debeat, breviter ſubiiciam.*

# Caput I.

## *Quid inveſtitura feudi, & quæ eius notatio.*

### *SVMMARIA.*

1 DEfinitio inveſtituræ feudi, eiuſqúe explicatio.
2 Obiectio contra definitionem.
3 Eius obiectionis ſolutio: ubi inſimul oſtenditur, quæ ſit naura verbi *ccdere*.
4 Inſtantia diluitur.
5 Regula: Neminē ſibi cauſſam poſſeſſionis mutare poſſe, quando procedat.
6 Oſtenditur, verbum *confirmat*, in definitione inveſtituræ ſuperfluum eſſe, contra nonnullos.
7 Secunda obiectio.
8 Verbum Fidelitatis, quos habeat ſignificatus.
9 Tertia movetur obiectio.
10 Eius ſolutio.
11 Quarta obiectio.
12 Inveſtituræ ſignificatio varia.
13 Explicatio vera finalium verborum tit. 7. lib. 2. F.
14 Inveſtitura dicitur nonnunquam inveſtitio.
15 Etymologia ſive notatio vocis inveſtituræ.
16 Inveſtiri dicitur, non tantum Vaſallus, ſed res ipſa, quæ in feudum datur.
17 Quemadmodum Dominus, cum Vaſallo ſolenniter feudum concedit, eum inveſtire dicitur; ſic & eundem deveſtire dicitur, quando ipſum feudo privat.

Inve-

INVESTITURA FEUDI est actus ſolennis, quo dominus vaſallo fidelitatem promittenti feudum cedit. Eadem etiam ſenſu eodem inveſtitio dicitur; noſtrate lingua, die Belehnung. 1

*Actus ſolennis quod ſit inveſtitura feudi patet abundè ex Tit. 2. in princ. ibi ſolenniter fieri debet, & tit. 32. ibi, quia tamen ſine hac ſolennitate facta eſt, non valet, lib. 2. feud. Quibus autem rebus iſthæc contineatur ſolennitas, explicabitur infra ſub cap. 4.*

*Quia verò actus ſolennes varii ſunt, puta teſtamentum, adoptio, arrogatio, ſtipulatio &c. iccircò, ut à quovis eiuſmodi actu ſolenni ſua forma diſſeparetur inveſtitura, adiicio in definitione loco differentiæ ſpecificæ,* quo dominus vaſallo fidelitatem promittenti feudum cedit. *Hæc enim duo potiſſimùm in feudi inveſtitura peraguntur; Dominus Vaſallo feudum cedit, ac Vaſallus domino fidelitatem promittit, Tit. 3. § ult. Tit. 4. & Tit. 7. in fin. lib. 2 feud.*

*Cæterùm vitioſa hæc cenſetur inveſtituræ definitio, ut quæ anguſtior ſit deſinito ſuo; quippe cum dominus feudum cedere videatur per inveſtituram ſolùm novam, non etiam per veteris feudi inveſtitionem. Inveſtiturâ etenim nova tantùm iam primum Vaſallo novo beneficium* 2

*acquiritur, Tit. 1. in fin. lib. 2. feud. & tit. 25. in princ. lib. 1. feud. At veteris feudi inveſtiturâ non adquiritur Vaſallo feudum, ſiquidem Vaſallus agnatus ſucceſſione illud acquiſierit, dict. Tit. 1. in fin. & tit. 11. in princ. lib. 2. feud. ut proinde feudum, ſucceſſione acquiſitum, non videatur dominus per inveſtituram Vaſallo cedere; eò quod non ex pluribus cauſis aliquid noſtrum fieri poſſit, ſed ex cauſa tantum una, l. Non ut ex pluribus, 159. ff. de reg. jur. cum id, quod jam meum eſt, amplius meum effici non poſſit, §. Sic itaq; diſcretis, Inſtit. de actionibus & §. ſed ſi rem, Inſtit. de legat.*

3 *Ad hanc obiectionem reſpondendum, quod verbum* cedere, *ſive* concedere, *pertineat non modò ad rei ipſius, id eſt dominij, & juris alicuius, quod inſtar dominii obtinet, ſed & poſſeſſionis tranſlationem, quin etiam ad poſſeſſionis jam ante adquiſitæ confirmationem, ut diſertè arguit textus in can. viſis literis, §. conſilio itaque, verſ. Divinæ enim leges, 16. quæſt. 2. Etſi autem per inveſtituram feudi veteris non adquiratur Vaſallo ipſum feudi jus, ceditur tamen ei poſſeſſio feudi, ut non obſcurè oſtendit textus in tit. 3. in princ. verſ. ſive autem, lib. 2. feud. Ex quo loco intelligimus, quod licet agnatus feudi ſucceſſor ante inveſtituram propria autoritate poſſeſſionem feudi apprehenderit, eamtamen poſſeſſionem haud eſſe juſtam, priuſ-*

quam

*quam denuò per inveſtituram Vaſallo cedatur à domino. Quod autem poſſeſſio pluribus ex cauſis adquiri poſſit, jure expeditum eſt, l. 3. §. ex pluribus. ff. de adquir. vel amitt. poſſ. & l. 1. §. ult. ff. pro ſuo.*

*Neque tamen hîc obiici poteſt, quod à veteribus præceptum eſt, Neminem ſibi cauſam poſſeſſionis mutare poſſe, l. 3. §. illud. 19. & l. qui bona fide 19. §. 1. ff. de adquir. vel amitt. poſſ.* 4 † *Hæc enim regula procedit, quando quis ipſemet, abſque facto alterius, poſſeſſionis cauſam ſibi mutat, non etiam cum extrinſecus ſupervenit poſſeſſionis cauſa vel juſta, & vera, vel putativa, ut patet ex l. Non ſolum 33. §. 1. ubi Bart. ff. de uſurpat. & uſucap. Cùm ergò dominus ſua inveſtitura efficiat, ut juſta ſit feudi poſſeſſio, haud rectè dicitur, ipſummet Vaſallum hîc poſſeſſionis cauſam ſibi mutare.* 5

6 *Ex data jam reſponſione ſatis liquet, nihil eſſe opus, ut definitioni noſtræ adiiciatur etiam verbum* confirmat, *quod annectendum putat nobilis Iuriſc. Arnoldus de Reiger in diſputat. feudal. 3. th. 2. ubi inveſtiturã in hæc definit verba:* Inveſtitura eſt ſolennis feudi à domino facta translatio, vel confirmatio. *Verbum* cedit *in noſtra definitione & tranſlationem & confirmationem feudi, ut oſtendi, complectitur; Et Logicum eſt, in definitionibus illis uti uerbis, quæ omnibus ſpeciebus & membris quadrant.*



Digitized by Google

7 *Deindè refragari videtur propoſitæ definitioni, quod fidelitatis nomine ſignificatur juſiurandum, quod à Vaſallo in ipſa inveſtitura præſtatur domino, Tit. 4. in fin. lib. 2. feud. Cùm tamen non de omni feudo juſiurandum fidelitatis ſit præſtandum, Tit. 3. in fin. & tit. 24. §. 1. Eſt & alia ingratitudo, lib. 2. feud. ut proindè hoc etiam nomine definitio noſtra putari poſſit vitioſa, ut quæ agat tantùm de inveſtitura illius feudi, cuius nomine fidelitatis juſiurandum eſt præſtandum.*

8 *Verùm repelli facilè poteſt obſtaculum hoc, ſi dicatur, fidelitatis nomen in jure feudorum duos habere ſignificatus. Denotat enim propriè ipſam fidem, ad quam præſtandã, Vaſallus inveſtitura ſe domino obligat, d. t3. in fin. ibi, juramẽto fidelitatis t. 5. ibi, jurare fidelitatem, & ibi, jurat fidelitatẽ t. 7. in pr. ibi, ſuper fidelitatis juramento, lib. 2. feud. Deindè etiã per metonymiam ſignificat juſiurandum, quo fidelitatem, ſive fidem illam Vaſallus domino promittit, ut in d. tit. 4. lib. eod. feudor. In definitione autem propoſita, fidelitatis nomine ſignificamus fidem illam feudalitiam, ad quam præſtãdam domino in inveſtitura Vaſallus tenetur, ſive illa medio jurejurando, ſive ſimpliciter abſque juramento ſit præſtanda.*

9 *Adhæc obloqui videtur definitioni noſtræ, quod interdum inveſtiturâ dominus non cedit*

in

*in feudum rem ſuam, ſed Vaſallus propria bona ſua conſtituit feudalia,* Als wann er ſein eigen Güter einem Fürſten / Graven / oder Herrn zu Lehen aufftrågt: *id quòd fieri quandoq; ſolet.*

*Atqui nodus hic ſolvendus ex l. licet ſoleat 43. §. 1. verſ. tunc enim. ff. de jure dotium, quod ſcilicet brevi manu tradidiſſe domino, & proprietatem in eum tranſtuliſſe, ac confeſtim recepiſſe ab eodem exiſtimetur Vaſallus res feudales, quas ei in feudum obtulit, & ab eo pro feudalibus agnoſcit. Atque etiam advertendum ad hoc, quod in definitione dico,* feudum cedit, *Vaſallus quidem bona ſua propria, prædicto caſu efficit feudalia, verùm quod in illis feudum ei conſtituitur, domini opus & beneficium eſt, ut is non immeritò hoc etiam caſu feudum cedere Vaſallo dicatur, quamvis bona feudalia primùm ipſius Vaſalli fuerint propria.* 10

*Poſtremò definitio propoſita vitio laborare cenſetur ex eo, quod indicat, prius fidelitatem à Vaſallo eſſe præſtandam, poſtea verò cedendum ipſi à domino feudum, cùm tamen Iuriſconſultus feudiſta in tit. 4. & tit. 7. in fin. lib. 2. feudor. apertè decidat, quod inveſtitura debeat præcedere fidelitatem, & hæc illam ſequi.* 11

*Sed reſpondendum ad hanc difficultatem per diſtinctionem. Inveſtituræ nomen in libris feudorum non uno accipitur modo. Interdum enim & propriè quidem totum ſignificat actum ſolen-* 12

*nem, quo dominus Vaſallo feudum cedit, ut in dict. tit. 1. in fin. & tit. 11. in princ. & Tit. 33. in princ. lib. 2. feud. Quandoque verò denotat unam aliquam actus illius partem, puta aut traditionem poſſeſſionis rei feudalis, ut in tit. 2. in princip. & Tit. 33. in princ. lib. 2. feudor. Aut verò verbalem tantùm feudi ceſſionem, cum ſymbolo quodam coniunctam, ut cum dominus dicit: Ego te inveſtio de hoc prædio, ut illud in feudum habeas, ac ſimul ei inſigne quoddam, puta vexillum, gladium, haſtam, annulum, vel quid aliud porrigit, dict. tit. 2. in princ. verſ. abuſivo autem modo, lib. 2. feudor. junct. tit. 7. in fin. lib. eod. feudor. quo poſteriori loco, Iuriſcon-*
13 *ſultus feudiſta*, Inveſtitura, †*ait*, factâ, & fidelitate ſubſecutâ, omnimodo cogatur dominus inveſtitum in vacuã poſſeſſionem mittere. *In his verbis notandum primò, quod hæc tria, inveſtitura ſcilicet, fidelitas item, & traditio poſſeſſionis, diſertè invicem diſtinguuntur: unde patet, quod ibi nomen inveſtituræ primo loco poſitum non ſignificat propriam rei feudalis traditionem, qua poſſeſſio realis in Vaſallũ transfertur, de qua inveſtitura textus eſt in dict. tit. 2. in princ. lib. 2. feud. non ſignificat, aio, propriam rei feudalis traditionem, cùm hæc ibidem apertè diſtinguatur ab inveſtitura. Deinde ex eodem loco obſervandum, quod inveſtitura præcedere debeat fidelitatem, id eſt, fidei feudali-*

*tiæ*

*tiæ promiſſionem, & fidelitatem hanc poſſeſſionis traditio ſequi. Ex quo illorum actuum ordine evincitur, eſſe inveſtituram, id eſt, inveſtituræ totius illius actus partem aliquam, quæ diſtincta ſit à poſſeſſionis traditione. Hæc autem inveſtitura nulla alia poteſt eſſe, quam quæ verbis tantum fit, & porrectione ſymboli cuiuſdam coram teſtibus facta, ut communiter ſentiunt feudiſtæ, quos refert & ſequitur Schrader. Tractat. feudal. part. 5. cap. 2. in princ. Definitionem autem noſtram intelligimus non tantum de verbali ceſſione feudi, ſed de univerſo inveſtituræ actu, qui conſtat rebus quatuor, teſtatione ſcilicet verbali, & ſymbolica ceſſione, fidelitatis præſtatione, & poſſeſſionis traditionis reali, ut infra ſub capit. 4. luculenter oſtendam: at textus in titul. 4. & titul. 7. in fin. lib. 2. feudor. agit de plenæ & univerſæ inveſtituræ parte tantum una, puta de verbali ceſſione feudi cum ſymboli cuiuſdam traditione coniuncta.*

*Quod autem plerunq; in feudorum libris inveſtitura dicitur, id quandoq; ſenſu non abſimili inveſtitio appellatur tit. 26. §. teſtes verò, & tit. 28. lib. 1. feudor. & tit. 26. lib. 2 feud.* 14

*Ad notationem inveſtituræ quod attinet, putat Hotoman. nomen hoc barbarum eſſe, in libello de verb. feudalib. in verb. inveſtitura. Cuiac. verò lib. 8. obſer. c. 14. & in coment. ad t. 3. in pr. li. 2 feud. autores quoq; purioris latinitatis, & inveſtire & inveſtimentū, & inveſtiturā dixiſſe, oſtendit.* 15

*Ex*

Digitized by Google

*Ex eo autem appellata videtur inveſtitura, & inveſtitio, quod Vaſallus per inveſtituram ipſo feudo, quaſi veſte quadam ornatur, ut poſt alios ſentit etiam Andr. Knichen Tractatu de inveſtiturarum pactionib. part. 1. cap. 1. nu. 1.*

*Dici quoq; haud abſurdè poteſt, licet à multis ſeculis Latini quoq; Scriptores verbum inveſtituræ uſurparint, quia tamen Longobardi, quos (aliis aliter ſentientibus) feudorum inventores laudamus, partem olim Germaniæ tenuerunt, ad medium Albis, teſte Philippo Melanchthone lib. 3. Chronicorum, veriſimile eſſe, eoſdem quoque ſolennem hunc infeudandi actum appellaſſe inveſtituram à germanico verbo* Veſten / *quod Latinis ſignificat confirmare, & ſtabilire, ſiquidem ipſa inveſtiturâ realiter de feudo confirmetur Vaſallus. Ad hanc coniecturam me movet, quod in feudorum libris multæ aliæ extāt voces, quæ à Germanis petitæ videntur, ut ſunt Morganatica, Marchio, Marchia, Vaſallus &c. quibus dictionibus reſpondere videntur vocabula germanica* Morgengab / Marchgraff / March / Vaſelen.

16 *Eſt & illud hic notandum, quod ut Vaſallus de feudo inveſtiri dicitur, Tit. 8. §. Hoc quoque, & §. Filia verò, Tit. 9. & Tit. 26. §. ſi quis, lib. 1. feud. Sic & res ipſa, quæ in feudum datur, per beneficium, inveſtiri, id eſt, tradi dicitur, Tit. 8. verſ. Rei autem lib. 2. feud.*

Nec

*Nec eſt hoc loco omittendum, quod ſicuti Vaſallum dominus cum ei ſolenniter feudum concedit, inveſtire dicitur; ſic & eundem deveſtire dicitur, quando ipſum feudo privat. Tit. 7. lib. 1. feud.* 17

# Caput II.

## *De inveſtituræ diſtributione.*

### *SVMMARIA.*

1 Inveſtituræ prima diviſio.
2 Nova inveſtitura quæ.
3 Verbum *Inveſtitura* in pr. t. 33. lib. 2. F. intelligendum de inveſtitura nova.
4 Res allodialis jure cõmuni per ſolam traditionem nõ adquiritur, niſi accedat juſta aliqua cauſſa. §
5 Sic Feudum per ſolam inveſtituram Vaſallo non adquiritur, niſi ex juſta aliqua cauſſa ad adquirendum feudum idonea.
6 Iuſtarum cauſſarum, quibus alicui feudum datum eſt, effectus qui.
7 Quæſtio, cuius effectus ſit pactum nudum, quo feudum alicui eſt promiſſum.
8 Pactum nudum legitimum quod.
9 Roſenthalii opinio reiicitur, & declaratur L. ſi quis argentum. 35 C. de donat & n 11.
10 Senſus L. jurisgentium. 7. §. 2. & de pact.
11 Niellii opinio refutatur & reſpondetur ad ipſius argumenta.
12 Donatio ſimplex eſt contractus ſecundum Cuiac. Niellium, & alios.

13 Do-

13 Donationem ſimplicem non eſſe contractum, ſed pactum nudum legitimum, oſtenditur firmiſſimis rationibus.
14 Ex ſimplici donatione datur actio perſonalis, condictio videlicet ex lege.
15 Vti & ex nuda pollicitatione lege confirmata.
16 Iure VVirtembergico, nuda pacta æque pariunt actionem atque contractus.
17 Quæſtio, quo actionis genere inveſtituram feudi atque ita ipſum quoque feudum petere poſſit is, cui illud vel inter vivos eſt promiſſum, vel ultima volũtate relictum, ſi promiſſor vel teſtatoris heres feudum præſtare, & de eo inveſtituram facere recuſet? & n. 19.
18 Feudum an ſit contractus?
20 Quæſtio, an feudum conſtitui dicatur, non tantum quando per pactum nudum, per ſtipulationem, aut per cambium alicui promittitur, vel ultima voluntate relinquitur; ſed etiam quando per inveſtituram realiter novo Vaſallo adquiritur, vel etiam præſcriptione, aut ſucceſſione?
21 Realis feudi adquiſitio, rectè etiam dicitur feudi conſtitutio.
22 Conſtitutionis feudalis ſpecies quot.
23 Demonſtratur, non vnum eſſe modum conſtituendi feudum, ſed plures.
24 Intellectus Tit 25. in pr. lib. 1. F.
25 Quæſtio, utrum Dominus ex conſtitutione feudi obligatoria competenti actione conventus, teneatur præciſè novo Vaſallo tradere feudũ, & de eo ipſum inveſtire; an v. præſtando intereſſe liberetur?
26 Argumentum à contrario ſenſu quando procedat.
27 Quæſtio, utrum venditur præciſè rem venditam tradere emptori compellatur; an v. intereſſe præſtando liberetur?
28 Conſideratio L.1. in pr & de act. empt. & vend.
29 Interpretatio verborum recipienda, quæ vitio caret, & authoritatem aliarum legum ſalvam relinquit.
30 Vera ſententia L.4.C.de act. empt. & vendit. & L. contractus 12. verſ. adeò ut nec. C. de fide inſtrum. & L. ex empto 11. §. idem ait 9 ff de act. empt.
31 In omnibus faciendi obligationib. ſufficit praſtare id, quod intereſt: quomodo hoc ſit exaudiendum.
32 Senſus tit. 7, §. ult, lib. 2. F, ſecundum feudiſtas.

33 In-

33 Interpretatio Authoris.
34 Quæritur, an inveſtitura ſit contractus?
35 Inveſtitura ſitne contractus nominatus vel innominatus?
36 Sententia Authoris,
37 Appellatione inveſtituræ varii denotantur actus.
38 Eliditur inſtantia.
39 Regula, qua dicitur, in contractibus innominatis pœnitentiæ locum eſſe, quouſque procedat.
40 Quæritur, utrum inveſtitura ſit contractus bonæ fidei, an v. ſtricti juris.
41 Nullus contractus bonæ fidei dici poteſt, quàm qui nominatim ipſa lege jubetur eſſe bonæ fidei.
42 Non omnis actio præſcriptis verbis, eſt bonæ fidei actio.
43 Conditio ex lege nuſquam in jure contractibus bonæ fidei annumeratur
44 Nullus juris civilis contractus eſt bonæ fidei, unico tantum caſu excepto, quo ſcilicet dos ſtipulanti promittitur & n. 48. in fin.
45 Proponuntur & diſſolvuntur Duareni, Niellii & aliorum argumenta contraria.
46 Pactum, quod rerum traditionib. confeſtim adiicitur, æquè actionem producit, atque pacta bonæ fidei contractibus in continenti adiecta.
47 Quando evictio ſit præſtanda.
48 Quæritur, utrum Emphyteuſis ſit contractus bonæ fidei, an ſtricti juris. Item ſitne juris gentiū, an verò juris civilis?
49 Non omnis juris gentium contractus eſt bonæ fidei.
50 Dilucidatur L. 1. Cod. de jure Emphyteu. & L. juris gentium 7. §. ait prætor. & §. Dolo malo. 9. & de pact.
51 Pactum interdum abſque exceptione ipſo jure tutum & ſecurum paciſcentem efficit.
52 Opinio reiicitur exiſtimantium, ſtricti juris contractibus illud tantum contineri, de quo nominatim convenit, non etiam quid aliud.
53 Mutua obligatio non eſt propria nota contractus bonæ fidei, in quarto proprii modo.
54 Quæſtio, an inveſtitura ſit contractus ſtricti juris, aut bonæ fidei, ſi à Principe ſit facta?

55 Quo-

Digitized by Google

55 Quomodo accipiendum ſit, quod dicitur in L. pen ff. de conſtit. princip. Beneficium Imperatoris quam pleniſſimè interpretandum eſſe.
56 Reprehenditur Hotomannus, qui putat, quæſtionem illam, utrum feudum bonæ fidei, an ſtricti juris ſit, planè abſurdam eſſe.
57 Iudicia ordinaria & extraordinaria antiquitùs quæ.
58 Formulæ actionum antiquæ hodiè ſublata, & judicia omnia extraordinaria.
59 Inveſtituræ novæ diviſio à recentioribus quibuſdam tradita.
60 Eiuſdem diviſionis refutatio.
61 Inveſtitura feudi veteris quæ.
62 Quæſtio de feudo præſcriptione adquiſito, an ad eius quoque poſſeſſionem juſtam conſtituendam inveſtitura veteris feudi requiratur?
63 An feudum præſcriptione acquiſitum ſit vetus feudum.
64 Inveſtitura feudi veteris interdum appellatur renovatio inveſtituræ novæ, vel inveſtitura renovativa. Item. Differentia inter inveſtituram veteris feudi, & inveſtituram novam.
65 Inveſtitura veteris feudi quando petenda.
66 Et ſub qua forma iſthæc petitio fieri debeat.
67 Quomodo intelligendum ſit, quod dicitur in L. pacta noviſſima 12. in pr. C. de pact. Noviſſima pacta ſervari oportere.
68 Natura primæ inveſtituræ mutata per renovationem inveſtituræ, errore vel metu mutata præſumitur.
69 An Dominus & feudi ſucceſſor ſcienter & prudenter ab antiqua inveſtitura recedere poſſint?
70 Secunda inveſtituræ diſtributio.
71 Propria inveſtitura quæ.
72 Abuſiva inveſtitura quæ.
73 Abuſivæ inveſtituræ genera quot ſint.
74 Intellectus tit. 25. in pr. & tit. 33. in princ. verſ. licet enim lib. 1. F.
75 Recenſentur aliquot primi generis inveſtituræ abuſivæ exempla.
76 Alterum inveſtituræ abuſivæ genus quod.
77 Quomodo hoc inveſtituræ genere feudum conſtituatur.
78 Iuris feudalis textus, in quibus feudum inveſtitura adquiri

quiri dicitur, de quanam inveſtitura ſint intelligendi.
79 Referuntur aliquot Dd. hac de re opiniones, eæque reiiciuntur.
80 Declaratur textus in extraord. cap. 88. lib. 4. Feud ubi ſimul de authoritate extraord. Capp.
81 Diſſolvuntur argumenta Vultei & Niellii, qui hanc diſtributionem reprobant & juris feudorum feces appellant.
82 Per inveſtituram, qua feudum adquiritur, ea ſola ſignificatur inveſtitura, cum qua poſſeſſionis traditio coniuncta eſt.
83 Duobus ſeparatim diverſis temporibus de feudo eodem inveſtitis, abuſivâ inveſtiturâ ſecundi generis; ille præfertur in feudo, qui prior poſſeſſionem nactus fuit, licet poſterior ſit inveſtitus.
84 Tertia inveſtituræ diſtributio.
85 Simultanea inveſtitura quæ.
86 Simultaneæ inveſtituræ ſpecies quæ.
87 Iure Saxonico agnati non ſuccedunt in feudum paternum jure agnationis, ſed ſolùm ex ſimultanea inveſtitura, etiamſi ex primo adquirente deſcendant.
88 Secus de jure feudorum communi.
89 Iure Saxonico agnati non accipiunt inveſtituram ſimultaneam niſi conſentiente agnato feudi ſucceſſore
90 Iure Saxonico quomodo in feudis fiat ſucceſſio.
91 Verba iſthæc nach rechter Sipſchafft quid in ſimultanea inveſtitura de jur. Saxon deſignent, & n. 101.
92 Quæſtio dubia, utrum factâ inveſtiturâ ſimultaneâ, & feudi poſſeſſore defuncto, ſucceſſio in capita, an v. in ſtirpes fiat?
93 Primus huius quæſtionis caſus deciditur cum diſtinct. & n. 95.
94 Articulus HIC vicem nominis proprii ſuſtinet.
95 Collectivo nomine vocati, quale eſt nomen liberorū & nomen heredis, unam duntaxat perſonam referunt. & n. 99.
96 Quibus in caſibus hæc deciſio procedat.
97 Quæritur, an feudi poſſeſſore defuncto, ſimultaneè inveſtitus frater & eius filii eodem tempore unà ſuccedere poſſint?
98 Vis & natura coniunctionis ET.



Digitized by Google

100 Vis & natura vocis AEQVE.
102 Secundus Caſus.
103 Qui jure repræſentationis vocantur ſuccedunt in ſtirpes, non tantùm jure communi, ſed etiam jure feudali, & jur. Saxon.
104 Quibus in caſib. jus repræſentationis locum habeat.
105 Quæritur, quomodo cognati vel extranei ſuccedere debeant, ſi cum feudi poſſeſſore ſimultaneè ſint inveſtiti?
106 Tertius caſus.

1 *INVESTITVRA diſtribuitur primò in novi feudi ſive beneficii inveſtituram, & inveſtituram feudi ſive beneficii veteris, tit. 3. in princ. & tit. 32. lib. 2. feud. tit. 91. in extraordinariis capitul. Novi feudi ſive beneficii inveſtitura dicitur quoq; inveſtitura nova, in dict. tit. 32. in princ. & verſ. Novam inveſtituram dico, lib. 2. feud.*

2 *Eſt autem nova inveſtitura, qua Vaſallus jam primum feudum aliquod adquirit, dict. tit. 32. verſ. Novam. lib. eodem feud. Vbi Iuriſconſultus feudiſta, Novam, ait, inveſtituram dico, quando feudum primò quæritur. Et quod nova inveſtitura jam primùm quæratur Vaſallo feudum, arguit ſimiliter textus in tit. 1. in fin. & tit. 33. in princ. lib. 2. feud. ubi adquirendi feudi proponuntur modi duo; Inveſtitura & ſucceſ-*
3 *ſio.† De inveſtitura quod ibi dicitur, de ſola inveſtitura nova accipiendum eſt, quippe cum*

*feu-*

*feudum ſucceſſione adquiſitum, deſideret non novam, ſed veteris feudi inveſtituram, ut infra dicetur.*

*Quia verò jure communi res allodialis per traditionem non adquiritur alicui, niſi ex juſta cauſa ad dominii tranſlationem apta, l. Nunquam 31. in princip. ff. de adquir. rer. dom. ubi Paulus Iuriſconſultus, nunquam, ait, nuda traditio transfert dominium; ſed ita ſi venditio, vel alia juſta cauſa præceſſerit, propter quam traditio ſequeretur; Quod idem ſentit etiam Juſtin. Imp. in §. per traditionem verſ. Sed ſiquidem ex cauſa, Inſtit. de rer. diviſ.* 4

*† Iccircò & feudorum jure per inveſtituram non adquiritur Vaſallo feudum, niſi ex juſta aliqua cauſa ad adquirendum feudum idonea, tum quia jure communi in feudis quoque utimur, niſi placitis feudorum aliud cautum legamus, Tit. 1. verſ. ſtrenuus autem, lib. 2. feud. tum quia feudum inſtar Vſusfructus obtinet, tit. 23. §. ult. ibi, uſusfructus verò illius, lib. eod. feud. uſusfructus autem nemini adquiritur, niſi ex cauſa quadam eius conſtituendi juſta, puta legato, pactione, ſtipulatione, emptione, l. 3. in princ. ff. de uſufructu, & §. ſine teſtamento, Inſtit. dict. tit. tum poſtremò quia ipſo etiam feudorum jure ad conſtituendum feudum nominatim requiritur cauſa idonea, puta emptio venditio, ut arguit Tit. 1. in fin. Titul. 2. Tit. 16. Titul. 20. ibi, niſi* 5



Digitized by Google

*beneficium de communib. bonis fuerit emptum; tit. 24. ibi, niſi à domino redemerit, lib. 1. feud. tit. 12. ibi, vel pecunia commune ſit adquiſitũ, lib. 2. feud. Item permutatio, tit. 4. §. Cùm autem quis dixerit, tit. 22. §. ſi quis, lib. 1. feud. & tit. 25. lib. 2. feud. quib. locis per Cambiũ ſignificatur permutatio; Cuiac. ad dict. tit. 4. §. Cùm autem quis, lib. 1. feud. mihi pag. 63. Hotoman. in libello de verb. feudalibus in lit. C. nec non donatio ſiquidem feudum dicatur etiam paſſim beneficium in feudor. libris.*

6 *Harum autem cauſarum effectus hic eſt, quod is, cui eiuſmodi quadam cauſa inter vivos feudum eſt promiſſum, aut ultima voluntate relictum, agere ea ex cauſa poteſt, ut de iſthoc feudo inveſtiatur; & per inveſtituram feudi poſſeſſionem adipiſcatur; ut communiter ſentiunt Dd. quos refert & ſequitur Henricus à Roſenthal, in ſynopſi juris feudalis, cap. 6. concluſ. 3. & 4. & quidem rectè ita ſentiunt. Cùm enim jure communi huiuſmodi cauſarum effectus ſit in alodiis, ſequimur idem etiam in feudis, per text. in d. tit. 1. verſ. Strenuus autem, lib. 2. feud.*

7 *Sed in quæſtionẽ vocatur, ſitne huius etiam effectus pactum nudum, quo feudũ eſt alicui promiſſum? Henric. à Roſ. generaliter affirmat, d. c. 6. concl. 4. Sed Ioan. Nielliùs præcisè negat in diſp. feudal. 4. th. 1. ſub lit. E. Neutrius opinioni ſimpliciter ſubſcribendum, ſed diſtinguendum judico inter pactum nudum legitimum, puta le-*

*ge*

*ge confirmatum, & pactum nudum juriſgentiũ, ut quod confirmatum lege non eſt. Illud firmam obligationem, & actionem proinde efficacem producit; hoc non item, l. 5. in pr. verſ. privata, junct. l. ſeq. ff. de pact.* † *Eſt autẽ pactum nudum legitimum, id eſt, lege confirmatum, ſi præſentem & abſolutam contineat promiſſionem, ut ſi Mævius dicat, promitto ſive dono tibi Aureli feudum, in prædio meo Tuſculano; Atq; ex hac promiſſione ſive donatione firma confeſtim naſcitur Aurelio contra Mævium obligatio & actio, per text. in l. Si quis argentũ 35. C. de donat. & §. Aliæ autem donationes, verſ. perficiuntur autem, Inſtit. dict. tit. At ſi non præſentem, ſed futuram contineat promiſſionẽ, puta ſi Titius dicat, Dabo tibi Semproni feudum in fundo Cornelio, certè pactum juriſgentium eſt, non confirmatũ lege, proindeq; inefficax ad producendã obligationem & actionẽ, per d. l. legitima 6. junct. l. ſeq. §. ſed cum nulla ibi, ideò nuda pactio actionem non parit, & §. quin imò, ibi ne ex pacto actio naſcatur, ff. de pact. Cuiac. lib. 2. obſer. c. 15. Sic etiã longè aliud eſt vendere, aliud item promiſſio de vendendo, Matthesil. ſingul. 46. Aliud facere, aliud promiſſio de faciendo; Aliud renunciare, aliud promiſſio de renunciando, Mynſ. Reſp. 10. n. 34. decad. 1.* 8

*Eſt item coniugii promiſſio, quæ fit per verba de præſenti, ut ſi dico, accipio te in uxorẽ, accipio te in maritũ, eſt inquam promiſſio iſthæc alia à promiſſione quæ fit per verba de futuro, puta ſi dico;*



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

*Ego te accipiam in coniugem meam, ego te accipiam in maritum meum, l.1.ff. de ſponſalib. c. tuæ fraternitati, c. pen. ult. extra de ſponſalib.*

9 *Non confirmatur generale pronunciatum Henr. à Roſ. textu in d. l. ſiquis argentum 35. C. de donationib. Loquitur enim de pacto, quod præſentem continet donationem, unde etiam emptioni & venditioni comparatur in dict. §. Aliæ autem donationes, verſ. & ad exemplum, Inſtit. de donat. non etiam de pacto, quo agitur de futura donatione, ut ſi dicat quis,* donabo tibi prædium Tuſculanum in feudum. *Huiuſmodi ergò pactum eſt relictum ſub diſpoſitione juris veteris, per reg. in l. præcipimus 32. §. ult. C. de appellat. ſub diſpoſitione, inquam, juris veteris, quo ex pacto nudo non naſcitur actio.*

10 *Neque etiam quidquam juvat Roſenthalii opinionem ratio, quam adfert, hæc, quod pactio omnis, qua feudum promittitur, ſub ſe cauſam habeat, puta conditionem ſervitiorum, ad quæ præſtanda Vaſallus tenetur. Nam licet conventio, quæ cauſam habet, efficacem producit obligationem, & actionem, l. juriſgentium 7. § 2. ff. de pact. Id tamen non de futura aliqua cauſa exaudiendum, ſed quæ jam præſens eſt, ut quæ præſenti datione vel facto continetur, & contractum innominatum cõſtituit: ut ſi do tibi rem, ut mihi aliam des; ſi do tibi ſtichum, ut Pamphilum manumittas; Si do tibi decem, ut Francofurtum abeas. Hæ conventiones non pacta, ſed contractus ſunt,*

*ſunt, & ſubſtantia earum ex initio, nõ ex eo, quod ſubſequi debet, æſtimatur, id eſt, æſtimatur non ex eo, quod in futurum fieri debet, ſed ex eo, quod jam fit, ut in futurum viciſſim quid fiat: quod jã, inquam, fit, puta, quod modò realiter quid detur, per text. in d. l. juriſgentium 7. §. 2. ff. de pactis. Quando autem dico,* dabo tibi prædium Corneliũ in feudum, *ſub hac certè promiſſione cauſa nulla ſubeſt, i. e. præſens datio non eſt, ſed ſpes tantum futuræ dationis, Nõ ergò ꝓmiſſio hæc, ut pactũ nudum, obligationẽ & actionẽ parere poteſt.*

11 *Ad Nielli quod attinet opinionem, autumat ille, in confirmationẽ ſententiæ qua volo, efficaciter promitti feudum nudo etiã pacto, quod præſentem & abſolutam continet promiſſionem, perperam adduci textum in d. l. ſi quis argentum 35. C. de don. eò ꝙ agat lex illa de ſimplici donatione, cum tamẽ hic in feudi promiſſione agatur de donatione ob cauſam ſervitiorum, quæ multùm à donatione ſimplici differt, l. Aquil 27. ff. de don. Verùm quia donatio ob cauſam efficacior eſt, quã ſimplex donatio, d. l. Aquil. 27. & l. ſi pater 34. §. 1. ff. d. t. iccircò ab hac ad illã arg. rectè ducitur, cũ à minori ad maius adfirmativè rectè argumẽtemur, Nic. Ever. in Top. leglaib. in loco à minori.*

12 *Deinde ſubiicit Niell. ideò infirmũ duci arg. à donatione ſimplici, de qua agitur in d. l. ſi quis argentum, 35. C. de donat. ad feudi pactitiã promiſſionẽ, ꝙ ſimplex donatio non ſit pactum nudũ, de quo tamẽ hic agimꝰ, ſed verus ſit contractus, q̃*

 ſen-

*ſententiam amplectuntur & alii inter quos Cujac. in commentar. in lib. 5. q. Papin. in explicat. l. Pacta conventa 72. ff. de contrahenda empt. & vendit. pag. 246. qui tamen in l. 6. ff. de pactis, hanc donationem non contractib. ſed pactis legitimis accenſet.*

13 *Sed quicunq;, & quotquot ſunt, ex juriſperitis, qui donationē ſimplicem putãt eſſe contractũ, graviſe implicant errori. Certum .n. eſt, quod donatio hæc ante Iuſtiniani conſtitutionē, quæ eſt in d. l. ſi quis argentũ, 35. C. de donat. pactũ fuerit nudum juriſgentium, ut patet ex eiuſdē legis §. ſed ſiquidē 5. & l. 4. 5. & 7. C. Theodoſ. de don. & Iul. Paul. lib. 4. ſent. tit. 1 §. filio, ibi, quibuſcunq; verbis, &c. poſtea verò per dictam Iuſtin. conſtitutionem effectum fuit legitimum, ut obligationem firmã, & actionem produceret, ſed pactum, quando lege quadam ſingulari ad actionē producendam confirmatur, manet pactũ, ut arguit diſertè text. in d. l. legitima, 6. ff. de pact. & pactum quidem manet nudũ, l. frumenti 12. C. de vſur. l. Etiam ex nudo pacto, 30. ff. d. t. & tot. tit. C. de dotis promiſſ. & nuda pollicitat. quod nudũ pactum revera ſpecie differt à contractu, l. juriſgentium 7. §. Quinimò 5. verſ. Ea enim pacta, & §. ſeq. ff. de pact. & l. In bonæ fidei 13. C. d. t.*

14 *Sed aiunt, ex ſimplici donatione datur perſonalis actio, condictio ſc. ex lege, d. l. ſi quis argentũ 35. §. ſed ſiquidē 5. v. Sin verò, ibi, ex lege noſtra, C. de donat. & Novel. 162. cap. 1. §. 1. in fin. Verùm*

hinc

*hinc perperam concludunt, donationem ſimplicem contractibus connumerari debere. Cuiusq́; enim contractus nominati actio nomen ſui contractus aſſumit, & à ſuo contractu appellatur, nec ulla ullius nominati contractus actio dicitur condictio ex lege. Innominatus autem contractus præſcriptis verbis actionem parit, t.tit.ff.de præſcript. verb.*

*Quod ſi hoc adverſariorum valeret argumentum; ſequeretur inde, quod & nuda pollicitatio, lege confirmata, contractus eſſet, quippe cum ex ea competat condictio ex lege, per text. in l. un. C. de condict. ex leg. & ſcribit Arnold. ab Haerſolte in adverſar. de actionib. ad 7. partem Pandectar. act. 68. num. 9. Sed non niſi juris imperitus dixerit, pollicitationem eſſe contractum, ſiquidem contractus ſit duorum pluriumvé conſenſus, ut & pactum l. 1. §. 2. & 3. ff. de pact. pollicitatio verò ſolius offerentis promiſſum, l. 3. in pr. ff. de pollicitat.* 15

*Ceterùm diſtinctio hæc inter legitimum, & jus gentium pactum conſuetudine ſublata videtur. Aiunt enim moribus receptum eſſe, ut pacta omnia actionem pariant, VVeſenbec. in paratit. ff. de pactis, num. 9. Verùm an conſuetudo hæc ubique in Imperio recepta ſit ſubdubito, eò quod ſtatuto VVirttembergico, part. 2. tit.* Welcher bedächtlich zuſagt *pag. 222. ſingulariter cautum eſt, ut nō minus nuda pacta valeant,* 16

quam contractus. Quid autem hoc ſpeciali ſtatuto fuiſſet opus, ſi iſthæc conſuetudo ubiq; eſſet in imperio recepta? Vnde inhærendum adhuc judico diſtinctioni propoſitæ ſupra, ut illud hodie ſit pactum legitimum & efficax, quo quis abſolutè aliquid promittit alicui, ut ſi dicat: Ego tibi dono centum, dono tibi hoc prædium: vel ego tibi permitto ire per fundum meum: Ego tibi concedo jus utendi fruendi hoc prædio meo. Pactum verò jurisgentium ad agendum inefficax dico, quo quis non abſolutè quid promittit, ſed voluntatem ſuã in futurum dirigit, ut ſi dicat: Donabo tibi centum. Permittam tibi ire, agere per fundum meũ. Concedam tibi jus fruendi prædio meo. Vt proinde feudum etiam pacto rectè & efficaciter promitti exiſtimem, ſi abſolutam & præſentem promiſſoris voluntatem contineat, non reſervatam in tempus futurum.

17 Eſt & illa quæſtio cõtroverſa, quo actionis genere inveſtituram feudi atq; ita ipſum quoq; feudũ petere poſſit is, cui illud vel inter vivos eſt promiſſum, vel ultima volũtate relictum, ſi promiſſor, vel teſtatoris heres feudum præſtare, & de eo inveſtituram facere recuſet? Bart. ad l. un. n. 10. ff. de condict. ex lege ſcribit, feudo nondum tradito competere actionem, quæ dicatur actio feudi, ſive ex feudo, Bart. ſequitur Oldend. claſſ. 5. act. 18. in pr. verſ. Quod autem; horum ratio eſt, quod feudum ſit cõtractus nominatus, proindeq; actionem

*nem ex nomine contractus eſſe appellandam, exemplo ſcil. cuiusq; alterius actionis ex nominato contractu deſcendentis. Alii verò communiter tradunt, hîc comparatam eſſe jure condictionem ex lege nō ſcripta, ſive ex moribus, niſi feudum ſtipulatione ſit promiſſum. Moventur autem hoc argumento, quod feudum originem ſuam trahat ex moribus, ſive conſuetudine, non ex lege aliqua ſcripta.*

*Sed neutra hæc opinio probari poteſt, tum quia in feudorum jure nullum ei certum eſt poſitum fundamentum, tum etiam quia ratio cuiusq; opinionis inepta eſt, & planè nulla.*

*Feudum enim non eſt contractus, ſed jus quod-* 18 *dam in re, per contractum plerunq; conſtitutum, ut arguit. text. in t. 1. §. ſciendum, & tit. 23. §. ult. ibi, uſusfructus verò illius rei, lib. 2. feud. quo poſteriori loco feudum dicitur uſusfructus, q; genus etiam nonnulli tribuunt ipſi feudo. Vſusfructus autem contractus non eſt, ſed eſt jus quoddam in re, Inſt. tit. de uſufr. in pr. quod jus etiam per contractum quādoq; conſtituitur, §. ſine teſtamento, Inſt. d. t. Et quia feudum conſtituitur, & relinquitur alicui interdum etiam teſtamento per legatum, quî quæſò hoc caſu feudum dici poſſet contractus? ſiquidem adeò ſit alienum à contractu teſtamentum, ut in hoc ille perfici prohibeatur.*

*Quandoq; etiam adquiritur feudum præſcriptione 30. annorum, tit. 26. §. ſi quis per triginta,*

*lib. 2.*

Digitized by Google

*lib. 2. feud. quo ſimiliter caſu feudum non niſi ineptiſſimè contractum dixeris.*

*Ex quibus omnibus liquidò conſtat, differre feudum à contractu tanquam effectum à ſua cauſa, quando per contractum eſt conſtitutum feudum.*

*Et licet feudorum jus moribus ſit receptum, haud tamen inde colligitur rectè, quod condictione ex moribus petendum ſit feudum, quod vel per pactum: vel per contractum, alicui promiſſum eſt; vel teſtamento relictum. Nam morib. introductum eſt, ut pater liberis ſuis impuberibus, quos in poteſtate habet, teſtamentum facere poſſit, l. 2. in princ. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. hereditas tamen impuberum ſubſtitutione pupillari data, non petitur condictione ex moribus, cum id nuſquam ſit cautum, ſed communi & vulgari petitione hereditatis, quæ mixta eſt, perſonalis, & realis, l. hereditatis. 7. C. de petit. hered. cùm tamen condictio ex lege non ſcripta, ſive moribus, ſit tantùm perſonalis actio, §. appellamus autem, Inſtit. de actionib. quæ non ſufficit ad petendam hereditatem, cum ea maiori ex parte ſit in rem, non in perſonam.*

19 *Neutra igitur actione petitur feudum obligatoriè conſtitutum, ſed ea actione, quam parit negocium, quo conſtitutum eſt, ut rectè ſentit VVeſenbec. Tract. de feud. cap. 17. nu. 8. Duar. de feud. cap. 18. num. 2. Ioan. Borcholt. in comment.*

*ment. in uſus feud. cap. 9. num. 10. Roſenthal. in Synopſi jur. feud. cap. 12. concluſ. 1. Vult. lib. 2. de feud. cap. 1. num. 11. Vnde actione ex empto petitur, ſi emptione venditione conſtitutum ſit, actione ex ſtipulatu, ſi ſtipulatione ſit promiſſum, actio ex teſtamento, ſi relictum ſit teſtamento, ſi permutatione, præſcriptis verbis actione, ſi pacto legitimo, conventione ex lege, Peregr. in tit. 1. §. ſtrenuus, lib. 2. feud.*

*Ventilatur apud feudorum Interpretes & illa quæſtio, an feudum conſtitui dicatur, non tantum quando per pactum nudum, per ſtipulationem, per emptionem venditionem, aut per cambium alicui promittitur, vel ultima voluntate relinquitur: ſed etiam quando per inveſtituram realiter novo Vaſallo adquiritur, vel etiam præſcriptione; aut ſucceſſione. Plerique Interpp. ipſam quoque feudi adquiſitionem, appellant conſtitutionem feudi. At poſt Euguin. Baron. ad tit. 25. lib. 1. feud. & Schneid. in epit. feud. part. 4. num. 1. Herman. Vult. lib. 1. de feud. cap. 7. num. 1. ſeparat à conſtitutione feudi; eius adquiſitionem, quàm vulgò malè feudi conſtitutionem dici affirmat. Verùm erroris convincuntur Vulteius & alii ex eo; quod inveſtiturâ dicitur feudum adquiri in tit. 1. in fin. & tit. 33. in princip. lib. 2. feud. quodque inveſtitura dicitur quoque conſtitui feudum in tit. 25. in prin. lib. 1. feudorum.* 28

Nec

21 *Nec eſt putandum, ipſam feudi realem adquiſitionem perperàm, aut abuſivè appellari etjam feudi conſtitutionem, quippe cum uſusfructus, aliaq; ſervitus conſtitui dicatur non ſolùm per pactum, vel contractum, aut ultimam voluntatem, §. ſine teſtamento, Inſt. de uſufruct. l. uſusfructus, 6. ff. de uſufructu, §. ſi quis velit, & §. ſeq. Inſtit. de ſervit. ruſticor. & urbanor. prædior. l. ſi quis 10. in princ. ff. ſi ſervitus vindicetur. Sed etiam quando per traditionem alicui realiter adquiritur, textus eſt expreſſus in l. ſi ego emi, 11. §. 1. ff. de publ. in rem act. Vbi Vlp. Juriſconſultus, ſi, ait, de uſufructu agatur tradito publiciana datur. Itemq; ſervitutibus urbanor. prædiorum* per traditionem conſtitutis. *Quinetiam conſtitui dicitur feudum inveſtiturâ, quod antea quidem vel ſucceſſione, vel præſcriptione adquiſitum eſt; ſed eius ſaltem poſſeſſio efficitur juſta, quomodo feudum conſtitui dicitur inveſtitura in d. t. 25. in pr. lib. 1. feud. Non enim de nova tantùm inveſtitura locus ille intelligi poteſt, ſiquidem abſq; hac inveſtitura feudum adquiratur, puta præſcriptione, tit. 26. §. ſi quis per triginta, lib. 2. feud. itemq; ſucceſſor dict. tit. 1. in fin. tit. 32. §. de veteri, & tit. 33. in prin. lib. 2. feud.*

22 *Eſt ergò conſtitutio feudi genus, eius ſpecies tres ſunt, vera, qua quis obligatur ad tradendam rem in feudum, ut eſt pactum legitimum, ſtipulatio*

*latio, emptio venditio, permutatio, teſtamẽtum. Altera cõſtitutionis feudalis ſpecies eſt, qua feudum alicui jam realiter adquiritur, ut eſt inveſtitura nova, præſcriptio, ſucceſſio. Tertia ſpecies eſt, qua feudi antea adquiſiti poſſeſſio juſta in vaſallum transfertur, quod fit, cum vaſallus de veteri feudo, antea ſucceſſione, vel præſcriptione adquiſito, inveſtitur. Nam hac etiam inveſtitura ceditur poſſeſſio, poſſeſſio, inquam, juſta, per text. in tit. 3. in pr. verſ. ſive autem, lib. 2. feud.*

*Ex prædictis patet diſſolutio quæſtionis controverſæ, ſitne unus modus conſtituendi feudum, aut plures? Dominus Vulteius dict. cap. 7. num. 4. Modum, ait, conſtituendi feudum facio unum, nimirum inveſtituram. In hanc ſuam ſententiam adducit text. in dict. tit. 25. lib. 1. feud. ubi Juriſconſultus feudiſta. Sciendum eſt, inquit, feudum ſine inveſtitura nullo modo conſtitui poſſe. Sed ſive obligatorium ſpectemus modum conſtituendi feudum, ſive adquiſitorium, non unus, ſed plures ſunt modi conſtituendi feudum. Obligatoriè enim conſtituitur feudum pacto legitimo, ſtipulatione, emptione venditione, permutatione, teſtamento, ut ſupra oſtendi. Adquiſitoriè conſtituitur feudum, inveſtiturâ novâ, ſucceſſione, & præſcriptione, tit. 1. in fin. tit. 26. §. ſi quis per triginta, & tit. 33. in pr. lib. 2. feud. quo utroq; modo obligatoriè, & adquiſitoriè feudũ dicitur conſtitui, ut oſtenſum eſt proximè.* 23

Non

24 *Non ſuffragatur Domino Vultcio Juriſconſultus feudiſta in dict. titul. 25. in princip. lib. 1. feud. locus enim ille, ut antea dixi, ex audiendus eſt de conſtitutione feudi poſſeſſoria, qua feudi poſſeſſio juſta ceditur Vaſallo. Id quod fit inveſtiturâ non ſolùm nova, titul. 2. in princip. libro ſecundo feud. ſed & veteris feudi inveſtitura, qua & ipſa feudi poſſeſſio ceditur Vaſallo, qui ſucceſſione prius adquiſivit feudum, dict. tit. 3. in princ. verſ. ſive autem, libr. 2. feud. Etſi autem unus ille ſit modus cedendi & conſtituendi juſtam feudi poſſeſſionem, attamen non ſimpliciter dici poteſt, quod unus tantùm ſit modus conſtituendi feudum, ipſa ſcilicet inveſtitura; quippe cum & conſtitui feudum dicatur, quando alicui ſaltem promittitur, aut teſtamẽto feudum relinquitur; item quando ipſum feudum realiter adquiritur, vel ſucceſſione, vel præſcriptione, ut docui ſupra.*

25 *Eſt & hæc magni momenti quæſtio, an dominus ex conſtitutione feudi obligatoria competenti actione, de qua ſupra, conventus, teneatur præcisè novo Vaſallo tradere feudum, & de eo ipſum inveſtire, aut verò præſtando intereſſe liberetur? Poſterius hoc feudorum interpretibus communiter placet, Martino Laudenſi, ad tit. 26. §. ſi facta, & ibidem Alvarot. nu. 8. lib. 2. feud. eidem Alvaroto ad tit. 7. de nova forma fidelit. §. ultim. num. 5. lib. eodem feud. Jacobino de S. Georg.*

*Georg. in tract. de feudis, in verbis, inveſtivit talem, num. 8. pag. 15. fac. 2. Mynſing. cent. 4. obſerv. 6. verſ. Limitatur autem; Nicol. Vigelius in libro juris feudalis, cap. 4. quæſt. 4. verſ. Tertia propoſitæ regulæ exceptio, Ioan. Borcholten in comment. in conſuetudines feud. cap. 9. nu. 12. Mozz. de feudis, cap. Quæ actio oriatur ex feudo, n. 6. Henr. à Roſ. in ſynopſi juris feudalis, cap. 6. concl. 7. ubi in fundamentis ad lit. F. ſcribit, quod ita omnes Dd. ſentiant. Verùm quia nullum video ſolidum huius opinionis fundamẽtum extare uſquam, vel in feudorum, vel communi jure, certis autem rationibus munita ſit contraria ſententia, ab illa communi ſeceſſionem facere dubito nihil.*

26 *Primùm autem moveor text. in t. 3. §. ult. lib. 2. feud. ubi Juriſconſultus feudiſta. Nulla, ait, inveſtitura fieri debet ei, qui fidelitatem facere recuſat. Hinc certè ex ſenſu contrario ſequitur, quod dominus eum, qui fidelitatem facere paratus eſt, inveſtire cogatur. Argumentum enim à contrario ſenſu, ſi non obverſetur textui alicui expreſſo, in jure noſtro frequens & fortiſſimum eſt, ut latè oſtendit Nicol. Everhard. in Topicis legalib. in loco à contrario ſenſu.*

27 *Deinde jure communi cautum eſt, ut debitor ad certam rem tradẽdam obligatus, præcisè eandem tradere cogatur, nec liberetur præſtando id, quod intereſt. Ita nominatim de venditore diſpo-*

*ſitum legimus in l. ex empto, 11. §. Inprimis, ibi, ipſam rem præſtare oportet, l. ſi eas res 32. in prin. ibi, præſtare debebam, ff. de act. empti, & vend. §. precium autem, verſ. ſed noſtra, ibi,* tunc omnimodo ſecundum eius æſtimationem & precium perſolvatur, & res tradatur, & venditio ad effectum perducatur. *Inſtit. de empt. & vendit. De donatione idem quoque traditum eſt in §. Aliæ autem donationes, verſ. Et ad exemplum, Inſtit. de donat. Similiter cautum eſt idem in ſtipulatione de promiſſore certæ rei, in l. ubi autem non apparet 75. §. ult. ff. de V. O. Patet idem ex hiſce generalib. juris regulis, quibus dicitur, quod grave ſit fidem fallere, l. 1. in pr. ff. de pactis, & l. 1. in pr. ff. de conſtit. pecunia, quodq; nõ debeat alteri per alterum iniqua conditio inferri, l. non debet 74. ff. de R. J. quod itẽ nulli ſuus dolus patrocinari debet, l. verum eſt 64. §. hoc quoq; facere, ff. pro ſocio, l. dolus 44. ff. mandati, l. 3. §. illud, ff. de calumniatorib. quod deniq; aliud pro alio creditori invito ſolvi non debet, l. 2. §. illud. ff. de calumniatorib. quod denique aliud pro alio creditori invito ſolvi non debet, l. 2. §. 1. ff. de reb. credit.*

*Et quamvis haud pauci ex interpretibus noſtris exiſtiment, debitorem ad tradendam rem certam obligatus qui eſt, non cogi præcisè rem ipſam tradere, ſed liberari eum, ſi id, quod intereſt, præſtet. Contrariæ tamen ſententiæ patronos*

*nos rectius ſentire arguunt abundè argumenta certiſſima jam ordine adducta.*

*Nec quicquam ei decerpit text. in l. 1. in prin.* 28
*ff. de act. empt. & vend. locus enim ille exaudiendus eſt de caſu, quo venditor non habet facultatem tradendi rem venditam, ut ſi ante traditionem ſit evicta, aut prius alii ſit tradita, aut emptor non admodum urgeat eius traditionem.*

*Cùm enim Juriſconſulti Vlpiani dicto loco ver-* 29
*ba hæc;* Si res vendita non tradatur, &c. *ambigua & obſcura ſint, quippe cum accipi poſſint de re, quæ tradi amplius à venditore nequit, intelligi item queant de re, quam adhuc penes ſe habet venditor, & tradere poteſt, certè eorum iſthæc recipienda eſt interpretatio, quæ vitio caret, quæ veriſimilior eſt, & autoritatem aliarum legum ſalvam relinquit, l. in ambigua, 19. ff. de legibus, l. in obſcuris, 114. ff. de reg. jur. c. cum expediat, tit. de elect. in 6. Ac caret vitio & veriſimilior eſt prior iſthæc interpretatio, eaq; ſalvam relinquit anthoritatem eorum juris textuum, qui volunt, quod debitor certæ alicuius rei, eam præcisè tradere cogatur, proindeq; ea ſola recipi, altera rejici debet.*

*Eodem quoq; modo reſpondendum eſt ad l. 4. C.* 30
*de act. empt. & vend. & l. contractus 12. v. Adeò ut nec C. de fid. inſtrum. & l. ex empto 11. §. idem ait 9. ff. de actionib. empt. & vendit. quod ſcilicet hi textus procedant in caſu, quo emptor non*



Digitized by Google

*admodum urget ipſam rei traditionem. Aut venditor prius alii rem tradidit, ut amplius tradendæ eius facultatem non habeat.*

31 *Neque etiam infringit ſententiam noſtram textus in l. ſi quis 13. §. ult. ff. de re judic. ubi Celſus Iuriſconſultus ſcribit, quod in omnibus faciendi obligationibus illud receptum ſit, ut promiſſor præſtando id, quod intereſt, liberetur. Huic enim regulæ locus eſt, quando in obligatione continetur non rei alicuius traditio, ſed merum factum, puta operæ ſive officii præſtatio, ut ſi quis promiſerit foſſam fodere, Capuam ire, domum ædificare, damnum avertere, pecuniam credere, non expreſſa certa ſumma, &c. uti convincitur ex d. l ſi quis 13. §. ult ff. dict. tit. l. ſi pœnam 68. ubi Bar. & Cuiac. in comment. ad Paul. ff. de verb. oblig. §. Non ſolum res, Inſtit. de verb. oblig. & tradit. Ioan. Gœddæus, ad l. faciendi verbo, 175. num. 2. ff. de verb. ſignif.*

32 *Deniq; noſtram haud imminuit concluſionem textus in tit. 7. § ult. lib. 2. feud. ubi Iuriſconſultus feudiſta ſcribit, ſi dominus factâ verbali inveſtiturâ, & fidelitate ſubſecuta, differat vaſallum inveſtitum in vacuam poſſeſſionem mittere, omnem utilitatẽ ei præſtare cogatur, quæ poſtrema verba interpretantur feudiſtæ de eo, quod intereſt. Si ergò hoc caſu, quo inveſtitura verbalis facta eſt, & jam fidelitas præſtita, ad intereſſe ſolùm tenetur dominus, multò magis in id, quod*

*intereſt,*

*intereſt, duntaxat tenetur eo caſu, quo promiſſionem feudi nondum ſecuta eſt iſthæc inveſtitura, & fidelitatis præſtatio.*

*Sed ad hunc obicem removendum planè reſpondendum eſt ad eum textum, non probari ex eo, quod dominus non cogatur tradere feudum vaſallo novo; Quinetiam eodem illo textu neceſſitas hæc omninò imponitur domino. Omnimodò, ait, Iuriſconſultus cogatur dominus inveſtitum in vacuam poſſeſſionem mittere.* 33

*Quod ad ſequentia attinet verba hæc;* Quod ſi differat, omnem utilitatem ei præſtabit, *ea non ita exaudiri debent, quaſi in arbitrio domini poſitum ſit, pro ipſo feudo præſtare novo vaſallo id, quod intereſt, quamvis Hotomannus ibidem hoc velle videatur, hanc enim illorum verborum explicationem non patitur aliud feudorum placitum in tit. 26. §. ſi facta, libr. eod. feud. ubi feudiſta, Si, ait, facta inveſtitura pœniteat dominum antequam poſſeſſionem transferat, an præſtando intereſſe vaſallo liberetur, quæſitum fuit. Reſponſum eſt, prætermiſſa illa condemnatione, dominum poſſeſſionem feudi, de quo inveſtituram fecit, tradere compellendum. Hæc ⁊ C. unde cognoſcimus quod liberum non ſit domino pro ipſo feudo præſtare vaſallo id quod intereſt. Quocirca in d. t. 7. §. ult. lib. 2. feud.* per omnem utilitatem *ſignificatur ea utilitas, quam præter ipſam feudi poſſeſſionem dominus propter mo-*



Digitized by Google

*ram præſtare Vaſallo cogitur, ut ibidem etiam Cuiacius rectè explicat. Intereſt Vaſalli nullam fieri moram à domino in præſtanda feudi poſſeſſione, cùm feudi fructus ad Vaſallum pertineant, tit. 23. §. ultim. ibi, uſusfructus verò, libro eodem feud. hanc ergò utilitatem, quæ decedit Vaſallo ex mora domini, unà cum ipſo feudo propter moram præſtare tenetur dominus ipſi Vaſallo, quæ ſententia eſt illorum finalium verborum, in dicto titul. 7. §. ultim. libr. 2. feudorum.*

*Cognitis novæ inveſtituræ cauſis, ex quibus ea fieri ſolet, & earum cauſarum effectu, qui eſt obligatio & actio, qua dominus aſtringitur neceſſitate inveſtiendi vaſallum, & transferendi in eũ feudi poſſeſſionem, ulterius de ipſamet nova inveſtitura nobis aliquid dicendum.*

34 *Quæritur autem, ſitne ipſa inveſtitura contractus, & qualis ſit, nominatus, vel innominatus; bonæ fidei, vel ſtricti juris? Quod attinet primam quæſtionem communis eſt feudiſtarum ſententia, contractibus connumerandam eſſe inveſtituram, cui ſententiæ & ego lubens ſubſcribo. In ipſo enim inveſtituræ actu cedit dominus novo Vaſallo feudum, titul. 2. in princip. & tit. 33. in princip. lib. 2. feud. & quidem cedit ei feudum ob cauſam fidelitatis, atque etiam plerunque ob ſervitia tit. 3. in fin. tit. 4. tit. 7. in fin. tit. 24. §. Eſt & alia ingratitudo, libro eodem feud. Cùm*

ergò

*ergò hic utriuſque ſubſit cauſa, ipſa ſcilicet ceſſio feudi, à parte una, & ab altera parte fidelitatis promiſſio, dubium eſt nullum, quin contrahentibus adponenda ſit inveſtitura, per text. in l. juriſgentium 7. §. ſed etſi 2. ff. de pact. Convincitur idem vel ex eo, quod ex hoc inveſtituræ negocio adverſus Vaſallum competit domino perſonalis actio, condictio ſcilicet cauſa data, ſi Vaſallus non præſtet ei ſervitia, Tit. 21. verſ. vel ſi dominis, lib. 1. feudor.*

*Hæc autem actio contractum arguit, ſiquidem concurrat cum præſcriptis verbis actione, ut patet ex l. naturalis 5. §. Et ſiquidem, & §§. ſeqq. ff. de præſcript. verb. & l. ult. ff. de condict. cauſa dat. cauſ. non ſequuta, quæ præſcriptis verbis actio ex contractu deſcendit, l. 2. junct. l. 3. ff. de præſcript. verb. Denique in ſocietatem contractuum ipſam inveſtituram vocat & hæc ratio, quod in inveſtitura pactiones interponi ſolent, tit. 2. §. ultim. lib. 2. feudor. Id quod propria eſt contractus nota, d. l. juriſgentium. 7. §. Quinimò. 5. & §. ſeq. ff. de pact. Non ergò audiendus eſt Antonius Contius in methodo de feud. cap. quibus modis feudum adquiratur, ubi ſcribit, quod inveſtitura ſit quædam appendicula contractus feudalis, non autem principalis contractus.*

*Difficultatem autem non levem habet altera illa quæſtio, ſitne ipſa inveſtitura contractus* 35

 *nomi-*

Digitized by Google

*nominatus, vel innominatus? Pleriq; Interpretes juris feudorum ipſum feudum appellant contractum nominatum, Bart. ad d. l. juriſgentium 7. §. quinimo, n. 19. in fi. ff. de pact. Curtius Iunior in tract. de feud. part. 1. quæſt. 9. n. 3. & quæſt. 10. nu. 1. Zaſ. in epitom. feudor. part. 1. Iul. Clar. in §. feudum, q. 6. n. 1. Schrad. tr. feudal. part. 2. cap. 2. Sed quia feudum per ſe conſideratum, ut quod jus quoddam eſt in re, proprie contractus non eſt, ſicuti etiam prædicamentorum, ad quæ pertinet feudum & contractus, diverſitas abundè arguit, cum contractus quædam ſit actio, feudum verò qualitas rei feudalis relativa; certè ad ipſam feudi inveſtituram, quæ eſt forma conſtituendi feudum, reſpicere ipſi interpretes videntur, quando feudum dicunt contractum nominatum. Id quod etiam ſentire videtur Nic. Vigel. in lib. ſive methodo juris feud. cap. 2. quæſt. ſive membro 3. Reg. 2. verſ. ſed quo ad formam, Dominus Weſenb. in tr. de feud. c. 1. diligenter etiam diſtinguit inter contractum feudalem, & feudum ipſum. Contractum feudalem appellat nominatum contractum, eumq; etiam civilem & ſtricti juris dici contractum, ut proinde videatur & ipſe loqui de inveſtitura, & hanc vocare nominatum, & civilem ac ſtricti juris contractum, non etiam ſignificare eo loco contractum eum, quo feudum promittitur, ſiquidem hic contractus ſit emptio venditio, permutatio, ſtipula-*

*ſtipulatio, &c. ut ſcribit idem VVeſenb. in eod. tract. cap. 6. nu. 2. & horum contractuum alii ſint juriſgentium, & bonæ fidei, alii juris civilis, & ſtricti juris. Ioannes item Niellius diſp. feud. 4. theſ. 2. inveſtituram feudi novi expreßè definit contractum nominatum, atq; ibi in fundamentis ſub. lit. C. huius ſuæ aſſertionis duas adfert rationes, quarum una eſt, quod nomen habeat proprium, quod eſt* Inveſtitura, *altera, quod in hoc inveſtituræ contractu pœnitentia non admittatur, cum ab eo recedere dominus non poſſit, ſed præcisè feudum præſtare teneatur, tit. 7. §. ult. & tit. 26. §. ſi facta, lib. 2 feud. cum tamen in contractib. innominatis pœnitentiæ locus ſit, l. ſi pecuniam 5. in princ. ff. de condict. cauſa data cauſ. non ſecuta, l. Naturalis 5. §. 1. verſ. vel ſi meum recipere velim. ff. de præſcript. verb. & l. 4. in fin. C. de rerum permutat.*

*Cæterùm Baldus ad l. 2. n. 2. C. quando liceat* 36 *ab empt. diſced. feudalem contractum dicit contractum innominatum, atque hanc ſententiam veritati propiorem judico, hoc argumento certiſſimo, quod competit domino in Vaſallum condictio cauſa data cauſa non ſecuta ad repetendũ ſcilicet feudum, ſi Vaſallus ſervitia non præſtet ipſi domino, per text. in tit. 21. lib. 1. feudor. Vnde conſequens eſt, comparatam eſſe domino in Vaſallum præſcriptis verbis actionem, ad petenda iſthæc ſervitia, quippe cum duæ illæ actiones*



Digitized by Google

*ex eodem negocio concurrant, d. l. 4. in fin. C. de rer. permutat. & d. l. Naturalis 5. §. 1. ff. de præſcript. verb. & quod ex ipſa inveſtitura præſcriptis verbis naſcatur actio, ex eo quoq; non obſcurè convincitur, quod rebus certa lege traditis, iſthæc actio competit, l. Rebus 6. C. de rer. permutat. In inveſtitura autē traditur res in feudum, hac lege, ut Vaſallus domino fidelitatem & plerunq; etiam ſervitia præſtet, Tit. 3. in fin. & tit. 5. 6. & 7. & tit. 24. §. Eſt & alia lib. 2. feud. Naſcitur ergò ex inveſtitura præſcriptis verbis actio. Sentit idem Cuiac. in præfatione in libros feudor. mihi pag. 16. & ad tit. 8. in princ. lib. 2. feudor. quem ſequitur Ioannes Borcholt in commentariis in conſuetudines feudor. cap. 9. nu. 14. Sed actio præſcriptis verbis competit non ex nominato, ſed innominato contractu, l. 2. junct. l. 3. ff. de præſcript. verb. Sequitur ergò erroneam eſſe eorum ſententiam, qui inveſtituram contractibus nominatis adponendam cenſent.*

*Eſt quidem inveſtituræ nomen ſatis elegans, & civili fortaſſis jure inventum, ſed non ex quolibet nomine æſtimatur nominatus contractus, alioqui enim ſequeretur contractibus nominatis connumerandam eſſe & permutationem, quæ tamen innominatus contractus eſt, l. 1. §. Item emptio, verſ. quod in his, ibi, quæ nomen ſuum habent. ff. de permutat. l. 5. §. 1. ff. de præſcript. verb. Vt autem contractus aliquis ſit nominatus,*

tus,

*tus, neceſſe eſt ei ſpecialem & propriam jure ci-
vili proditam eſſe appellationem. l.3.ff.d.t.junct.
l.1.§.ult. & l. Iuriſgentium 7. §.1. & 2. ff. de
pactis. Sed inveſtituræ contractui nulla lex pro-
prium nomen dedit, ut aſſerit Cuiac. ad dict. tit.
8. in princ. lib. 2. feudor. & eum ſequutus Ioan.
Borcholt. dict. cap. 9. num. 14. Nomen enim in-* 37
*veſtituræ non convenit ſoli huic contractui, ſed
quandoq; contractum hunc denotat; Interdum
verò ſignificat verbalem inveſtiturã, quam fide-
litatis præſtatio ſequitur, Tit. 4. & Tit. 7. in
fin. lib. 2. feudor. Nonnunquam etiam & qui-
dem propriè denotat ſolam poſſeſſionem rei feu-
dalis, id eſt, traditionem poſſeſſionis illius, Ti-
tul. 2. in princip. lib. eodem feud. Quandoque
nomine inveſtituræ ſignificamus breve teſta-
tum & ſcripturam illam, quæ de feudo conceſſo
eſt facta, & germanicè dicitur* Lehenbrieff / *Mozz. de ſubſtantia feudi, num. 34. Deni-
que inveſtituræ nomen longè ante feudorum ju-
ra in uſu fuit, & quidem ſimiliter in rerum tra-
ditionibus maximè quæ fiebant ex contractu
emptionis, ut docent, Cuiacius libro octavo ob-
ſervation. capite decimo quarto, Antonius
Contius in methodo de feudis, cap. quibus mo-
dis feudum adquiratur, & Petrus Faber ad l.
Id quod noſtrum 11. ff. de reg. jur. Cùm ergò
non ſolius contractus inveſtituræ, ſed & alio-
rum actuum nomen ſit inveſtituræ appellatio;*

*certè*

Digitized by Google

*certè contractus hic feudalis neutiquam rectè dici poteſt nominatus contractus.*

38 *Sed obiicitur hîc, quod ſocietas contractus ſit nominatus, l. juriſgentium 7. §. 1. ff. de pact. cum tamen ſocietatis nomen pertineat etiam ad matrimonium, l. ſi rerum, 52. ff. de re judic. itemq́ ad rerum communionem, quæ abſque contractu conciliatur, l. Heredes 25. §. Non tantū, 16. ff. famil. erciſc. Verùm reſponderi poteſt ad hanc inſtantiam, ſocietatis nomen propriū eſſe contract9 illius, qui ſocietas dicitur, porrigi tamen abuſivè etiam ad matrimonium, itemq́ communionem re ipſa ſine conſenſu conſtitutam, id quod ex eo etiam convincitur, quod matrimonium non ſimpliciter dicitur ſocietas, ſed cum quodam adiuncto dicitur vitæ ſocietas, in d. l. ſi rerum 52. ff. de re jud. Et ne rerum communio videatur propriè appellari ſocietas in d. l. heredes 25. §. 16. ff. fam. erisc. iccircò Iuriſconſultus Paul. ſcribit, ad eam ſocietatem coniungere heredes non conſenſum, ſed rem ipſam, atqui inveſtituræ nomen non eſt proprium ipſius contractus feudalis, ſed ſolennis & ſymbolicæ traditionis poſſeſſionis, ut in feudis dict. tit. 2. in princ. lib. 2. feud. ſic & in rebus allodialibus, ut ex Cuiacio, Contio, & Petr. Fabro antea oſtendi.*

39 *Quod attinet ad argumentum alterum, quo dicitur, in contractu inveſtituræ locum eſſe pœnitentiæ nullum, cum tamen hæc admittatur in* con-

contractibus innominatis, dilui illud abſque negocio poteſt, hoc modo; In toto jure, generi per ſpeciem derogatur, & illud potiſſimum habetur, quod ad ſpeciem directum eſt, l. in toto 80. ff. de reg. jur. Eſt autem illa generalis regula, qua dicitur, in contractibus innominatis pœnitentiæ locum eſſe, verùm hæc regula vitiatur, & ſuum perdit officium, quando ſpecialiter in quodam innominato contractu aliud eſt conſtitutum, per text. in l. 1. in fin. ff. d. t. Cùm in toto jure, ut modò dixi generi per ſpeciem derogetur. Quapropter cum in contractu inveſtituræ id cautum ſit ſpecialiter, ne locus ſit pœnitentiæ ex parte domini, patet inde ceſſare generalem illam regulam in inveſtituræ contractu innominato. Ratio autem, cur generalis illa regula perdat ſuum officium in inveſtituræ contractu; hæc probabiliter reddi poteſt, quod inveſtitura ex præcedenti alio firmo procedit contractu, vel quaſi contractu, puta emptione venditione, permutatione, ſtipulatione, donatione ultima voluntate, ut hîc dupli-ci vinculo dominus ad tradendum feudum obligatus rectè dici poſſit, quod duplex vinculum fortius ligat quam unum, §. ſed hodiè, verſ. ſed quia concurrunt, ubi gl. & Dd. Inſt. de adopt. & l. pen. in princ. verſ ſi verò pater, ubi ſimiliter gl. & Dd. C. d. t.

Reſtat quæſtio tertia, utrùm hic contractus bonæfidei ſit, an verò ſtricti juris? quæ ſanè quæ- 40

ſtio

Digitized by Google

*ſtio occioſa videri non debet, cùm alia ſit huius, alia illius contractus natura, non ſolum quo ad pacta, quæ contractibus adiici ſolent, ut apparet ex l. In bonæ fidei, 13. C. de pact. l. juriſgentium 7. §. Quinimò, 5. & l. ſi tibi decem 17. in princ. ff. d. t. l. petens 27. & ll. ſeqq. C. eod. tit. & l. rogaſti 11. §. ſi tibi dedero, ff. de rebus credit. ſed etiam, quò ad actiones, quæ ex his contractibus deſcendunt, cùm alia ſit poteſtas judicis in bonæ fidei, alia in ſtricti juris actionibus, §. In bonæ fidei, Inſtit. de actionibus l. videamus 38. §. pen. ff. de uſur. l. 5. in princ. & §. ult. ff. de in litem jurand.*

*Pleriq; autem interpretes juris contractuum inveſtituræ feudorum dicunt ſtricti juris contractum, Alvarot. ad Tit. 1. in princ. n. 4. verſ. item quod materia, lib. 2. feud. Curt. Iunior tr. de feud. part. 1. q. 9. nu. 3. Iul. Clar. in §. feudum, q. 6. Zaſius in epitome feudo. part. 1. in fin. Schrader. tract. feudali, part. 2. cap. 2. nu. 4. Henric. à Roſenthal. in ſynopſi juris feudalis c. 6. concl. 37. Herm. Vult. lib. 1. de feud. c. 7. n. 56. pag. 214.*

*Cæterùm ab hac ſententia communi alienus eſt Duarenus in commentario in uſus feudor. cap. 19. nu. 4. & poſt eum Ioan. Niellius in diſp. feudal. 4. th. 2. & ibi in fundamentis ſub lit. D.*

*Verùm enimverò licet poſterior hæc opinio munita videatur argumentis haud levibus, priꝰ tamen commune pronunciatum oſtendi poteſt veriſ-*

*verisſimum.* † *Et primò quidem illud juris eſt* 41
*expediti, quod nullus contractus, nulla actio bonæ fidei dici poſſit, quàm quæ nominatim ipſa lege jubetur eſſe bonæ fidei. Id quod ſentit etiam Cuiacius in notis ad §. Actionum autem, in verb. hereditatis petitio, Inſtit. de actionib. Vbi lex, ait, ſola bonæ fidei judicia facit. Sic petitio hereditatis, de qua dubitabatur antiquitus, bonæ fidei actio eſſet nec ne, ſpeciali conſtitutione Iuſtinianea, bonæ fidei ut eſſet, cautum eſt, l. ult. §. ult. C. de petit. heredit. & §. Actionum autem, verſ. Quamvis, Inſtit. Actionem item dotis exigendæ ex ſtipulatu ſimiliter bonæ fidei actionibus ſpecialiter adpoſuit Iuſtinianus Imperat. in l. un. §. ſed etſi 2. Cod. de rei uxor. act. Sed inveſtituræ contractus, & eius actio præſcriptis verbis nuſquam in feudorum jure aut alibi connumeratur bonæ fidei actionibus. Quocirca noſtrum non eſt hunc contractum & eius actionem pro bonæ fidei habere contractu, & actione.*

*Deinde non omnis actio præſcriptis verbis eſt* 42
*bonæ fidei actio, ſed ea tantùm, quæ de æſtimato proponitur, & ea, quæ ex permutatione competit, dict. §. actionum autem, Inſtitut. de actionibus. Cùm ergò præſciptis verbis actio, ex contractu inveſtituræ quæ competit, neque ex permutatione ſit, neque de æſtimato detur, ſed ex articulo* facio ut facias, *ſiquidem domi-*

Digitized by Google

*dominus rem ſuam in feudum tradat Vaſallo, ut hic viciſſim illi fidelitatem & ſervitia præſtet; certè cõtractus hic inveſtituræ, & actio eius præſcriptis verbis bonæ fidei contractibus, & actionibus connumerari nequit.*

43 *Adhæc, licet hoc adverſæ demus parti, ex contractu inveſtituræ naſci actionem non præſcriptis verbis, ſed condictionem (ut volunt) ex lege, puta feudorum moribus: attamen certum eſt, quod nulla condictio ex lege in ſocietatem contractuum bonæ fidei admitti poſſit, proindeq; nec contractus unde iſthæc condictio deſcendit, quippe cum bonæ fidei contractum, & actionem ſola lex, ut oſtendi, faciat, nec uſquam ulla condictio ex lege bonæ fidei negociis in jure noſtro apponatur.*

*Præterea, inveſtitura feudi continet ut plurimum donatinem quandam, quippe cùm feudum paſſim in feudorum libris beneficium appelletur, & amore ac honore domini adquiri dicatur in tit. 27. lib. 1. feud. At donatione ſpecies in bonæ fidei contractibus non deputatur, ut affirmat Modeſtinus Iuriſconſultus in l. Eum qui 22. ff. de donat.*

44 *Denique inveſtituræ contractus, quò ad eius formam, ex qua unaquæque res æſtimari debet, eſt contractus jure civili, puta moribus, receptus. Sed nullus juris civilis contractus eſt bonæ fidei, ſed tantùm ſtricti juris, argum. §.*

*actio-*

actionum autem, Inſtit. de act. præterquam in caſu, quo dos ſtipulanti promiſſa eſt, l. un. §. 2. C. de rei uxor. act. & §. fuerat, Inſt. de act. Ergò. &c.

Sed videamus contrariæ opinionis argumenta, Duaren. dict. c. 9. num. 4. hanc adfert rationem, quod dominus & vaſallus invicem ad fidem præſtandam ſint obligati. At licet hoc verum ſit, uti arguit text. in Tit. 6. verſ. Dominus quoque lib. 2. feud. ex eo tamen haud rectè colligitur, & neceſſariò concluditur, inveſtituræ contractum eſſe bonæ fidei contractum. Ex contractu enim facio, ut facias, tenetur ſæpè alter alteri ad mutuam præſtationem, ut in caſu. §. Præterea. Inſtit. de locatione & conduct. cùm tamen hic contractus, & ex eo deſcendens præſcriptis verbis actio ſtricti juris ſit, non bonæ fidei contractus & actio, §. actionum autem, Inſt. de actionibus. 45

Adducitur à quibuſdam & hoc argumentum, quod feudum ex fide & benevolentia proficiſcatur: At precarii quoque actio præſcriptis verbis ex bona fide oriri dicitur, in l. 2. §. 2. in fin. ff. de precario, tùm etiam condictio indebiti ex bono & equo tribuitur. l. Hæc condictio 66. in princ. ff. de condict. indebit. neutra tamen actio bonæ fidei eſt, ut rectè oſtendit contra quoſdam Donellus ad §. actionum autem, num. 40.

Joan. Niellius in dict. diſp. feudal. 4. th. 2. ſub

*lit. D. aliis nititur firmamentis, & primùm citat textùm in Tit. 7. in fin. ibi, quod ſi differat omnem utilitatem ei præſtabit, lib. 2. feud. Verùm ex eo, quod ex mora ſua dominus præſtare tenetur vaſallo etiam omnem utilitatem, puta fructus rei feudalis, & id quod intereſt, non ſequitur bonæ fidei eſſe contractum ipſam inveſtituram, ſiquidem heres, à quo legatum vel fideicommiſſum eſt relictum, propter moram ſuam etiam ad uſuras fructus & intereſſe teneatur, Tot. Tit. Cod. de uſuris & fructibus legator. ſeu fideicommiſſorum, quamvis legatorum & fideicommiſſorum actio ex teſtamento ſtricti juris ſit, ut patet ex l. 3. C. in quibus cauſis in integr. reſtitut. neceſſe non eſt, l. 5. in fin. & l. ſeq. ff. de in litem jurand.*

46 *Deindè idem Niellius hoc utitur fundamento, quòd pactum inveſtituræ in continenti adjectum, actionem pariat, Tit. 8. in princ. verſ. qui enim, ibi, niſi pacto ſpeciali, lib. 2. feud. & Tit. 2. in fin. lib. eod. feud. Idq́ proprium eſſe pactorum bonæ fidei contractui incontinenti adjectorum, d. l. In bonæ fidei 13. C. de pactis, & l. jurisgentium. 7. §. Quinimò. 5. ff. d. t. Sed reſpondendum, id quidem eſſe proprium pactorum in continenti bonæ fidei negociis adjectorum, at non proprium in quarto modo, cum ejuſdem ſit poteſtatis pactum etiam illud, quod rerum traditionibus confeſtim adjicitur, l. In tra-*

*ditio-*

*ditionibus. 48. ff. de pact. junct. l. Rebus. 6. C. de rer. permutat. cùm ergò in inveſtitura res feudalis tradetur vaſallo, mirum non eſt, quod pactum inveſtituræ adjectum actionem producit.*

*Tertiò tale adfert argumentum Niellius. Evictionis præſtatio eſt propria bonæ fidei negociorum, arg. l. 2. 4. & 6. C. de evict. l. Ex empto. 11. §. 2. ff. de act. empt. & vend. Sed dominus tenetur vaſallo præſtare evictionem, ſi hic ignorans in feudum ab illo acceperit rem alienam, Tit. 8. in pr. lib. 2. feud. Eſt ergò dominus ex bonæ fidei contractu obligatus vaſallo. Atqui evictio præſtatur non tantùm in actione bonæ fidei, ſed & in quibuſdam ſtricti juris actionibus, puta in actione ex teſtamento, qua legati, vel fideicommiſſi nomine agitur; cùm teſtator ſciens rem alienam legavit, aut per fideicommiſſum reliquit. l. Cum alienum. 10. C. de legat. Et quoties in ſolutum res data eſt creditori locus eſt evictioni, l. 4. C. de evict. niſi datio in ſolutum ex donatione ſimplici facta ſit, l. Ariſto. 18. §. ult. ff. de donat. Et qui in inveſtitura fit traditio feudi, & traditio rerum vicem obtineat bonæ fidei contractus, d. l. In traditionibus. 48. ff. de pact. & d. l. Rebus. 6. C. de rer. permutat. mirùm non eſt, quod dominus vaſallo evictionis nomine tenetur, licet contractus inveſtituræ non ſit in numero bonæ fidei contractuum.* 47



Digitized by Google

48 *Præterea ſubjungit Niellius argumentum à comparatis, atque ait, Emphyteuſin contractum eſſe bonæ fidei, proindeq́; & feudalem contractum, inveſtituram ſcilicet, quippe cum ſimile ſit emphyteuſi ipſum feudum, & ab illa ad hoc argumentum procedat, per tradita Everhardi in Topicis legalib. in loco ab Emphyteuſi ad feudum. Sed argumentum hoc ſatis eſt fragile, ſiquidem communis & veriſſima ſit opinio, quod contractus Emphyteuticus ſit ſtricti juris contractus. Communis eſt, inquam, opinio hæc, Bald. ad Rubr. C. de jure emphyteut. & ibidem Ioan. Ferrar. Montan. verſ. ſtricti tamen juris, Idem Bald. ad l. 1. in 1. lectura. num. 8. & in lectura. 2. num. 17. C. d. t. & ibidem etiam Jaſon num. 76. & Sichard. num. 6. Et quamvis aliqui ex Neotericis, puta Connan. lib. 7. Commentar. cap. 12. num. 1. Donell. ad §. actionum autem. nu. 39. Inſtit. de actionib. & VVeſenbec. ad §. Ideò autem. Inſtit. de locat. & conduct. bonæ fidei contractibus emphyteuſin quoq; adponant, veriſſima tamen eſt, (ut dixi) ſententia contraria, tum quia bonæ fidei contractum ſola lex facit, ut antea oſtendi, ſed nuſquam in jure noſtro ulla extat lex, qua contractus hic jubeatur eſſe bonæ fidei: tum etiam quia civilis eſt hic contractus, ut cui Zeno Imp. primus certam dedit formam, in l. 1. C. de jure emphyteut. Vnaquæq; autem res ſua ex forma æſtimari debet, l. adeo 7. §. cum quis. ff. de ad-*

*de adquir.rer.domin.* & *l.Julianus.9.§ ſed ſi quis rem, in fin. ff. ad exhib. Cùm ergo formam ex jure civili habeat contractus hic, meritò etiam civilis dicitur contractus, non juris gentium, idq́; volunt etiam Dd.communiter, Accurſius in l.5. & ibidem etiam Bartol. num. 4.ff.de juſt. & jur. Zaſ. ad l.3. in fin. ff. d. t. Idem Accurſ. Faber, & alii, in §. Jus autem gentium, Inſtit. de jur. nat. gent. & civili. Ferd. Vaſq. Tract. de ſucceſſ. progreſſu in præfat. num. 136. Guido de Suzaria in tractat. de jure emphyteut. num. 1. VVeſenbec. ad d. §. adeò autem, Inſtit. de locat. & conduct. Ioan. Borcholt. in commentar. in conſuetud. feud. cap.3.num.3. Vult. ad dictum §. Actio autem n. 6. Contractus autem juris civilis bonæ fidei non eſt, ſed ſtricti juris, arg. §. actionum autem, Inſtit. de actionib. junct. §. ult. Inſtit. de obligat. ex conſenſu, præterquam uno in caſu, ubi ſtipulanti dos promittitur, quo caſu ſtipulatio, quæ alioquin juris eſt civilis, §. De conſtituta, Inſt. de actionib. bonæ fidei contractibus connumeratur. l. un. §.2. C. de rei uxor. action. & §. Fuerat antea, Inſt. de actionib.*

*Sed licet cum Coraſ. ad Rubr. num. 8. & ad d.l. 1. num. 10. C. de jure emphyt. & lib.1. miſcell. cap.21. dicere, emphyteuſios contractum eſſe inventum juris gentium, attamen non omnis juris gentium contractus eſt bonæ fidei, quippe cum mutuum, indebiti ſolutio, contractus item no-* 49

*minatus do vt facias, facio vt facias, & facio vt des, ſtricti juris ſint contractus, arg. d. §. Actionum autem, Inſtit. de actionib.*

50 *Rationes, quibus movetur Niellius, quando bonæ ſidei contractibus ipſam quoq; emphyteuſin connumerat, duas adfert, una eſt adhæc, quod pactum contractui emphyteuſeos in continenti adjectum pariat actionem, per l. 1. C. de jure emphyt. Idq; nota quædam ſit bonæ fidei contractus, l. In bonæ fidei. 13. C. de pactis. Sed hæc ratio concludens non eſt, vt antea oſtendi. Nec verum putari debet, quod ait, pactum hoc ad actionem proficere. Illud enim neq; ex d. l. 1. C. d. t. neque aliundè probari poteſt, verum quidem eſt quod pactum illud ſit cuſtodiendum, vt ea in lege dicitur. Atqui non omne pactum, quod cuſtodiri jubetur ad actionem proficit. Nam Prætor ait, ſe pacta ſervaturum, l. jurisgentium. 7. §. ait Prætor. 7. & §. Dolo. 9. ff. de pactis. Id tamen non præſtat datis tantùm actionibus, ſed vt plurimùm datis exceptionibus, l. inter 44. §. 1. ff. famil. erciſc. l. In bonæ fidei. 13. C. de pact. l. Pacta conventa. 72. in princ. verſ. ſed quo caſu, ff. de contrah. empt. & vendit.*

51 *Quandoq; etiam pactum abſque exceptione ipſo jure tutum facit paciſcentem. Quando enim in continenti ſtricto contractui eſt adjectum, tunc ipſi contractui ita ineſt, & ſervandum, vt ipſò jure ſecurum & tutum efficiat*

*reum*

*reum, l. lecta. 40. verſ. & ſi vt ille putabat, ff. de rebus credit. l. 4. §. Hujus rei. ff. de pactis. Cuiacius in commentar. in lib. 3. quæſt. Papin. pag. 68. & ſeq. & lib. 10. obſervat. cap. 24. Donel. ad leg. In bonæ fidei. 13. num. 11. & 12. C. de pact. Vnde ſi in ipſo contractu emphyteuſeos pactum interponatur, vt ſi grandine, aut quo alio caſu fortuitò perierint fructus prædii emphyteutici, non integrum, ſed dimidium ſaltem Canonem ſolvat emphyteuta: dominus integri canonis nomine actionem habet nullam, ſed emphyteuta propter pactum illud ipſo jure tutus eſt, & tantùm præſtare tenetur canonem dimidium. Atque hic eſt ſenſus conſtitutionis Zenonianæ, in d. l. 1. in ſin. C. de jur. emphyt.*

*Altera Niellii ratio hæc eſt, quod nulla poſſit dari differentiæ ratio inter emphyteuſin & locationem, quæ bonæ fidei contractus eſt. Verùm ad hoc argumentum reſponderi poteſt per inficiationem, Juſtinianus enim Imperator diſertè diſtinguit emphyteuticum contractum à locatione, & conductione, in d. l. 1. in pr. C. de jur. emphyteut. Et propriam eſſe hujus contractus naturam, quæ ad locationem non inclinet, expreßè tradit in d. §. adeò autem, verſ. Sed talis contractus, Inſtit. de locat. & conduct.*

*Adferri poteſt pro contraria ſententia, quam Niellius amplectitur, & hoc firmamentum,* 52

*quod particulare damnum ad emphyteutã pertineat, etiamſi in ipſo contractu hac de re nihil convenerit inter dominum & emphyteutam, d. l.1. in fin. C. de jur. emphyteut. Proprium autem ſit contractus bonæ fidei præter conventionem aliquid in ſe continere, §. in bonæ fidei, Inſt. de actionib. Proprium verò contractus ſtricti juris illud tantum continere, de quo nominatim convenit, non ultra, l. Quia tantundem 7. ff. de negoc. geſt. Sed neq; hæc ratio quicquam nobis negocii in propoſito facit. Quòd enim vulgò exiſtimatur, ſtrictis negociis contineri illud tantum, de quo nominatim & expreſſè inter contrahentes convenit, non etiam quid aliud, id planè erroneum eſt, ut arguit l.3. ff. de reb. credit. & l. ſi ita. 126. §. Chryſogonus, verſ. plerunque, ubi Cujac. ff. de verb. oblig. & c. cum dilecti. 6. ext. de donationib.*

53 *Deniq; opinioni contrariæ, & hoc poni fundamentum poſſe videtur, quòd ex contractu emphyteutico dominus ad tradendum emphyteuticum prædium, & emphyteuta ad præſtandum quotannis Canonem promiſſum obligatus eſt, quæ mutua obligatio, & actio, nota videtur eſſe bonæ fidei contractus, arg. dict. §. ult. Inſtit. de obligat. ex contractu. Atqui reſpondendum, ut & ſupra reſponſum, mutuam obligationem, non eſſe contractus bonæ fidei notam propriam, in quarto proprii modo, ut convincitur ex §. Præ-*

*terea*

*terea, verſ. & placuit, Inſtit. de locat. & conduct. Vbi agitur de innominato quodam contractu ſtricti juris, ex quo tamen mutua datur actio. Permutatio quoque contractus eſt bonæ fidei, §. actionum, Inſtit. de actionib. ex ea tamen non naſcitur actio mutua, ſed illi tantum, ex cujus parte hic contractus initium cœpit, l. ult. ff. de condict. cauſa data, cauſa non ſecuta, & l. 1. §. 2. ff. de permutat. & l. 5. ff. de præſcript. verb.*

*Tandem pro opinione ſua obtinenda Niellius tale adfert argumentum, Bonæ fidei contractus tales & ejusmodi ſunt ob utilitatem, frequentiã, & neceſſitatem ſuam, cum ſine his contractibus vitæ neceſſitas conſervari non poſſit: ſed contractus feudalis inveſtituræ ſcilicet maxima eſt frequentia, utilitas, & neceſſitas, cùm in multitudine vaſallorum vires imperii & ſalus reipublicæ conſiſtat. Tit. 52. & Tit. 55. in prin. lib. 2. feudor. Inveſtituræ ergò contractus bonæ fidei eſt, non ſtricti juris contractus. Verùm reſponderi poteſt ad majorem, quòd ea ſit neganda, ſiquidem mutuum ſtricti juris ſit contractus, cùm tamen hic contractus frequentia, utilitate, & neceſſitate ſui nihil cedat bonæ fidei contractibus. Eſt & ſtipulatio contractus ſtricti juris, licet omnibus bonæ fidei contractibus accedere poſſit. l. ſtipulationum. 5. in prin. verſ. conventionales, ubi Cujac. ff. de verb. oblig. Cùm ad hoc inventa ſit ſtipulatio, ut firmet cæteros contractus, Jul. Paul.*

 *lib.*

Digitized by Google

*lib.5.ſent. Tit.7.de oblig. in princ. & ibi Cuiac. Contractus quoq; innominati do ut facias, facio ut des, facio ut facias, frequentiſſimi, utiliſſimi, & maximè neceſſarii ſunt, non minùs quàm innominatus contractus do, ut des, ut arguit §. Qua de cauſa, & §. Præterea. verſ. Et placuit. Inſtit. de locat. & conduct. & Tot. tit. ff. de præſcript. verbis, & tot. tit. ff. de condict. cauſa dat. cauſa non ſecuta. Cùm tamen contractus tantùm do ut des bonæ fidei ſit, cæteri verò ſtricti juris. §. Actionum autem, Inſtit. de actionibus. Quæ inter actiones frequentior, quæ utilior, quæ neceſſaria magis, quam petitio hereditatis? cùm cottidie homines teſtati, vel inteſtati decedant, ad quorum hereditates hæc actio pertinet, ut tamen bonæ fidei actionibus connumeretur, opus fuit ſingulari conſtitutione Juſtinianea, quæ eſt in leg. ult. §. ultim. C. de petit. heredit. & §. Actionum, Inſtit. de actionib. Non ergò ſola frequentia aut utilitas, vel neceſſitas bonæ fidei contractus & actiones efficit, ſed lege ſpeciali hîc opus eſt.*

54 *Non incommodè hoc loco & illud quæri poteſt, ſitne etiam ſtricti juris aut bonæ fidei contractus, ipſa inveſtitura, ſi à principe ſit facta? Zaſius in epitom. feud. part. 1. & eum ſecutus Schrader. in Tract. feudal. cap. 2. num. 5. hanc inveſtituram bonæ fidei contractibus aſſociare non dubitant; hoc argumento, quod omnes contra-*

*ctus*

*ctus cum Principe celebrati ſint bonæ ſidei, ut communiter Dd. ſtatuunt, quos citat Schrader. d. cap. 2. numer. 6. Sed huic concluſioni haud temerè ſubſcribendum, tum quia nuſquam in jure noſtro ſtricti juris contractus in Principe dicitur bonæ ſidei contractus, proindeq́; ea ſententia neutiquam recipi debet, l. ab ea parte. 5. in princ. ff. de probat. & l. Illam meritò. 19. ibi, eò quod nulla conſtitutio ſuper huiusmodi collatione poſita eſſet, C. de collat. Tum quia Princeps in contractibus jure privatorum uti jubetur, cap. 1. ubi Canoniſtæ, extr. de probat. Tum etiam quia Princeps ſecundùm juris communis regulas contrahere cenſetur, argum. l. 4. C. de leg.*

*Non obſtat, quod Principis beneficium quàm pleniſſimè interpretari debemus, l. penult. ff. de conſtitut. Princip. Diſtinguendum enim inter contractum, de quo hîc agimus, & Principis beneficium, cap. cum dilecti. 6. in fine, ibi. In contractibus plena, in teſtamentis plenior, in beneficiis pleniſſima eſt interpretatio adhibenda, extr. de donation. Cùm ergò dict. l. penultim. ff. de conſtitut. Princip. loquatur non de contractu, ſed beneficio Principis, porrigi ad contractum Principis minimè debet, cùm ex ſeparatis nihil rectè inferatur, l. Papinianus. 20. ff. de minoribus, & l. ultim. ff. de calumniatoribus. Sed potius* 55

de di-

Digitized by Google

*de diverſis jus diverſum ſit ſtatuendum. l. Naturaliter.12. §. nihil commune, & l. ſi quis.17.§. 1.ff.de adquir. vel amitt. poſſ. l. ſi maritus. 10.C. de donat.inter virum & uxorem. Eſt quidem & feudum beneficium quoddam. Tit. 23. lib. 2. feud. at merum non eſt beneficium, ſed donatio ob cauſam facta, puta ob fidem & ſervitia, dict. Tit.23.in fin.lib. eod. feud. Roland à Valle conſil.50. num.28. vol.3. cujusmodi ob cauſam donatio contractus eſt, l.2.&3. C.de condict.ob cauſ. dat.*

§ 6 *Non eſt hoc loco omittenda inſpectio opinionis Hotomanni lib. 6.obſervat. cap. 7.propoſitæ, ubi exiſtimat, abſurdam eſſe quæſtionem, utrum bonæ fidei, vel ſtricti juris ſit feudalis contractus. Hujus autem opinionis ſuæ hanc adfert rationem, quod iſthæc diſputatio & quæſtio, locum tantum habeat in iis judiciis, quæ ordinaria fuerunt, & formulam habuerunt à Prætore judici Pedaneo præſcriptam, l. Actio. 47.ff. de negot. geſt. Cauſas autem feudales extra ordinem agi diſceptariq́; apud Pares Curiæ, Tit. 10. in prin. lib. 2.feud. Sed utrunque illud Hotomanni à veritate alienum eſſe, ex ſequentibus patebit, ut hodie etiam judicia alia ſunt ordinaria, alia extraordinaria, §. quoniam. 11. §. ſtatuimus, ext.de probat. Clement.Sæpè Tit.de verb. ſignificat. in quorum illis ſecundum ſubtilem & ſtrictum judicii ordinem partes diſceptant, &*

judex

*judex de cauſa cognoſcit, & legitimè pronunciat, l. 1. C. de execut. rei judic. l. judices. 9. C. de judic. In his verò citra illum ſtrictum judicii ordinem litigatores procedunt, & judex tantùm ſummatim cognoſcit & pronunciat, Clementin. Diſpendioſam. Tit. de judic. & Clement. Sæpè, in prin. Tit. de verbor. obligat. antiquitus quædam judicia erant ordinaria, quædam extraordinaria, verùm una ſpecie pòſt ſublata manſerunt tantum extraordinaria judicia, §. ult. Inſtit. de interdict. & §. 1. Inſtit. de ſucceſſ. ſublat. & dict. l. Actio. 47. §. 1. ff. de negot. geſt.*

*Erant autem extra Ordinaria judicia in* 57
*quibus ipſimet magiſtratus, puta Prætor, & Præſes pro ſua juriſdictione, de cauſa literatorum cognoſcebant, & ſententiam dicebant. Extraordinaria, in quibus judices pedanei, à magiſtratu dati, ſecundum formulam à magiſtratu præſcriptam de cauſa cognoſcebant, & pronunciabant. d. l. 47. §. 1. ff. de negot. geſt. l. 1. & 3. ff. quis à quo appelletur, l. pecuniæ. 178. §. 2. ff. de verb. ſignif. l. Ait Prætor. 5. in prin. ff. de re judicata. & l. 2. & Tot. Tit. C. de pedan. judicib. Magiſtratus, qui & ipſi judices erant, & quidem ordinarii judices, l. apertiſſimi, 16. C. de jud. ut & hodie ita appellantur, tot. t. ext. de off. jud. ord. in humilioribus cauſis judicem pedaneum plerunque dabant ipſis litigatoribus, l. ult. C. de pedaneis*

Digitized by Google

*neis judicibus. Similiter in cauſis majoribus dabant judicem pedaneum, ſi vel occupationibus publicis, vel cauſarum multitudine, vel valetudine adverſa ipſimet judicare impediebantur, l. 2. C. de pedaneis judicib. De quibuſdam tamen cauſis ipſimet cognoſcere & pronunciare neceſſe habebant, d. l. 2. in fin. C. d. t. l. 1. ff. de extraord. cog. l. 1. §. 2. ff. de rei vindic.*

*Quando autem magiſtratus judex ordinarius pedaneum dabat judicem, prius in jure facti narratis partis utriuſq; auditis, actionem dabat acturo impetranti, quæ formula dicebatur, l. 1. C. de formul. & impetrationib. act. unde hypothecaria actio dicitur formula hypothecaria in inſcriptione, l. 5. ff. de pignorib. & hypoth. & reo dabat exceptionē, l. 1. § . Sunt qui. 6. in fin. ff. ne quid in flumine publ. l. 1. § Labeo. 16. ff. de fluminib. Ea autem actionis, & exceptionis formula erat ſolennis quædam certorum verborum conceptio, d. l. actio. 47. §. 1. ff. de negot. geſt. & actionis quidem talis conceptio:* Si apparet eum dare facere oportere. *§. ſic itaq; diſcretis, Inſt. de actionibus. De exceptionis formula agit Cujac. lib. 5. obſer. cap. 34. Quod ſi quis deerrabat præſcripta formula, lite cadebat, ut arguit text. in l. 1. C. de formulis & impetrationib. actionum ſublatis, & ibi Cuiac. in paratit.*

*Quando autem actio bonæ fidei erat, ex bona fide eam formulam magiſtratus concipiebat,*

*vel*

*vel ex æquo & bono, vel quod æquius melius: Quando ſtricti juris, concipiebat eam ſtrictè, puta hoc modo: Si patet Titium debere Mævio ex cauſa mutui centum, condemna eum Judex; ut oſtendit Hotom. in pr. Inſtit. de act. ubi etiam Vult. n. 96. Idem Vult. lib. diſput. ſcholaſticar. c. 1. pag. 18.*

*Quod autem Hotom. d. lib. 6. obſ. c. 7. exiſtimat, ex ejuſmodi formula actiones bonæ fidei, vel ſtricti juris dici, non placet, quippè cùm iſthæc actionis cujusque qualitas ex lege ſit, qua ſola efficitur actio bonæ fidei, ut ſuprà expoſui, ut dicendum omninò, magiſtratum in concipiendis actionum formulis ipſam legem fuiſſe ſequutum.*

*Etſi verò illæ actionum & exceptionum formulæ, & harum impetrationes, & dandi jus ſublatum ſint, atq; ipſo jure competant hodiè actiones, nec amplius poſtulandæ ſint, d. l. 1. & d. l. 2. C. de formulis & impetrationib. act. ſublatis; proindeq; judicia hodiè omnia ſunt extraordinaria, §. ult Inſt. de interdict. & §. 1. Inſt. de ſucceſſ. ſublatis: manſit tamẽ illa qualitas actionum, qua aliæ bonæ fidei ſunt, aliæ arbitrariæ, aliæ ſtricti juris, ut convincitur ex d. §. Actionum autem. & §§. ſeqq. Inſtit. de actionib.* 58

*Quod præterea Hotomannus d. cap. 7. ſcribit, cauſas feudales apud Pares tantùm Curiæ agi diſceptariqúe, falſum eſt, cùm quandoque etiam*

Digitized by Google

*etiam coram judice ordinario, vel arbitro diſceptentur, Tit.46.princ. lib.2.feud. Et Pares Curiæ non minus ſunt ordinarii judices in feudalibus cauſis, quàm in cauſis allodialibus alii Judices.*

59 *Cæterùm inveſtituram novam aliqui ex Neotericis partiuntur in veram & præſumptam inveſtituram, Vulteius lib.1. de feud. cap.7. nu. 8. & c.9.n.2. Joan. Niellius diſp. feudal.4.th.1. & 6. & Joan. Schonerus lib.1. diſp. feud. diſp.5.th.98. & 103.*

*Veram dicunt eſſe inveſtituram, qua dominus per ſe, vel per alium revera feudum vaſallo cedit. Præſumptam appellant inveſtituram, quæ ex lapſu 30. annorum, vel judicis ſententia reſultat, ut cum præſcriptione annorum 30. feudum adquiritur.*

60 *Sed ineptam hanc eſſe inveſtituræ diviſionem convincitur ex eo, quod in Tit.26.§. ſi quis per triginta, lib. 2. feud. planè negatur ad præſcriptionem feudi neceſſariam eſſe inveſtituram, ibiq; inveſtitura, & præſcriptio vt contrariæ ſpecies adquirendi feudi novi inter ſe opponuntur. Quòd ſi verè præſumeremus in caſu feudi præſcripti factam fuiſſe inveſtituram, non præſcriptione, ſed inveſtiturâ conſtitutum & adquiſitū feudum meritò diceretur. Sed ipſâ præſcriptione conſtitui, & adquiri feudum dicitur in d. tit.26. §. ſi quis, lib.2. feud. & tit.87. in extra-*

ord.

*ord. cap. ut proinde neceſſariò dicendum ſit fruſtrà & ineptè præſumi eo in caſu, quo præſcriptione feudum eſt adquiſitum, inveſtituram interveniſſe, quippè cum de natura ſit oppoſitorum, ut uno eorum poſito, quodque alterum negetur.*

*Quod attinet judicis ſententiam, ſanè ridiculum eſt, quod in ea ſimiliter Niellius, & Schönerus, præſumptam feudi inveſtituram quærunt, quippe cum feudum ipsâ inveſtitura adquiratur, Tit. 1. in fine libri ſecundi feud. Sententia autem judicis non ſit modus adquirendarum rerum, ſed tantùm præcedens quædam cauſa, inſerviens modis adquirendarum rerum l. 3. in fin. & l. ſed & ſi res 7. in princip. ff. de public. in rem act. l. Si per errorem 17. ff. de uſucap. l. juſtè 11. ff. de adquir. vel amitt. poſſ. undè cum aliis Henricus à Roſenthal. in Synopſi juris feudalis, cap. 6. concluſ. 1. & Hermannus Vulteius libro primo, de feud. cap. 9. numer. 2. errore ducuntur, quando affirmant, feudum quoque ſententia Iudicis adquiri, maximè cum tres tantùm in feudorum libris adquirendi feudi modos legamus, inveſtituram ſcilicet, ſucceſſionem & præſcriptionem, dicto titulo 1. in fine. Tit. 11. in princip. & dict. tit. 26. §. ſi quis per triginta, libro ſecundo, feudor. & alii ſint modi adquirendæ poſſeſſionis, & dominii, alii item cauſæ & tituli, ex quibus per quendam modum adquiritur poſſeſſio, & dominium, l. Nunquam*

*31. in princ. ff. de adquir. rer. dom. l. nullo juſto, 24. C. de rei vindic. §. per traditionem, verſ. ſed ſiquidem ex cauſa, Inſtit. de rer. diviſ. & tit. Inſtit. de uſucap. in princ.*

61 *Sequitur de inveſtitura feudi veteris. Veteris feudi ſive beneficii inveſtitura eſt, qua ceditur Vaſallo juſta poſſeſſio feudi, prius ſucceſſione, vel præſcriptione adquiſiti. Quod hac etiam inveſtiturâ cedatur Vaſallo ipſa poſſeſſio feudi, evincitur ex tit. 3. in princ. lib. 2. feud. Vbi Iuriſconſultus feudiſta primùm ſcribit, quod minor non novi ſed veteris feudi inveſtituram facere poſſit; quod idem docet quoque Iuriſconſultus feudiſta in tit. 91. in extraord. cap. Deinde in dict. tit. 3. in princ. ſubiungit Iuriſconſultus, quod minor inveſtiens Vaſallum de feudo veteri, poſſeſſionem ei cedat, his verbis,* Sive à minore fiat *(inveſtitura)* non de omni poſſeſſioni Vaſalli, ſed de juſtâ tantùm facta intelligitur. *Vnde cognoſcimus, licet feudi ſucceſſor defuncto Vaſallo agnato ipſemet feudi poſſeſſionem apprehenderit, eam tamen poſſeſſionem non eſſe juſtam, ſed fieri poſtmodum juſtam ex ſubſequenti inveſtitura. Sic aliâs jure communi injuſta quæ eſt poſſeſſio, efficitur juſta, ſi poſſeſſor poſtmodum juſtam poſſidendi cauſam nactus fuerit, l. Non ſolùm 33. §. 1. ff. de uſurpat. & uſucap.*

*Fit*

*Fit autem hæc inveſtitura, de feudo, quod Vaſallus ſucceſſione adquiſivit, tit. 32. §. ult. lib. 2. feud.* 62

*Sed de feudo præſcriptione adquiſito dubitare quis poſſet, an ad eius quoque poſſeſſionem iuſtam conſtituendam inveſtitura veteris feudi requiratur? Cùm id in feudorum libris nuſquam nominatim cautum videatur. Verùm & hîc neceſſariam eſſe hanc inveſtituram intrepidè affirmo, tum quia in Tit. 25. in princ. lib. 2. feud. ſimpliciter & generaliter eſt traditum, quod feudum ſine inveſtitura nullo modo conſtitui poſſit, quod autem generaliter & ſimpliciter dicitur diſtinctionem non admittit, l. 3. in fin. ff. de offic. præſid. l. 1. §. 3. verſ. Et eſt relatum, ff. de aleatoribus: tum etiam quia cum feudum ſucceſſione adquiſitum inveſtituram deſideret, multò magis requirit inveſtituram feudum præſcriptione adquiſitum, ſiquidem ſucceſſor feudi non tam primùm adquirere, quam ex prima inveſtitura adquiſitum, Tit. 14. §. Si capitanei, lib. 1. feudor. retinere dicatur feudum, Tit. 36. ibi, totum feudum paternum retinebit, & verſ. 1. ibi, feudum retinere, & Tit. 45. in princ. lib. 2. feudor.*

*Non obſtat textus in dict. Tit. 26 §. ſi per triginta, lib. 2. feudor. loquitur enim de inveſtitura nova.*
† *Neq; etiam refragatur, q inveſtitura, de qua hîc agim9, pertinet tantùm ad feudũ* 63

 *vetus.*

*vetus. Nam & præſcriptione adquiſitum feu-
dum, eſt vetus feudum, quippe cum ipſa præſcri-
ptione jam ante ſit conſtitutum, & nova inveſti-
tura ex eo dicatur, quod ea interveniente pri-
mùm adquiritur feudū aliud antea non adquiſi-
tum, Tit. 3. in princ. lib. 2. feud.*

64 *Hanc autem inveſtituram juris feudorum
interpretes appellant renovationem inveſtitur
novæ quæ in primo adquirente eſt facta, atqu
hac inveſtitura feudum denuò recognoſci tan-
tùm affirmant. Vnde non verè, ſed abuſivè han
dici inveſtituram aiunt, quos refert & ſequitu
Ioan. Cephal. conſil. 27. num. ult. lib. 1. & Me-
noch. conſil. 66. num. 40. lib. 1. ubi etiam han
inveſtituram appellat renovativam inveſtitu-
ram. Hoc igitur differt inveſtitura veteris feu-
di, ab inveſtitura nova, quod hac nova inveſti-
tura feudum adquiritur. Illa verò feudi vete-
ris inveſtitura adquiſitum prius feudum confir-
matur.*

65 *Cæterùm inveſtitura hæc petenda eſt non
ſolùm quando novus Vaſallus in feudum ſucce-
dit, ſed etiam, quoties domino mortuo, eius ſuc-
ceſſorem Vaſallus novum incipit habere domi-
num. Ab hoc etenim inveſtituram hanc petere
tenetur Vaſallus, Tit. 22. in princ. lib. 1. feudor.
& Tit. 32. §. De veteri, & tit. 40. in pr. lib. 2.
feud. Quodſi alicubi localis ſit conſuetudo, ut pe-
tere inveſtituram, & recognoſcere feudum te-*

*nea-*

Digitized by Google

*ſeatur Vaſallus, ad omnem requiſitionem domi-
ni ſervanda eſt conſuetudo iſthæc, arg. tit. 1. in pr.
lib. 2. feudor. Si quoq; pacto inveſtituræ cautum
ſit, quibus aliis caſibus hæc peti inveſtitura de-
beat, pactum illud cuſtodiri debet, per text. in tit.
. §. pen. & ult. lib. eodem feudor.*

*Et quia hæc renovativa inveſtitura in ſucceſ- 66
ſoribus feudi veteris eſt tantùm quædam ut di-
ci redintegratio & confirmatio inveſtituræ no-
væ primitus de feudo factæ, gl. ad dict. tit. 3. in
princip. in verb. à minore, ibi, maiorum ſuorum
factum confirmat, lib 2. feud. & poſt alios Me-
noch. dict. conſil. 66. num. 39. in fin. & num. 40.
lib. 1. proindeq; nihil novi ex ea conſequatur Va-
ſallus, Ioan. Cephal. poſt alios dict. conſil. 37. nu.
ult. lib. 1. Schrader. tract. feudal. part. 6. cap. 3.
num. 30. ſed id, quod in pima ſive nova inveſti-
tura invenit, ſaltem confirmet hæc inveſtitura,
Frider. Schenck, Baro à Tauttenberg ad Tit. 4.
num. 1. lib. 2. feudor. Schrader. Tractat. feud.
dict. part. 6. cap. 3. num. 29. Henric. à Roſenthal
in ſynopſi juris feudal. cap. 6. concluſ. 114. ſequi-
tur inde, quod inveſtitura hæc ſub eadem forma,
& pactione fieri debeat, qua facta fuit inveſti-
tura prima, Bart. ad l. Quod dicitur 5. num. 9.
C. de impenſ. in res dotal. fact. Bald. ad l. 1. quæſt.
5. ff. de rer. diviſ. Brun. conſil. 54. num. ultim.
lib. 1. & in hac inveſtitura cenſentur repetitæ o-
mnes qualitates inveſtituræ primæ, Bald. ad l.*

 un.

Digitized by Google

*un. num.31. C. Quando non petentium parti petentibus accreſcant, lib.10. & conſil.331.nu.2 part.5. Alex.conſil.30. num.6. vol.1. & conſil. 107.num. 14. vol. 4. Gozad. conſil. 84.num.5 Ruin.conſil.20. & 43. lib.1. Pariſ.conſil.23.n.24 lib.1.Ioan. Cephal. dict.conſil.104. nu. 44.vol.1 & quod idem eſt, inveſtitura hæc renovativa intelligitur facta ſecundum naturam inveſtituræ primæ, Menoch.conſil.1.num.125. & lib.3. præſumpt.92. nu.5.Henric. à Roſenthal. in ſynopſ. juris feudal. cap.6. concluſ.125.*

*Semper ergò ſpectandus eſt tenor inveſtituræ primæ, Bald. conſil.207.num.2. lib.2. maximè quando ei adverſari videtur renovativa hæc inveſtitura, Menoch.conſil.1.nu.124.lib.1.ſiquidem à primordio tituli poſterior formetur eventus l.un. in fin. C. de imponend.lucrat.deſcript. lib.10. Et inveſtituræ antiquæ quo ad legitimos feudi ſucceſſores, derogetur nihil per hanc renovativam inveſtituram, Tit.8.§. Hoc quoq; lib. 1.feud. Bald. conſil.97.num.3.part.3. Idem Bald. ad tit.2. de feudo Guardiæ, verſ.ult.nu.2 lib.1.feud. Alvorat. ad Tit. de Vaſallo decrepitæ ætatis, lib.2.feud.*

67 *Non obſtat, quod Alexand. Imper. in l. pacta noviſſima 12. C. de pact. ſcribit, noviſſima pacta ſervari oportere. Hæc enim definitio procedit, quando noviſſimis pactis jus tertii non attenuatur: Id quod fieri non poteſt. Res enim*

*in*

*inter alios acta aliis non præjudicat, Tot. tit. C. Inter alios acta, vel judic. aliis non nocere. Sed jus feudi non pertinet tantùm ad præſentem Vaſallum, qui jam de feudo inveſtitur hac inveſtitura, ſed & ad omnes agnatos alios ex primo adquirente deſcentes, dict. tit. 14. §. ſi capitanei, lib. 1. feud. & Tit. 23. §. ult. lib. 2. feud. ſine horum ergò conſenſu feudum pacto inveſtituræ huius deterius effici non poteſt, Tit. 39. in princ. & Tit. 31. lib. eod. feud.*

*Si igitur feudum ſit paternum, inveſtitura hac effici non poteſt, ut in illud quoque ſuccedant fœminæ, Tit. 8. §. Hoc quoq;, lib. 1. feud. niſi dictum ſit, ut ſuccedant deficientibus maſculis. Bald. conſil. 215. num. 4. lib. 2. Et ſi feudum datum ſit, ut ex eo Vaſallus teneatur ſervire perſonaliter, non per ſubſtitutum. Vaſallus per ſubſtitutum ſervire non poteſt, ut reſpondit Menoch. conſil. 54. num. ult. lib. 1.*

*Quodſi primæ inveſtituræ natura ſit mutata* 61
*per renovationem inveſtituræ, id errore, vel metu factum præſumitur, Bald. ad dict. titul. 2. verſ. ultim. numer. 2. libri primi feudor. Menoch. conſil. 1. num. 124. libr. 1. Omne enim inſolitum ſuſpectum reddit actum, & metus inde præſumitur, ut communiter ſentiunt Dd. quos refert & ſequitur Schrad. tract. feud. part. 6. cap. 4. n. 42. & ſeq. Idem vult Bald. ad Tit. 5. Qualiter jurare debeat Vaſallus, n. 1. lib. 2. feud.*



Digitized by Google

*Vbi dicit, quod contra antiquam conſuetudinem nova juramenta extorta præſumentur impreſſiva.*

69 *Sed nunquid ſcienter & prudenter dominus, & feudi ſucceſſor recedere ab antiqua inveſtitura poſſunt? Dd. ita communiter exiſtimant, modò conſenſus agnatorum feudi ſucceſſorum acceſſerit, poſt alios Albertus Brun. conſil. 79. numer. 5. & 6. Zaſius in Epitom. feudor. part. 5. num. 6. & part. 6. num. 23. & part. ultim. n. 41. Ioannes Cephal. conſil. 27. numer. 2. lib. 1. Menoch. d. conſil. 1. n. 124. & ſeq. lib. 1. quæ ſententia probatur textu in d. tit. 39. in princ. & tit. 31. lib. 2. feud.*

70 *Secundò diſtribuitur inveſtitura in propriam & abuſivam inveſtituram, tit. 2. in princ. ubi feudiſtæ communiter libro 2. feud. Jul Clar. libr. 4. ſentent. §. feudum, quæſt. 26. numer. 1. Ferrar. in forma libelli, ad revocationem feudi, ſuper verb. inveſtivit, num. 2. Hartman. Hartmanni ab Eppingen in pract. obſervat. titul. de feudi obſervat. 7. VVeſenbec. in tract. de feudis, cap. 8. num. 11.*

71 *Propria inveſtitura eſt, qua Vaſallus in rei feudalis poſſeſſionem corporaliter inducitur, dicta titul. 2. in princip. junct. tit. 33. in princip. inveſtitura, ait, propriè dicitur poſſeſſio: Sed hæc oratio metonymica eſt. Ipſa enim poſſeſſio non eſt inveſtitura, quippe cum inveſtitura*

*ſit ipſa*

*ſit ipſa ceſſio ſive traditio poſſeſſionis rei feudalis, ut ſupra cap. 1. expoſitum eſt. Eſt itaque hîc metonymia ſubiecti, cum ſubiectum traditionis ipſa ſcilicet poſſeſſio, pro eius adiuncto, puta ceſſione ſive traditione ponatur.*

*Abuſiva feudi inveſtitura eſt, qua feudum absque corporali poſſeſſionis traditione Vaſallo ſolenniter ceditur, d. t. 2. in princ. & tit. 33. in pr. lib. 2. feudor.* 72

*Huius inveſtituræ genera duo ſunt, unum, quo poſſeſſio rei feudalis non propriè & verè, ſed quaſi ac fictè vaſallo traditur; ut cum dominus, adhibita inveſtituræ ſolennitate, jubet vaſallum ire in poſſeſſionem prædii feudalis, & illud pro feudo tenere. Ex qua inveſtitura Vaſallus non modo jus conſequitur apprehendendi poſſeſſionem rei feudalis, ſed & feudum ipſum ipſa apprehenſione verè adquirit, dict. tit. 33. in princ. lib. 2 feudor.* 73

*Non obſtat textus in tit. 25. in princip. libr. 1. feudor. ubi feudiſta ſcribit, non conſtitui feudum, ſi domino jubente quis poſſeſſionem rei alicuius nomine feudi nanciſcatur, & teneat. Loquitur enim Juriſconſultus de caſu, quo abſque inveſtituræ ſolennitate hic domini juſſus, & poſſeſſionis apprehenſio intervenit, ut præcedentia arguunt verba, quibus negatur feudum abſque inveſtitura conſtitui poſſe, ubi inveſtituræ verbo ſignificatur ſolennis actus inveſtituræ, ſine quo* 74



Digitized by Google

*non conſtituitur feudum, ut affirmat quoque Iuriſconſultus, in tit. 32. in prin. lib. 2. feud. de qua actus ſolennitate agemus infrà.*

*Sed huic reſponſioni videtur obloqui textus in dicto tit. 33. in prin. verſ. licet enim, libro eodem feudor. Vbi Iuriſconſultus in caſu, quo non interceſſit inveſtitura, affirmat, rectè conſtitui feudum, & rei feudalis poſſeſſionem ex tali juſſu domini, & apprehenſione poſſeſſionis ſecuta Vaſallo adquiri. At reſpondendum in his verbis:* licet non interceſſiſſet inveſtitura, *nomen inveſtituræ non ſignificare ſolennem inveſtituræ actum, qui ſemper neceſſarius eſt, dicto titulo 25. in princip. libr. prim. feud. & dict. titul. 32. in princip. libri ſecundi feudorum, & in caſu etiam propoſito in dicto titulo 33. in princip. libro eodem feudorum, ſolennitas illa expreſſè requiritur, ut arguunt verba hæc,* coràm paribus curiæ dixerit, *ſed ſignificat poſſeſſionis feudalis corporalem traditionem; ut ex tituli eiuſdem verbis primis abundè conſtat, his ſcilicet,* feudum adquiri inveſtitura, *collatis ſcilicet cum ſequentibus verbis*, vel eo, quod habetur pro inveſtitura, &c. *junct. textu in dicto titulo ſecundo, in princip. libr. ſecund. feudorum.*

75 *Eſt item primi generis inveſtitura abuſiva, quando dominus ſolenniter inveſtit Vaſallum, porrecto ei gladio, vel haſta, vel annulo, vel quo*

*alio*

Digitized by Google

*alio corporeo modo id fiat non ſolùm coram paribus curiæ, dicto titul. 2. in princ. verſ. abuſivo autem, & tit. 32. in princip. libr. ſecund. feud. ſed etiam in præſentia prædii feudalis, per text. in l. 1. §. ſi juſſerim, ibi, cùm ea in præſentia ſit, Item ibi, in repræſenti. ff. de adquirend. vel amittend. poſſeſſ. ſive quod idem eſt, apud feudale prædium, per l. clavibus, 74. ibi, claves apud horrea tradita ſint, ff. de contrahend. empt. & vendit.*

*Similiter abuſiva primi generis inveſtitura eſt, cum dominus coram paribus Curiæ & tradit Vaſallo gladium, vel haſtam, vel quid aliud corporeum, & ſimul eum verbis jubet habere, & tenere in feudum ea prædia, quæ jam ante ex cauſa quadam, puta depoſiti, commodati, vel locati cauſa tenet. Nam & hoc modo poſſeſſio tradi, & dominium per poſſeſſionem transferri dicitur, l. qua ratione, 9. §. Interdum, 5. ff. de adquirend. rerum domin. & §. Interdum etiam, Inſtitution. de rerum diviſione.*

*Vnde & huius generis inveſtitura eſt, qua legitimus feudi ſucceſſor, qui ſucceſſione feudum adquiſivit, & jam poſſidet etiam prædium feudale, inveſtitur à domino. Nam & in hac veteris feudi inveſtitura de feudi poſſeſſione agitur, tit. 3. in pr. verſ. quæ de veteri, junct. verſ. ſeq. lib. 2. feud.*

*Alte-*

76 *Alterum inveſtituræ abuſivæ genus eſt, quum vaſallus quidem ſolenniter inveſtitur, puta coram paribus curiæ, & porrecto ei quodam feudi ſymbolo veluti gladio, vel haſta, vel annulo, aut alio quodam corporeo, ac dicente domino, ſe inveſtituram facere, dict. tit. 2. in princip. libr. 2. feudorum. Atqui nulla rei feudalis poſſeſſio propriè aut quaſi in vaſallum transfertur, ſed poſſeſſio iſthæc vel apud dominum adhuc manet, ut de qua ſimul transferendâ nihil actum fuit, ut in caſu tit. 26. §. ſi facta, & dict. tit. 7. §. ult. lib. 2. feud. Vel manet poſſeſſio apud vaſallum, de cujus feudo quis alius inveſtitur, in caſum, quo ſine feudi ſucceſſore deceſſurus ſit, Vaſallus ille feudi præſens poſſeſſor, tit. 3. tit. 9. & tit. 27. §. ſi quis, libr. 1. feud. & tit. 26. §. moribus, & tit. 35. verſ. ubi vero lib. 2. feud.*

77 *Hoc inveſtituræ genere feudum conſtituitur tantùm obligatoriè, ut ex ea conveniri queat, & cogi dominus, ut quamprimùm poſſit novo vaſallo inveſtito tradat poſſeſſionem rei feudalis, d. tit. 7. §. ult. & dict. tit. 26. §. ſi facta, lib. 2 feudor. & tit. 4. in prin. verſ. 1. libr. 1. feudor. non etiam conſtituitur adquiſitoriè, ut ex hac inveſtitura feudum revera fiat vaſalli: tùm quia nudis conventionibus non transferuntur rerum dominia, ſed traditionibus & uſucaptionibus, l. traditiones 20. C. de pactis, & l. ſi pater, 8. C. de act. empti & vendit: tùm quia hâc inveſtiturâ*

*facta*

*facta, ſi moram faciat dominus in tradenda poſſeſſione, tenetur quoque vaſallo ad intereſſe, tit. 7. §. ult. lib. 2. feudor. id quod proprium eſt actionum in perſonam, non realium actionum, l. un. verſ. Sancimus, C. de ſententiis, quæ pro eo, quod intereſt proferuntur: tùm etiam quia poſſeſſio, vel dominium non poteſt eſſe duorum aut plurium ſimul & in ſolidum, l. ſi ut certò 5. §. ult. ff. commodati, l. 3. §. ex contrario 5. ff. de adquir. vel amitt. poſſ. ut proinde haud dici queat inveſtiturâ hac transferri feudum, & poſſeſſionem in vaſallum, qui de feudo vaſalli adhuc viventis, & poſſidentis in caſum mortis inveſtitur.*

*De hac ergo inveſtitura exaudiendi non ſunt juris feudalis textus, quibus feudum inveſtiturâ adquiri dicitur, tit. 1. in fin. tit. 11. in princip. & dict. tit. 33. in princ. lib. 2. feud. ſed intelligendi ſunt de inveſtitura propria, ut qua poſſeſſio rei feudalis, & cum ea feudum ipſum revera transfertur in vaſallum, item de abuſiva inveſtitura primi generis, qua fictè poſſeſſio, & per eam feudum ſimiliter transfertur in vaſallum.* 78

*Tradunt quidem feudorum Interpretes generaliter, quod Vaſallus abuſivè tantum inveſtitus, neque poſſeſſionem, neque utile feudi dominium per eam inveſtituram adquiſierit, Roſenthal. in ſynopſi jur. feudal. cap. 6. concluſ. 11. & ſentiunt ita Scabini Lipſenſes quæſt. 8. Verùm aſſertio hæc non niſi de abuſiva ſecundi generis* 79



Digitized by Google

*neris inveſtitura exaudiri poteſt, ut ex prædictis patet, & ſatis evincitur ex textu in dicto titulo 33. in princip. libr. 2. feudorum. Vbi inveſtiturâ non tantùm propriâ, ſed & abuſiva adquiri feudum dicitur. Verùm eâ abuſivâ inveſtiturâ, quâ poſſeſſio rei feudalis quaſi traditione in Vaſallum transfertur.*

*Duarenus in Commentar. in conſuetud. feud. cap. 7. num. 6. exiſtimat, quod omnis inveſtitura etiam abuſiva quavis, licet non poſſeſſio, utile tamen feudi dominium transfert in vaſallum, cum etiam in heredem ſola aditione tranſeat dominium, etiam abſque poſſeſſione rerum hereditariarum, l. cùm heredes 23. in prin. ff. de adquir. vel amitt. poſſeſſ. Sed hanc opinionem haud eſſe ferendam vel ex eo patet, quod cum aliquis abuſivè inveſtitur de feudo Vaſalli adhuc viventis ipſum feudi dominium utile non transfertur in inveſtitum, quippe cum illud etjam Vaſallus præſens retineat, nec duo eiuſdem rei dominium ſimul & in ſolidum habere poſſint, ut antea oſtendi.*

*Non tuetur Duareni opinionem argumentum ab herede petitum, quippe cum à ſeparatis nihil inferri poſſit, l. naturaliter 12. §. 1. ff. de adquir. vel amitt. poſſeſſ. & l. ult. ff. de calumniatorib.*

*Ioan. Niell. in diſp. feud. 4. theſ. 3. ſub lit. G. opinatur, abuſiva quoque inveſtitura quavis tranſferri in inveſtitum non modò utile feudi dominium,*

*nium, ſed & poſſeſſionem ipſam, ſaltem fictione, & interpretatione juris, non revera, Sed utrunq; à veritate alienum eſſe in inveſtitura abuſiva ſecundi generis patefeci antea.*

*Nihil juvat Niellii opinionem quo ad dominium, (quod ad poſſeſſionem attinet res plana eſt ex prædictis, nec argumentum à Niellio adfertur ullum) quod inveſtitura feudum adquiri dicitur, tit. 1. in fin. tit. 11. in princip. & tit. 33. in princip. libr. 2. feud. Nam ut & antea dixi, loca iſthæc intelligenda ſunt de propria inveſtitura, item de inveſtitura abuſiva primi generis, qua poſſeſſio rei feudalis fictè ad Vaſallum inveſtitum tranſit. De qua inveſtitura eſt etiam intelligendus text. tit. 8. §. Rei autem, lib. eod. feud. quem ſimiliter Niellius pro ſua opinione adducit, ſed malè, ut diſertè arguit eius loci verſ. Etſi ab alio, &c. qui oſtendit, loqui ibi Iuriſconſultum de Vaſallo qui poſſidet feudum.*

*Nec etiam ſuffragatur Niellio text. in extra- ord. c. 88. lib. 4. feud. Vbi beneficium per inveſtituram ſine poſſeſſionis traditione adquiri dicitur. Primò enim extraordinaria illa capitula authē- tica non ſunt, nec allegari poſſunt, ubi textus feudales aliud continent, Curt. Iun. tract. de feudis, part. 3. membr. 1. num. 14. pag. mihi 232. Et licet non ſint exigui momenti in explicando jure feudali iſthæc capitula, non ſunt tamen eiuſdem authoritatis cum titulis duorum librorum*

80

*juris*

Digitized by Google

*juris feudalis, Hartmann. Piſtoris lib. 2. quæſt. jur. quæſt. 13. num. 59. quæſt. 15. nu. 45. & quæſt. 34. nu. 33. Deinde capitulum illud principaliter de feudi adquiſitione non agit, ſed de abuſivæ inveſtituræ probatione, domino inveſtituram negante, unde intelligendum juxta probatos juris feudorum textus, in tit. 4. in princ. tit. 23. & tit. 26. lib. 1. feudor. qui, cùm non de adquiſito feudo, ſed de factæ inveſtituræ controverſia agant, & inveſtituræ illius probatione, dicendum eſt, autorẽ extraordinarii illius capituli haud propriè, ſed metonymicè loqui, & beneficium accipere pro obligatione de adquirendo illo beneficio, maximè cùm & obligatio adquiri dicatur, titul. Inſtitut. per quas perſonas nobis obligatio adquiritur.*

*Cùm ergò Vaſallus hac ſecundi generis inveſtitura abuſiva inveſtitus ne quidem utile dominium conſequatur, certè adipiſcendæ poſſeſſionis interdicto experiri non poteſt ad adipiſcendam poſſeſſionem, puta interdicto:* Quorum bonorum, *aut interdicto:* Quod legatorum, *cùm horum nullum hûc quadret. Ita Scabini Lipſenſes ſentiunt, ut teſtatur quæſt. 8. in reſolutionibus Lipſenſium Scabinorum.*

81 *Expoſito hactenus quid propria, quid item abuſiva ſit inveſtitura feudi, paucis etiam inſpicienda nobis ſunt momenta rationum, quibus diſtributionem hanc reprobant, & juris feudorum*

*fecet*

*ſeces appellant, Herman. Vultei. lib. 1. de feud. cap. 7. num. 11. & eum ſequutus Ioan. Niellius dict. diſputat. feudal. 4. theſi 3. ſub lit. F. Comparant illi inveſtituram emptioni & venditioni; quæ licet ſolo perficiatur conſenſu, quandoq; tamen in ea ſimul traditur res vendita emptori: Hinc tamen, aiunt, venditio illa non eſt propria; alia abuſiva, ut propria ſit quando merx ſimul traditur; abuſiva; cùm non unâ merx ipſa traditur; quippe cùm ad omnem venditionem requiratur duntaxat conſenſus, nec ad ullam quò ad perfectionem, & ſubſtantiam huius contractus, deſideretur etiam rei traditio, §. 1. Inſtit. de obligat. ex conſenſu, quæ traditio eſt tantùm effectus, & conſummatio perfectæ emptionis venditoinis, l. Ex empto 11. §. 2. ff. de actionibus empti & vendit. & §. Aliæ autem donationes, verſ. Et ad exemplum, Inſt. de donat. Sed hoc à comparatis argumentum in propoſito ſatis eſt ineptum, eò quod inveſtitura, quâ feudum adquiri dicitur, in d. t. 1. in fin. tit. 11. in princ. & tit. 33. in princ. lib. 2. feudorum, non ſolo perficitur conſenſu, ſed neceſſariò ad ſui perfectionem deſiderat rei traditionem, ut ſuprà expoſui, quæ traditio, ut ſimiliter antea oſtendi uniuſmodi non eſt, ſed vel propria, vel quaſi, ſive abuſiva. Et licet abuſiva ſecundi generis inveſtitura non fiat per rei feudalis traditionem, proindeq; modus adquirendi feudum non ſit, nec tamen nudo & ſolo*

F conſen-

*conſenſu eam conſtare dici rectè poteſt, quippe cùm actus ſit ſolennis, qui ad ſui perfectionem, ut ſubſtantiam capiat, ſolennitatem quandam poſtulat, tit. 2. in princip. ibi, ſolenniter fieri debet, & Tit. 32. in princ. ibi, quia tamen ſine hac ſolennitate facta eſt, non valet, lib. 2. feudor. & quod ſolennitatem requirit, diſtinguatur noſtro in jure, ab eo, quòd ſolo fit conſenſu. tit. Inſtit. de obligat. ex conſenſu. Cùm ergò cuiuſq; emptionis venditionis una tantum ſit forma, nec ullo caſu ad ſui perfectionem requirat rei traditionem. Inveſtituræ verò forma ſit alia atque alia; perperam certè comparatur inveſtitura cum emptione venditione. Et quia jure communi traditio alia propria eſt, alia quaſi ficta ſive abuſiva, l. qui ſaxum 6. ibi,* quaſi traditio, *ff. de donat. Speculat. tit. de empt. & vendit. §. 1. nu. 53. ibi,* locum non habet vera traditio, ſed quaſi, *Cuiac. lib. 4. obſerv. cap. 3. & Hotoman. lib. quæſt. illuſtr. quæſt. 12. cur non & inveſtituram, modum illum adquirendi feudum, cum ad ſui perfectionem requirat poſſeſſionis traditionem, partiremur rectè in propriam, & abuſivam inveſtituram?*

*Cæterùm ait dominus Vulteius inveſtituram nihil commune habere cum traditione, ſed per ſe ſubſiſtere ſine poſſeſſionis traditione, & Cuiacius quem allegat, aliud eſt, inquit, inveſtitura, aliud traditio.*

Sed

*Sed pronunciatum hoc planè falſum eſt de inveſtitura, qua feudum adquiri dicitur in dict. tit. 1. in fin. tit. 11. in princip. & tit. 33. in princ. libr. 2. feud. Ipsâ inveſtiturâ hiſce locis feudum adquiri dicitur, quod certè accipi non poteſt de verbali inveſtitura, quæ fit ſine poſſeſſionis traditione, quippe cum nudis conventionibus ſine traditione dominium vel quaſi non adquiratur. dict. leg. traditionibus 20. Cod. de pactis, & d. l. ſi pater. 8. C. de actionibus empti & vendit.*

*Quin etiam juris feudorum autores, per inveſtituram, qua feudum adquiritur, eam ſolam ſignificare inveſtituram, cùm qua poſſeſſionis traditio conjuncta eſt, patet ex eo quòd Juriſconſultus feudiſta in dict. tit. 1. in fin. lib. 2. feud. feudum, ait, neminem poſſe adquirere, niſi inveſtitura, aut ſucceſſione, & ſtatim in ſequenti titulo, in princ. hæc ſubjungit verba;* inveſtitura quidem propriè dicitur poſſeſſio. *Evincitur idem ex dict. tit. 33. in princ. libro eodem feud. ubi feudiſta.* Sciendum eſt, ait, feudum adquiri inveſtitura, ſucceſſione, vel eo, quod habeatur pro inveſtitura: *His poſtremis verbis,* vel eo, quod habeatur pro inveſtitura, *ſignificat Juriſconſultus Inveſtituram abuſivam, & docet hâc etiam inveſtiturâ feudum realiter adquiri, quippe cum tribus illis modis vim tribuit eandem, inveſtituræ ſc. ſucceſſioni, & ei, quod pro inveſtitura habetur, quæ vis & effectus in feudi* 82

*adquiſitione conſiſtit. Quid autem pro inveſtitura habeatur, quo ſimiliter feudum adquiritur, oſtendit Iuriſconſultus his ſequentibus verbis:* Ut ecce ſi dominus alicui coram paribus curiæ dixerit, vade in poſſeſſionem illius fundi, & teneas illum pro feudo. *Eſt ergò pro inveſtitura, quando non propriè ſed quaſi traditur à domino ipſi Vaſallo prædii feudalis poſſeſſio. Eſt enim non vera ſive propria, ſed quaſi traditio, cùm quis non tradit corporaliter rem, in qua alii jus aliquod adquiri intendit, ſed illi tantùm eam rem apprehendere & poſſidere permittit, §. Interdum etiam ſine traditione, Inſtit. de rer. diviſ. l. Qua ratione, 9. §. Interdum, ff. de adquir. rer. domin. & l. 1. §. ſi juſſerim 21. ff. de adquir. vel amitt. poſſeſſ. Cùm igitur quaſi traditio feudalis poſſeſſionis Juriſconſulto feudiſtæ ſit pro inveſtitura, conſequens inde eſt veram & propriam inveſtituram illi eſſe quando poſſeſſio corporaliter traditur Vaſallo.*

*Et quod feudorum jura ad perfectionem inveſtituræ, qua feudum adquiritur, poſſeſſionis veram aut quaſi traditionem exigant, docet ulterius idem Juriſconſultus feudiſta eodem tit. 33. verſ. ſeq. cuius hæc ſunt verba:* licet enim non interceſſiſſet inveſtitura *(corporalis traditio poſſeſſionis)* tamen tale eſt, ac ſi interceſſiſſet; quia ille eius voluntate poſſeſſionem fundi nactus eſt feudi nomine: *His verbis declaratur ſatis ſuperq;*

*ſuperq́ꝫ, inveſtituram, qua feudum adquiritur, propriè & ſimpliciter dici inveſtituram, ſi corporaliter ipſa tradatur poſſeſſio, id eſt, re ipſa inducatur in feudalem fundū Vaſallus, ut ita corpore & actu tangat, & oculis ac animo apprehendat poſſeſſionem, ſed pro inveſtitura, id eſt, pro traditione poſſeſſionis eſſe, ſi jubeat dominus Vaſallum ingredi in poſſeſſionem fundi feudalis, & eum pro feudo tenere. Hic actus ſimiliter inveſtituræ appellatione ſignificatur, in tit. 1. in fin. & tit. 11. in pr. lib. 2. feud. modò coram paribus curiæ fiat, tit. 2. in pr. & tit. 32. in princ. lib. eod. feud. alioqui enim feudum non conſtituitur, tit. 25. in pr. lib. 1. feud. & dict. tit. 32. in pr. lib. 2. feud. Sed cùm actus hic propria inveſtitura non ſit, proindeq́ꝫ negetur inveſtitura in dict. tit. 33. in princ. verſ. Licet enim, lib. eod. feud. quaſi fictam aut abuſivam dici inveſtituram neceſſe eſt, quo nomine etiam vocatur à Juriſconſulto in dict. tit. 2. in prin. lib. eod. feud.*

*Eſt quidem, ut & ſupr. oſtendi, ſpecies quædam abuſivæ inveſtituræ, quæ fit ſine poſſeſſionis traditione, tit. 26. §. ſi facta, & tit. 7. §. ult. lib. 2. feud. Sed hac inveſtitura etiam ex communi Interpretum ſententia feudum non adquiritur, ut expoſui ſupra, verum itaq́ꝫ manet inveſtiturā commodiſſimè, & rectiſſimè dividi ab autoribus juris feudorum in propriam, & abuſivam inveſtituram; & quidem propriam inveſtituram eam eſſe,*

*quæ fit corporali traditione poſſeſſionis. Sed abuſivam inveſtituram, cum qua corporalis traditio poſſeſſionis coniuncta non eſt.*

83 *Eſt & illud hîc notandum, quod duobus ſeparatim diverſis temporibus de feudo eodem inveſtitis, abuſiva inveſtitura ſecundi generis, ille præfertur in feudo, qui prior poſſeſſionem nactus fuit, etſi poſterius ſit inveſtitus, argum. l. Quoties, C. de rei vindicat. Mynſinger. cent. 4. obſervat. 61. & latè Hartman. Piſtoris lib. 2. quæſt. jur. quæſt. 29.*

84 *Tertiò diſtribuitur feudi inveſtitura, in inveſtituram ſimultaneam, & ſingularem ſive non ſimultaneam inveſtituram.*

85 *Simultanea inveſtitura eſt, qua plures de uno eodem feudo ſimul & communiter inveſtiuntur, tit. 1. §. 2. verſ. quod etſi communiter, tit. 8. §. ult. in fin. & tit. 14. §. ult. lib. 1. feudor. & tit. 12. in prin. ibi,* ſimul inveſtiti fuerint, *& tit. 18. ibi.* ſimul inveſtiti ſunt, *lib. 2. feud.*

86 *Huius ſpecies duæ ſunt: Eſt enim ſimultanea inveſtitura, qua id nominatim agitur, ut ſimul inveſtiti in feudum illud ſibi mutuò ſuccedant. Eſt item inveſtitura ſimultanea, qua plures communiter de eodem feudo ſine iſthac conventione de mutua in feudum ſucceſſione inveſtiuntur. Ex illa inveſtitura defuncto Vaſallo ſine filiis, ſuperſtes ſimul inveſtitus Vaſallus ſuccedit in feudum; ex hac verò jure feudorum communi, alter*

Digitized by Google

*alter alteri non ſuccedit, ſed feudum ad dominum revertitur, ut arguunt diſertè textus proximè citati.*

*Iure Saxonum circa ſimultaneam inveſtituram quædã ſingularia recepta ſunt. Ipſi inveſtiturã hanc appellant,* die ſamptliche Belehnung. *Et qui hac inveſtitura feudum acceperunt, iis coniunctæ manus conceſſa, & jus coniunctæ manus tributum dicitur,* daß ſie zu rechter geſambten Hand belehnet/ein ſamptlich Lehen außgebracht/vnd erlangt haben / in ſamptlicher Belehnung ſein/ in geſamptem Lehen ſitzen/die Geſambte Hand haben an einem Lehen. *Hierony. Schurff. conſ. 4. & conſ. 16. cent. 1. Hartm. Piſtor. lib. 2 q. jur. part. poſter. q. 20. n. 6. Modeſt. Piſtor. conſ. 23. Scabini Lipſenſes in reſolutione qu. 107.* 17

*Hac inveſtitura opus eſt etiã agnatis, ſi in paternum feudum agnato ſuo vaſallo ſuccedere aliquando cupiãt. Quod ſi cum ipſo agnato ſuo feudi poſſeſſore ſimultaneè inueſtiti non fuerint, ſucceſſionis jure minimè gaudent, etiamſi ex primo adquirente deſcendant, ſed ipſo agnato ſine filiis defuncto, feudum ad dominum revertitur,* Lehenrecht/*c. 32. Hier. Schurff. d. conſ. 16. cent. 1. & conſ. 59. nu. 3. cent. 2. Henning. Gœden. conſ. 22. num. 1. & ſeqq. And. Geyl. lib. 2. obſ. pract. obſ. 151. in fin. Weſ. de feudis, c. 6. n. 15. Schneid. de feud. part. 5. n. 20. & ſeq. Hartman. Piſtoris dict. lib. 2. quæſt. jur. quæſt. 19. nu. 41. & ſeqq. & quæſt. 20. nu. 1. & ſeqq.*



Digitized by Google

*ſeqq.n.31.& ſeq.& q.23.n.10.Lud. Fachſius conſ. de ſimultanea inveſt.n.13.& ſeqq.Collegium Iuridicum Lipſenſe,conſ.de ſimultanea inveſtitura,num.20.32.38.& ſeqq. quæ duo conſilia Hartmannus Piſtoris dictæ quæſt.20.ſubiunxit. Quotieſcunq; ergò contingit caſus quo petenda eſt inveſtitura,puta mortuo domino,vel agnato feudi poſſeſſore defuncto,ſimultanea inveſtitura renovanda eſt, etiam in agnatis omnibus ex primo adquirente in feudum aliquando ſuccedere volentibus. Schurf.d. conſ.16. cent. 1. & Collegium Iuridicum Lipſenſe ſupra citato loco conſil.de ſi-*
88 *multanea inveſtitura nu.20.& 32. Iure † tamen feudorum communi in paternum feudum agnato ſuo ſine filiis defuncto ſuccedunt agnati ex primo adquirente deſcendentes, etiamſi cum ipſo agnato ſimultaneè inveſtiti non fuerint, tit. 1. §. hoc quoque 4. tit. 8. §. 1. lib. 1.feud. tit. 11. §. His verò, tit.31. §.paternum, verſ. ex latere omnes, lib. 2.feudor.*

89 *Et quia agnati jure Saxonico ne quidem in paternum feudum ſuccedunt jure agnationis etiamſi ex primo adquirente deſcendant, ſed ſolùm ex ſimultanea inveſtitura, ut modò dictum eſt, feudũ capiunt. Sequitur inde, quod non niſi conſentiẽte agnato feudi ſucceſſore inveſtituram ſimultaneam cum eodem accipere agnati poſſint, per text.in t.22.§.ſi quis fecerit,lib.1.feud.& docet Hartm.Piſtoris d.quæſt.20.n.2. 11. Ludovic.*

*Fachſius*

*Fachſius dict. conſil. de ſimultanea inveſtitura, num. 25. & Collegium Iuridicum Lipſenſe, dict. conſil. de ſimultanea inveſtitura, nu. 38. & 45.*

*Non ſolùm autem illi ipſi Vaſalli ſimul inveſtiti in feudum coniunctæ manus ſuccedunt, ſed & horum filii, in tantùm, ut unius defuncti filii præferantur in paterno feudo aliis ſimul inveſtitis Vaſallis, Tit. 1. §. 2. in fin. Tit. 14. §. ult. lib. 1. feud. Tit. 12. in princip. & tit. 18. lib. 2. feud. Hartman. Piſtoris dict. conſil. 23. nu. 9.* 90

*Etſi verò ſucceſſionis ordo poſtulet, ut ſecundùm gradus prærogativam ſucceſſio fiat, non modò jure communi, Auth. Defuncto, ibi, ſalva ſui gradus prærogativa, C. ad Senatuſconſultum Tertyll. ſed & feudorum jure, tit. 50. de natura ſucceſſionis feudi, in fin. lib. 2. feud. Iure tamen Saxonico inveſtiti ſimultaneâ inveſtiturâ, omnes etiam diverſis in gradibus conſtituti, ſimul abſque graduum conſideratione ſuccedunt in feudum, ut teſtantur Henning. Gœden. dict. conſil. 22. Collegium Iuridicum Lipſenſe, dict. conſil. de ſimultanea inveſtitura, num. 3. Hartman. Piſtoris lib. 2. quæſt. jur. quæſt. 21. num. 28. & Modeſtin. Piſtoris, conſil. 8. num. 6. & 9. Ratio eſt, quòd inter eos, qui nominatim ſimul vocati ſunt, ( ut ſimultanea inveſtitura inveſtiti ) ordo ſucceſſionis non curatur, l. Omnia 32. §. ult. ff. de legat. 2. & l. ult. ubi gl. in verb. Nulla ſpeciali, C. de verb. ſignificatione.*



Digitized by Google

91 *Si tamē ſimultanea inveſtitura expreßè fuerit facta his verbis, & clauſula hac:* Nach rechter Sipſchafft / *id eſt, ſecundùm gradus prærogativam, tunc proximiores agnati ſemper remotiores excludunt, per text. in Novel. 118. cap. 3. §. ult. & ſentit ita Modeſtin. Piſtoris conſil. 33. n. 13. ac poſt alios oſtendit Hartmann. Piſtoris, dict. quæſt. 21. num. 3. & ult. ubi Scabinorum Lipſenſium & aliorum reſponſa juris de hac concluſione ſubiungit, Idem Hart. Piſtoris quæſt. 23. nu. 9. & 10. quid propriè deſignent in inveſtitura iſthæc verba;* Nach rechter Sipſchafft / *eleganter docet.*

92 *Cæterùm in hoc feudali argumento quæſtionem habet ſatis dubiam & illud, utrum factâ ſimultaneâ inveſtiturâ, & feudi poſſeſſore defuncto, ſucceſſio in capita, vel in ſtirpes fiat? Etſi autem in expediēda hac quæſtione alii aliter diſtinguant, exiſtimo tamen hîc trium caſuum ſejunctionem inprimis eſſe faciendam. Vnus eſt, quo iidem, qui cum defuncto feudi poſſeſſore ſimultaneè inveſtiti ſunt, de ſucceſſione feudi certant. Alter, quo cum uno atque altero ex ſimul inveſtitis concurrunt quorundam ſimultaneè inveſtitorum vita functorum filii. Tertius eſt, quo nullus ſimultaneè inveſtitorum amplius eſt ſuperſtes, ſed eorum liberi tantùm adſunt ſucceſſionem in feudum affectantes.*

*Primò caſu quando omnes ſimultaneè inveſtiti perſonaliter nominati ſunt, omnes etiam*

*viritim ſine ulla gradus diſtinctione in capita ſuccedunt. Regulare enim eſt, ut hi, qui ſinguli perſonaliter, puta propriis nominibus fuerunt nominati, in partes viriles cenſeantur vocati, nec curetur ſucceſſionis ordo, l. Nonnunquam, 24. ff. ad Senatuſconſultum Trebell. l. Turpia, 54. §. ult. & l. Si heredes nominatim 124. ff. de legat. 1. l. Cui fundus, 56. verſ. quamvis, ff. de condit. & demonſtrat. l. Ita liber. 8. §. 1. verſ. Labeo autem, ff. de ſtatu liber. l. Si communis 37. in princ. ff. de ſtipulat. ſervor. & §. Servus communis, Inſtit. d. t.*

*Atque hanc ſententiam in propoſito caſu conſulendo tenet Modeſtinus Piſtoris conſil. 8. nu. 6. & 12. Amplectitur eandem Hartman. Piſtoris lib. 2. quæſt. jur. quæſt. 22. nu. 13. Nec ab ea ſunt alieni, qui ſcribunt, quando teſtator ſibi inſtituit heredem Caium & eius filios, Sempronium ac Mævium, atq; ita expreſſo cuiuſq; nomine proprio, intelligi eos filios unà cum patre vocatos eodem tempore, ut æqualiter ſuccederent, ut manifeſtè & rectè tradiderunt, gl. in l. Sive à certis 17. in verb. pro hæreditariis, ff. de duob. reis conſtituend. Rubeus, in l. Gallus 29. §. Quidam rectè, num. 48. & ibidem Torniellus in quæſtionibus nu. 15. verſ. ſed limita ad aliquos tantùm, ff. de libert. & poſtum. tum etiam Ioann. Baptiſta à S. Severino inter conſil. Alexand. conſil. 14. num. 10. verſ. Tertia concluſio, vol. 4. quos*

*ſequi-*

Digitized by Google

*ſequitur Menoch. lib. 4. de præſumpt. præſumpt. 70. num. 17. ubi huius concluſionis elegantem videtur hanc adferre rationem, quod is, qui plures propriis vocat nominibus, æquali affectione, & amore eos proſequi cenſeatur. Cui rationi & hæc addi meritò debet, quod qui exprimit propria nomina, enumeret perſonas, proindeq; viriles ſervari partes velit, & ut viritim eos recenſet, ita etiam viritim eos honoret, quam rationem adducit, Cuiac. in commentar. in lib. 15. q. Papinian. pag. 394. in explicatione dict. l. Nonnunquam 24. ff. ad Senatuſconſultum Trebell.*

*Refragari quidem huic videtur pronunciato text. in l. Proinde 7. in princ. verſ. Idem puto etſi nominatim, ff. de ſtipulat. ſervor. Vbi ſervus communis nominatim ſuis dominis omnibus ſtipulando non æqualiter, ſed pro dominicis portionibus obligationem ipſis adquirere dicitur. Verùm eo loco dominis nominatim ſtipulari, non eſt expreſſis dominorum nominibus propriis ſtipulari, ſed ſtipulari ſub commemoratione omnium dominorum, atque ita nominibus duntaxat appellativis.*

*Similiter obloqui nobis putatur l. ſive à ceteris, 17. ff. de duobus reis, ubi Paulus Iuriſconſultus reſpondet plures heredes à quibus nominatim eſt legatum, non pro virilibus æquis portionibus, ſed pro ea tantùm parte, qua heredes ſunt, illud debere. Ad hanc legem reſpondet Gloſſa ibidem*

*dem, in caſu illius textus, à certis perſonis legatum eſſe relictum non propriis, ſed appellativis nominibus. Cuiac. verò in commentar. in dict. lib. 15. quæſt. Papinian. pag. 395. col. 1. ſentit, Paulum Iuriſconſultum de eo loqui caſu, quo teſtator expreſſit quorundam heredum nomina, non ut eos exæquaret, ſed ſecerneret à cæteris heredibus. Atqui utramque hanc conciliandi rationem, & ſubiecta eò loci ratio, & enunciatum ibidem in fine ſubiectum non admittunt; Ratio à Iuriſconſulto adpoſita concernit ipſam hereditatis naturam, quæ eſt, ut pro hereditariis partibus heredes onera hereditaria agnoſcant, l. 2. C. de hered. actionib. l. pacto. 26. C. de pact. l. 1. C. Si certum petatur, l. 1. & 2. C. Si unus ex pluribus heredibus & l. 2. C. de annonis & tribut. lib. 10. Etſi ergò ab hæredibus ipſorum propriis nominibus expreſſis relictum ſit legatum, attamen ſinguli non pro virilibus, ſed hereditariis partibus legatum illud præſtare tenentur.*

*Quid verò cenſendum ſit, ſi in inveſtitura ſimultanea, poſſeſſor feudi, eius item frater & huius liberi maſculi, vocati ſint, non appellativis, ſed propriis nominibus; ut ſi feudi dominus ita dixerit; Te Gaium feudi poſſeſſorem, & te Mævium atque hos filios tuos de eodem illo feudo inveſtio. Sine ulla hæſitatione reor & hanc quæſtionem ita decidendam eſſe, ut dicamus, filios Mævii in æqualem feudi portionem, cum pa-* 93

*tre*

94 *treſuo eſſe vocatos, tum quia articul. † ille (Hos) ſuſtinet vicem nominis proprii, ſive individui, ut Dialectici docent, & patet ex l. 2. ff. de liber. & poſtum. l. Nominatim. ff. de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſtam. & l. certum. ff. ſi certum petet. l. Nominatim. ff. de condit. & demonſtrat. & §. Si quis in nomine, Inſtit. de legat. & ſentit Menoch. conſil. 173. nu. 3. & 4. tum etiam motus textu l. Lucius Titius 88. §. Inſtituo 15. ff. de legat. 2. ubi teſtator vocavit filium, & nepotes ex eo emancipatos; quæ nepotum vocatio reſtricta & limitata fuit ad illos tantùm emancipatos, ut putet Iuriſconſultus, veriſimilem eſſe mentem teſtatoris, quod æqualiter cum filio etiam nepotes hoſce vocare voluerit. Ita eum locum inducit Torniellus in l. Gallus 29. §. Quidam rectè in quæſtionibus, numer. 15. ff. de libert. & poſtum.*

95 *Quod ſi verò plures cum feudi poſſeſſore ſimultaneè ita inveſtiti ſint non proprio, ſed collectivo nomine ſint vocati, puta in hunc modum; Te Semproni poſſeſſorem feudi, te item Gaium, & liberos tuos maſculos de hoc feudo inveſtio; mortuo Sempronio feudi poſſeſſore, ſuccedunt ei in feudum illud Gaius, & eius liberi maſculi, non in capita ſed ita, ut Gaius unam dimidiam, & eius liberi alteram dimidiam feudi illius partem conſequantur. Qui enim collectivo nomine vocantur, quale eſt nomen*

*men liberorum, & heredis nomen, l. liberorum 220. ff. de verb. ſignif. & l. heredis appellatione 170. ff. d. t. Menoch. poſt alios lib. 4. de præſumpt. præſumpt. 70. num. 29. & præſumpt. 71. num. 28. hi omnes unam duntaxat perſonam referunt, l. ſi quis actio 7. ff. de uſufruct. accreſc. l. planè 34. in princip. ibi, coniuncti unius perſonæ poteſtate funguntur, ff. de leg. 1. & l. ſi pluribus 44. in princip. ff. de leg. 2. & l. Is qui complures 94. ff. de leg. 3. Iaſon in l. Si pater 9. in princip. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. & in l. ult. in princip. C. de impuber. & aliis ſubſtit.*

*Atque hæc concluſio quin procedat eo caſu,* 96 *quo feudi poſſeſſor ſanguinis conſuetudinem non habet ullam cum his, qui ſimul inveſtiti ſunt, dubitandum non eſt; quippe cum in herede inſtituto extraneo aliquo, & illius filiis ſucceſſionem huiuſmodi admittant Dd. communiter, in d. l. Gallus 29. §. Quidam rectè. ff. de liber. & poſtum. & ibi in ſpecie Rubeus, numer. 48. in fin. & conſuluit ita Cœpol. conſil. 52. verſ. Tertius caſus, part. 1. tùm etiam Rebuffus conſ. 175. numero ſeptimo, quos ſequitur Antonius Peregrinus tractat. de fideicommiſſ. articul. 17. num. 38. & ſeq. Ac in terminis noſtris hanc amplectitur ſententiam Hartman. Piſtoris libr. 2. quæſt. jur. quæſt. 20. num. 15. & 16.*

*Idem*

Digitized by Google

*Idem quoq; dicimus in caſu quo aliqui ſimul inveſtitorum non collectivo, ſed quo alio appellativo nomine facta, per ſimultaneam inveſtituram ſunt vocati, ſiquidem plures nominati appellativo nomine pro una etiam perſona reputentur, l. interdum, 13. in pr. ff. de hered. inſtit. Decian. conſil. 1. num. 180. & num. 213. vol. 1. Iul. Clar. in §. teſtamentum, quæſt. 80. Anton. Peregrinus in Tract. de fidei commiſſ. articul. 17 num. 21.*

97 *Sed definitio hæc ſitne recipienda in caſu, quo cum feudi poſſeſſore ſimultaneè inveſtitus eſt ipſius frater, & eius filii, dubitari poteſt, eò quod communis Dd. ſententia habet, repugnantibus tamen quibſdam, non coniunctivo, ſed ſucceſſivo ordine factam intelligi inſtitutionem, ſi teſtator heredem inſtituat fratem ſuum, & eius filios, ut latè oſtendunt poſt alios Antonius Peregrinus, tractat. de fideicommiſſ. articul. 17. numer. 20. & ſeqq. & Menoch. Tractat. de præſumpt. libro quarto præſumpt. 70. num. 16. & ſeqq.*

*Verùm enimverò non obſtante communi illa opinione, exiſtimo, feudi poſſeſſore defuncto eodem tempore unà ſuccedere ſimultaneè inveſtitum fratrem, & eius filios, tùm quia dominus neceſſe non habuit cum Vaſallo poſſeſſore & eius fratre ſimul etiam eiuſdem fratris filios inveſtire, cùm hi communi jure feudali patruo*

non

*non ſuccedant ſuperſtite adhuc patre ſuo, & ſi feudum eſt novum, ne ipſum quidem fratrem inveſtire tenebatur dominus, ut proindè fratris filii ex veriſimili mente domini intelligantur ordine ſimultaneo vocati cum ipſo fratre, patre ſuo, ut cum eo unà in feudum ſuccedant.*

*Eſt enim vis & natura conjunctionis E T,* 98
*ut plures per eam vocati ſimul etiam concurrant, l. ſi duobus, 65. ff. de legat. 1. l. un. §. cum triplici, C. de caduc. toll. l. Reos. 11. §. cum tabulis, ff. de duobus reis conſtit. tum quia ab heredum inſtitutione ad feudi ſucceſſionem haud rectè ubique argumentamur, cùm diſpoſitio teſtamentaria à feudo planè ſit averſa, nec ullam cum eo communionem habeat, Tit. 8. §. 1. lib. 1. feudorum: tum etiam licet poſſemus à teſtamentaria ordinatione ducere argumentum ad feudi ſucceſſionem, quia tamen feudi inveſtitura eſt tantùm de re particulari, ipſo ſcilicet feudo, non de hereditate vaſalli poſſeſſoris, certè cum ipſo poſſeſſore eius frater, & huius liberi ſi inveſtiti ſint, cenſentur frater & eius liberi ſimultaneo ordine vocati, ut hi cum ipſo eodem tempore ſuccedant.*

*Quando enim teſtator non heredes inſtituit, ſed legatum, aut fideicommiſſum particulare fratri ſuo, & eius liberis reliquit, hoc caſu liberi illi non ſucceſſivo, ſed ſimultaneo ordi-*



Digitized by Google

*ne vocati cenſentur, ut præter alios docet Torniellus ad leg. Gallus. 29. §. Quidam rectè, in quæſtionibus, numer. 5. ff. de liber. & poſtum. quem ſequuntur Menoch. dict. præſumpt. 70. num. 6. & Ant. Peregr. tract. de fideicommiſſ. artic. 17. num. 6.*

99 *Non eſt hoc loco omittendum; quod prædicto etiam caſu plures illi filii non proprio nomine vocati, in unam tantùm partem cum patre ſuo vocati cenſentur, dict. l. ſi quis Attio. 7. ff. de uſufruct. accreſc. & dict. l. Interdum. 13. in princip. verſ. Qua detracta, ff. de hered. inſtit. & l. ultim. in fin. Cod. de impub. & aliis ſubſtit.*

100 *Si tamen feudi dominus his verbis ſimultàneè inveſtierit plures collectivo, aut alio appellativo nomine; Te Julium, teqúe Johannem, ac liberos tuos æquè inveſtio de hoc feudo; hoc certè caſu, propter vocem* æquè *portiones feudi viritim in capita ſunt diſtribuendæ, per textum in dict. leg. Interdum. 13. in princip. ff. de heredit. inſtit. & docet VVeſenbecius conſilio 41. numer. 150. & Hartmannus Piſtoris libro 2. quæſtionum jur. quæſtione 22. numer. 17.*

101 *Similiter pluribus agnatis collectivo nomine juxta gradus prærogativam* nach rechter Sipſchafft / *ſimultaneè inveſtitis, omnes illi in capita æqualibus portionibus ad ſucceſſionem feudi*

*feudi admittuntur, argument. text. in §. Cæterum, & §§. ſeqq. Inſtitut. de legitim. agnator. ſucceſſ. Auth. in ſucceſſione, Cod. de ſuis & legitimis. & Auth. Poſt fratres, fratrumque filios, Cod. de legitimis heredibus per quos textus hanc probant concluſionem VVeſenbecius dict. conſil. 41. numer. 150. & ſeq. & Hartmannus Piſtoris, dicta quæſtione 22. numer. 2. 3. 4. & 5.*

*Hactenus de caſu primo ſupra ab initio propoſito: ſuccedit modo alter caſus, quo ſcilicet ex pluribus ſimultaneè inveſtitis quidam ſuperſtites ſunt, aliqui verò liberis multis relictis è vita abierunt; Verbi gratia: Cum Mævio, feudi poſſeſſore, ſimultaneè inveſtiti ſunt fratres ejus, Cajus, Sejus & Titius, Cajus vivo adhuc Mævio relictis tribus filiis moritur, poſtea ſuperſtite Sejo, itemque Titio, vitam cum morte commutat etiam feudi poſſeſſor Mævius. Jam quæritur, utrum tres illi filii Caji in capita, vel in ſtirpes cum patruis ſuis Sejo & Titio ſuccedant? Hoc caſu feudi ſucceſſionem in ſtirpes fieri dubitandum non eſt. Tum quia filii fratrum, quando cum patruis ſuis concurrunt, jure repræſentationis in parentum ſuorum locũ ſuccedunt, Nov. 118. c. 3. §. Hujusmodi verò privilegium. Quia. repræſentationis jure vocantur in ſtirpes ſuccedere ſolent, §. cum filius, Inſt. de her. quæ ab inteſt. defer. & d. Nov. 118. c. 3. Auth. in ſucceſſio-* 102 103

*ne C. de ſuis & legitimis, etiam feudorum jure. t. 8. in pr. lib. 1. feud. & t. 11. §. His verò, lib. 2. feud. itemq́ʒ jure Saxonico feudali ut arguit conſtitutio Electoralis. 29. & affirmat Hier. Schurpf. conſ. 8. cent. 1. & autor differentiar. juris civilis & Saxonici, different. 29. tum quia Seius, & Titius fratres ipsâ ſimultanea inveſtitura adquiſiverũt jus ſuccedendi in duas feudi tertias, quisqʒ in unam tertiam, hoc igitur quæſitum jus ipſis invitis diminui non debet, per l. Id quod noſtrum. 11. ubi Deci. & alii, ff. de R. J. l. ult. C. Si contra jus vel utilit. publ. c. Quæ in Eccleſiam, ext. de conſtit. etiamſi nobis ſpe tantùm ſit adquiſitum, l. 2. ff. de natalib. reſtit. l. in diem. 9. ff. de aq. & aqua pluv. arc. & t. 8. in pr. lib. 2. F. Schrad. poſt alios tractat. feudali, p. 9. c. 1. n. 18. tum poſtremò, quia nemo plus juris ad alium transferre poteſt, quàm ipſe habuit, l. hereditas. 62. ff. de regul. jur. & l. Nemo plus juris, 54. ff. d. t. Cùm ergò per ſimultaneam inveſtituram Caius jus ſuccedendi in partem duntaxat tertiam feudi adeptus ſit, eam ſolam ad liberos ſuos tranſmiſiſſe intelligitur. Atque hanc concluſionem amplectitur quoque Hartman. Piſtoris libr. 2. quæſt. jur. quæſt. 22. num. 7. & ſeqq. Eamq́ue probavit etiam facultas Juridica Lipſenſis atteſtante eodem Hartmanno Piſtoris ad finem ejuſdem quæſtionis.*

104 *Nihil decerpit deciſioni huic, quod repræſentatio-*

*tationis jus, ſecundùm quoſdam, pertinet tantùm ad caſum ſucceſſionis legitimæ, non etiam ad diſpoſitionem aliam, qua fratres & fratrum filii vocantur.*

*Primò enim opinio hæc communis non eſt, ſed ab ea ſeceſſionem fecerunt plerią; alii, ut oſtendit Hartm. Piſt. d lib. 2. quæſt. jur. q. 23. n. 5. Cùm igitur dubia iſthæc ſententia rationis loco adducta nihil probet, cùm per dubium non rectè probetur id, quod æquè dubium videtur.*

*Deindè prior illa opinio non procedit, quando diſpoſitio facta eſt vel à patre inter liberos, vel à fratre inter fratrem, & eius liberos, ut communiter ſentiunt, quos refert, & ſequitur Hartman. Piſt. d. q. 23. n. 6.*

*Deniq; propoſitæ quæſtionis deciſio noſtra robur aſſumit non tantùm ex repræſentationis jure, ſed & aliis rationibus anteà adductis.*

*Cæterùm quod de poſſeſſoris feudi fratribus ſimultaneè inveſtitis, & quorundam illorum relictis liberis diximus, quæritur, an procedat etiam ſi cum feudi poſſeſſore alii vel cognati, vel extranei ſint inveſtiti? Et cum Hartmanno Piſtoris d. quæſt. 23. num. 7. & ſeqq. affirmativæ ſubſcribo, tum quia rationes duæ poſteriores in decidenda proximè ſuperiori quæſtione allatæ hîc æquè militant, ut proindè jus idem hîc etiam ſit ſtatuendum, l. ſi poſtulaverit. 27. §. ſed etſi. 13. ff. ad leg. Jul. de adulter. cum ſimilibus:* 105

*tum etiam quia ſi plures illi ſimul inveſtiti tempore inveſtituræ interrogati fuiſſent; qualis ſucceſſio futura eſſe deberet, ſi uno atq; altero ipſorum defuncto plures, & quidem imparis numeri eorum liberi ſucceſſionis tempore extent, veriſimiliter reſpondiſſent, quod liberi illi defunctorum parentum ſuorum portionibus contenti eſſe deberent, vt cum facultate juridica Lipſenſi autumat quoque Hartmannus Piſtoris dict. quæſt. 22. num. 11. In omni autem diſpoſitione id etiam pro expreſſo habetur, quod diſponentes interrogati veriſimiliter reſpondiſſent, per leg. cum acutiſſimi. 30. ubi Bald. C. de fideicommiſſ. & l. tale pactum. 40. §. ultim. ubi gloſſ. & Dd. ff. de pactis, latè Tiraquel. in præfatione commentarior. in leg. ſi unquam. C. de revocand. donat. num. 56. & in legibus connubialibus, in verb. expreſſ. gloſſ. 7. num. 181. Tum poſtremò, quia contrahentes ſe conformare cẽſentur diſpoſitioni juris communis, l. 4. §. ult. ff. de rebus credit. l. ſi duo. 38. ff. de adquir. heredit. & l. Sed niſi hoc, 8. ubi gloſſ. ff. de de jur. dot. Schrader. tract. feudali part. 10. ſect. 1. num. 14. Jus autem commune diſponit, uno atq; altero ex his, quibus communiter quid promiſſum eſt, mortuo, liberos eorũ ſuccedere tantùm in obligationis jus, quod parentibus ipſorum competiit, cùm nemo defunctus plus juris in heredem transferre poſſit, quàm ipſe habeat.*

*Nihil*

*Nihil impedit deſinitionem hanc, quod poſt fratres, & fratrum liberos ſucceſſio fit in capita, non in ſtirpes, dict. Novell. 118. cap. 3. §. ultim. Iſthæc enim regela procedit in ſucceſſionibus, quæ jure hereditario deferuntur. At hìc agimus de ſucceſſione, quæ beneficio inveſtituræ competit.*

*Quid verò, ſi cum Titio feudi poſſeſſore ſimultaneè inveſtiti ſint Mævius & Sempronius, ac poſtea Mævius diem ſuum obeat, relictis filiis tribus, qui inveſtiuntur cum Titio, & Sempronio, nominib. ipſorum propriis expreſſis, nunquid decedente poſtmodum Titio filii illi tres Mævii in capita vel ſtirpes cum Mævio ſuccedunt? Licet videantur hi tres filii in capita vocati, quod in inveſtitura expreſſa ipſorum fuerunt nomina, per ea, quæ ſuprà tradidi: attamen in ſtirpes tantùm eos admitti, & ad patris defuncti ſolùm portionem vocari verius eſt, ut cum Scabinis Lipſenſibus ſentit quoq; Hartm. Piſt. d q. 22. nu. 12. Ratio eſt, quod in inveſtituris ſpectamus jus primâ inveſtiturâ conſtitutum, ut communis eſt feudiſtarum concluſio.*

*Reſtat caſus tertius, quo ſimultaneè inveſti-* 106
*torum nemo ſuperſtes eſt, ſed horum tantùm liberi adſunt. Hoc autem caſu, ſi cum feudi poſſeſſore filii ejus ſimultaneè inveſtiti fuerint, dubium mihi nullum eſt, quin mortuis filiis hiſce omnibus, eorum liberi paris vel*



Digitized by Google

*imparis gradus in ſtirpes ſuccedant, & portionem tantùm patris ſui capiant, per text. in Tit. 50. in fin. & t. 55. §. præterea. lib. 2. F. Novel. 118. c. 1. ibi, in hoc enim ordine gradum quæri nolumus. l. 2. & l. 3. C. de ſuis & legitim. §. cum filius, ubi VVeſemb. Inſtit. de hered. quæ ab inteſt. defer. junct. t. 1. lib. 2. F.*

*Quòd ſi verò cùm feudi poſſeſſore eius fratres ſimultaneè ſint inveſtiti, fratrum illorum omnium defunctorum filii numero & gradu pares, vel impares in capita admittenda videntur, per text. in l. 2. §. Hæc hereditas, ff. de ſuis & legitimis, & Novell. 118. c. 3. §. ſed & ipſis fratrum filiis, & t. 11. §. his verò, lib. 2. F. Verùm quia ad fratres poſſeſſoris feudi ex ſimultanea tantùm inveſtitura jus ſuccedendi pertinuit, atq; ita ex pacto, certè cuius fratres virilem portionem tantùm, ad ejus liberos ſpectare autumo, per regulam, quod quisq; non tantùm ſibi, ſed & heredibus ſuis paciſcendo proſpicere & conſulere videatur etiam in feudis, Tit. 18. lib. 2. feud.*

Cap.

# Caput III.

## *De Perſonis, quæ facere, quæ item accipere inveſtituram poſſunt.*

*SVMMARIA.*

1 DIſtributio huius capitis.
2 Regula de perſonis, quæ inveſtituram facere poſſint, eiuſque conſectaria.
3 Quando pupillus jusjurandum ab adverſario delatum volens ſubire & præſtare poſſit.
4 Quæſtio, an pupillus tutore authore novam inveſtituram facere poſſit?
5 Quæſtio, an pupillus obligetur ex inveſtitura ſaltem naturaliter, ſi abſque tutore, vel cum tutore, ſed ſine magiſtratus decreto inveſtituram fecerit?
6 Varia & multiplex conciliatio l. quod pupillus 41. D. de condict. indebit. l. pupillus 59. & de O. & A. & l. cum illud. 25. §. 1. D. quando dies legator. ced. l. ſi pupillus. 127. D. de V. O. l. 1. in fin. D. de novat. & l ult. D. de jurejur.
7 Accurſii conciliatio.
8 Bolognini conciliatio.
9 Eguinarii Baronis conciliatio.
10 Coraſii & Antonii Fabri conciliatio.
11 Donelli conciliatio.
12 Cajacii conciliatio.
13 Approbatur Bartoli & Baldi conciliatio.
14 Quis pupillus ſit infantiæ proximus, quis item proximus ſit pubertati.
15 Quando pupillus etiam ſine judicis decreto novam facere poſſit inveſtituram.



Digitized by Google

16 Pubes minor novam inveſtituram facere non poteſt, ſive ſit minor 14. annis: ſiue minor 25 annis.
17 An pronunciatum hoc exaudiendum de minore curatorem habente, an verò de minore curatorem non habente
18 Ingens conflictus Interpretum circa conciliationem L. puberes, 101 D. de V.O & L. 3. C. de in integr. reſtit.
19 Sententia Veterum & Donelli, quæ tamen confutatur.
20 Interpretatio Cujacii, Borcholdi & Fachinei, quæ etiam rejicitur.
21 Cura non ſemper eſt rerum, ſed quandoque etiam perſonæ.
22 Opinatio aliorum quorundam Interpretum.
23 Verbum *Obligari* in dubio de qua obligatione intelligendum.
24 Iudicium Iohannis Roberti de hac antinomia.
25 Conciliatio Gœddei, quæ & ipſa improbatur.
26 Opinio Authoris diſtinguentis.
27 Stipulatio contractus omnium firmiſſimus, & ad quod inventa.
28 Legis Lætoriæ capita quæ.
29 Quomodo exaudiendum ſit, quod dicitur in leg non eſt dubium, 5. C. de legib. ipſo jure nullum eſſe, quod fit lege prohibente.
30 Minor 25. annis quando legitimè res ſuas adminiſtrare dicatur.
31 Quæſtio, ſi minor 25. annis inveſtiens aliquem de feudo nouo, jurauerit, ſe irreuocabiliter ſeruaturum factam inueſtituram. an juramento illo non obſtante, pœnitentia ductus feudum reuocare poſſit?
32 Intellectus Auth. Sacramenta puberum. Cod. ſi adadverſus vendit. & capit. quamvis. titul. de pact. in 6.
33 Prodigus qui.
34 Indicia prodigalitatem arguentia quæ.
35 Rejicitur opinio exiſtimantium, prodigalitatem ex eo probari poſſe, ſi major 25. annis ſibi curatorem dari petat.
36 Quæſtio dubia & ſpinoſa; num prodigo ipſo jure bonorum adminiſtratione interdicatur: an verò Magiſtratus decretum requiratur, ita ut ante ſententiam à Magiſtratu latam prodigus ſe obligare poſſit?

37 Im-

37 Improbatur ſententia Donelli, exiſtimantis, curationem prodigi non amplius ex l. 12. tab. ad agnatos pertinere, ſed hodiè à magiſtratu prodigo curatores conſtitui.

38 Expenditur l. Iulianus. 10. & l. pen. §. his conſequens, D. de curator. furioſ. & n. 42.

39 An notorium habeat vim ſententiæ.

40 An in iis, quæ ipſo jure amiſſa dicuntur, judicis cognitio & declaratio requiratur.

41 Diſtinctio inter notorium juris & notorium facti.

42 Dare prodigo curatorem, & eidem bonis interdicere ſunt in jure connexa.

Item formula interdictionis, qua olim prodigo bonis Prætor interdicebat, quæ.

43 Quæſtio, ſitnè valida interdictio bonorum & curatoris datio à Prætore facta alicui, ut prodigo, cùm tamen prodigus non ſit?

44 Filiusfam. de peculio profectitio inveſtituram facere non poteſt.

45 Vti nec de peculio adventitio.

46 Quæſtio, ſi peculii adventitii uſusfructus ad patrem non pertineat, ſed commodo filiifam. ille cedat, an hoc caſu novam inveſtituram facere poſſit filiusfam?

47 Interpretatio L. cum multa. 7. C. de bon. quæ lib. & Nov. 117. c. 1.

48 Quæ ſit ratio, cur filiusfam. teſtari prohibeatur de peculio adventitio, cuius & proprietatem & uſumfr. habet: cur item peculium idem vivo patre alienare nequeat?

49 An furioſus novam inveſtituram facere poſſit?

50 Secundum conſectarium exemplis declaratur.

51 An Procuratores rerum alienarum, novam facere poſſint inveſtituram?

52 Procuratores, quibus libera omnium rerum adminiſtratio commiſſa eſt, utrum alienandi poteſtatem habeant.

53 Poſſitnè tutor de rebus pupilli novam facere inveſtituram?

54 Num tutori integrum ſit, cum cauſſæ cognitione & decreto ſaltem Magiſtratus, pupilli prædia in feudum dare?

55 Quan-

Digitized by Google

55 Quando Prælati Eccleſiarum, Archiepiſcopi, Abbates, & Præpoſiti prædia Eccleſiæ ſuæ in feudum dare poſſint.

56 Quæſtio: Sit ne liberum Eccleſiæ Prælato, feudum ſuæ Eccleſiæ apertum, alicui ex cognatis ſuis denuò jure feudi concedere eo caſu, quo expedit Eccleſiæ, ut iterum alicui in feudum detur?

57 Intellectus Novellæ 120 c. 5. § Oeconomis. & Auth. quibuſcunque C de SS. Eccleſia.

58 Quando prædia Eccleſiaſtica, feudo aperto ad Eccleſiam reverſa, cenſeantur de menſa Eccleſiæ denuò effecta, ut amplius in feudum dari nequeant: Item quæ ſint res Eccleſiaſticæ de menſa Eccleſiæ, & numer. 65.

59 Variæ Dd. opiniones, de temporis ſpacio, quot ſcilicet anni requirantur, ut bona Eccleſiaſtica de menſa Eccleſiæ denuò facta cenſeantur.

60 Sententia Authoris.

61 Quæſtio anceps, quantùm temporis ſpacium deſideretur ad hoc, ut res Eccleſiaſtica dicatur ſolida in feudum dari?

62 Quæſtio: num Prælati Eccleſiarum, poteſtatem infeudandi res Eccleſiaſticas, antea inſolitas in feudum dari, legitima præſcriptione adquirere poſſint?

63 Quomodo exaudiendum, quod dicitur, Præſcriptione 40. annorum res Eccleſiaſticas adquiri à bonæ fidei poſſeſſore.

64 Quæſtio, an Prælatus Eccleſiæ etiam decimas, ante concilium Lateranenſe in feudum dari ſolitas, ſi ad Eccleſiam feudo aperto reverſæ fuerint, abſq; Pontificis conſenſu denuò alicui laico in feudum tribuere poſſit?

65 Interpretatio Tit. 35 in fin lib. 2. F.
Item quid ſit Dominicum.

66 Utrum Imp. novam inveſtituram facere poſſit de rebus imperii.

67 Imperatoris munus & officium quod.

68 Quomodo accipiendum ſit, quod dicitur in l. deprecatio 9. D. ad L. Rhod. de jactu. Imperatorem mũdi dominum eſſe. & n. 76.

69 Oſtenditur, Conſtantini donationem eſſe falſam atque ementitam.

70 An

70 An Imp. Rom. donationem hanc jure vendicare & denuò orbi Romano adjicere poſſit?

71 An Imp denuò aliquem inveſtire poſſit, ſi feudum aliquod imperio ſit apertum?

72 Quæſtio: Si vaſallus aliquis Imperii ſenex ſit decrepitus, nec filium feudi ſucceſſorem habeat, proindeque Imperator Romanus ſene illo adhuc vivo, ſub conditione mortis ipſius de eo feudo alium inveſtierit, feudum autem illud, mortuo Imperatore feudi inveſtitore, aperiatur Imperio, num alius Imperator ſucceſſor inveſtitoris, ex prædeceſſoris inveſtitura feudum illud novo vaſallo præſtare teneatur, necne?

73 Quando ex contractu Principis, aut alterius cuiuſdam adminiſtratoris, officii ratione celebraro, ſucceſſor teneatur.

74 Quæritur, an Imperator ex plenitudine poteſtatis bona aliena invito domino auferre, eaque alii in feudum dare poſſit?

75 An Imp. Rom. judicem agnoſcat.

76 Quomodo intelligendum, quod dicitur in l.3. v. quæ n. differentia. C. de quadrien. præſcript. Omnia Principis eſſe.

78 Varia & multiplex interpretatio L. Princeps. 31. & de LL. ubi dicitur, Principem legibus ſolutum eſſe.

79 Verbum *videri* interdum impropríetatis, interdum veritatis nota.

80 Vis & natura adverbii *Meritò*.

81 Natura verbi *POSSE*.

82 Interpretatio Authoris. & n. 89.

83 Explanatur l.3. C. de teſtam. & l. ex imperfecto. 23. D. de l. 3.

84 Significatus verbi *Licere*. & n. 87.

85 Partes juris tres: Lex ſcripta, Conſuetudo & Aequitas.

86 Quæſtio, an Princeps iis legibus ſit ſolutus, quæ indefinitè ſunt ſcriptæ, & neq; ad Imperatorem neque ad privatos ſpecialiter directæ?

87 Significatus verbi *Decet*.

88 Declaratur l. 4. C. de ll.

90 Quomodo intelligendum, quod dicitur in Nov. 105. c. 2. Deum Imperatori leges ſubjeciſſe.

91 In-

91 Intellectus & explicatio §. ultimi in fin. Inſtit. quibus mod. teſt. infir.
92 Rejicitur interpretatio Hotomanni & VVeſenbecii.
93 An Populus Romanus legibus ſuis invitus fuerit aſtrictus.
94 Senſus L. 2. §. ſi quis à Principe. 16. verſ. niſi fortè. D. ne quid in loc. publ.
65 Exempla tertii conſectarii
96 Quando Imp. de provincia aliqua Imperii novam facere poſſit inveſtituram?
97 Quæſtio: Vtrum regalia Imp. alicui in feudum novum dare poſſit?
98 Quomodo ab Imperatore regalia maiora in feudum alicui concedantur.
99 Quæ ſint requiſita, ut regalium minorum conceſſio robur habeat?
100 Quæſtio: Si Princeps cuidam Comiti, Baroni, Nobili vel Civitati regalia quædam maiora, in quodam territorio jure feudi per novam inveſtituram conceſſerit, utrum cumulativè, aut privativè ea intelligantur conceſſa?
101 Anceps & elegans quæſtio: An dato alicui nobili à Principe in feudum regali jure, metalli fodinarum, certi alicujus territorii, cenſeatur etiam juris eſſe regalis, & ad nobilem vaſallum pertinere proprietas harum fodinarum, quæ in eius territorii prædiis inveniuntur hominum privatorum, aut quid aliud de jure ſit regali in fodinis hiſce, quod ex feudi conceſſione ad eum vaſallum ſpectet?
Item: Interpretatio verbi *Argentaria*.
102 Dubitatur, num ipſæ auri, argenti, cæterorumque metallorum fodinæ, etiam proprietatis jure, ad fiſcum Imperatoris jure regali pertineant, licet ſint inventæ in prædiis hominum privatorum.
103 Varia interpretatio Titul. 56. lib. 2. feud.
104 Quæſtio: Si Imperator aliquem de Ducatu, Marchionatu, Comitatu, civitate aut pagis quibuſdam inveſtierit, utrum tacitè intelligatur quoque eadem inveſtiturâ conceſſiſſe novo illi vaſallo, regalia in eodem illo territorio, de quo eum inveſtivit.

105 Quæ-

105 Quare Ducatus, Marchionatus, Comitatus, dicuntur feuda regalia.

106 Quomodo exaudiendum, quod dicitur: Quemlibet Principem ac Comitem id poſſe in ſua provinia, quod poteſt Imperator in univerſo Imperio Rom.

107 Quæſtio: Si Imperator aliquem inveſtierit de Ducatu, Marchionatu, aut Comitatu *cum omni iure*, utrum hac inveſtitura cenſeatur etiam regalia conceſſiſſe, necne?

107 Verba *cum omni iure*, quid in inveſtitura denotent.

109 Si Princeps de quibuſdam regalibus auri, itemque argenti fodinarum, quodam in territorio quendam nobilem, aut civitatem aliquam per feudum inveſtierit, addita hac generali clauſula, *cum omnibus, & quibuscunq; aliis regalibus*, quæ regalia huiuſmodi inveſtitura cenſeantur translata?

110 Vtrum Princeps, qui per feudum inveſtit aliquem de duobus aut tribus regalibus; non adpoſita generali clauſulâ, cenſeatur etiam concedere regalia cætera, quæ ſunt ſimilia nominatim expreſſis in eodem illo territorio.

111 Quæſtio: Si Princeps, quando inveſtit aliquem de regalibus in quodam territorio, certas ſibi regal*i*um ſpecies reſervet, cætera autem regalia in feudum alicui concedat, an omnis generis regalia, maiora & minora hac inveſtitura concedere intelligatur?

112 An quilibet homo, etiam ignobilis, res ſuas alicui in feudum per inveſtituram dare poſſit?

113 Duareni opinio rejicitur.

114 Intellectus Tit. 1. lib. 1. F.

115 Quando dicatur aliquid expreſſim & nominatim cautum.

116 Quæſtio: An maritus de prædiis dotalibus inveſtire aliquem per feudum poſſit?

117 An maritus ſit dominus prædii dotalis.

118 Vſucapio corporis, non juris dominium uſucapienti tribuit.

119 Quæritur: An Servitutes hodiè per ſe uſucapi poſſint?

120 Sententia l. un. verſ. ideò per præſentem. C. de uſucap. transſ.

121 An vaſallus de ſuo feudo, quod ab alio poſſidet domino, aut de feudi ſui parte, alium quempiam jure ſubinveſtire poſſit?

122 Requi-

Digitized by Google

122 Requiſita, ut ſubinfeudatio ſubſiſtere poſſit, quæ, & num. 151.
123 Quouſque infeudatio progredi poſſit?
124 Verba *in infinitum* in tit. 35. §. ſimiliter, quomodo ſint exaudienda.
125 Quæſtio: ſi pacto inveſtituræ expreſsè cautum ſit, ne feudum alienetur, ſitné integrum vaſallo, pactione hac nõ obſtante, ſubinveſtire aliquem de feudo ſuo.
126 Regula: Expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur, quando procedat.
Item: Num hypothecæ datione feudò alienato, vaſallus eo privetur?
127 Quæſtio: An Vaſallus Eccleſiæ de feudo ſuo Eccleſiaſtico alium ſubinveſtire poſſit?
128 Quæſtio: Sitné integrum vaſallo abſque domini conſenſu ſubinveſtire aliquem de feudo ſuo, quod habet in curte domini, vel extra curtem, ubi tamen dominus diſtrictum, vel alium honorem habeat?
Item: Quid ſit Curtis, quid Diſtrictum, Territorium, & quid ſibi velint verba illa *alium* honorem habere.
129 Varia Vaſallorum & Subvaſallorum nomina.
Item: Fahen Lehen quod.
Scepter Lehen quod.
130 Plebis appellatione quid ſignificetur in d. t. 10 verſ. qui verò à Principe lib. 2. F.
131 Regula de perſonis, quæ inveſtituram accipere poſſint.
132 An ſervus de feudo inveſtiri poſſit?
133 Dubitatur, utrum domino, vel ipſi ſervo feudum acquiratur, de qua inveſtitus eſt ſervus?
134 An ſurdus, mutus, cœcus, furioſus, & mente captus, novam inveſtituram accipere poſſint?
135 An infans inveſtituram accipere poſſit?
136 An impubes infante major de feudo inveſtiri poſſit?
Item: Quis dicatur minor in Tit. 26. §. ſi non minori. lib. 2. Feud.
137 An impubes abſque tutoris ſui authoritate inveſtituram rectè accipiat?
138 Impubes, volens jurare fidelitatem, non repellitur.
139 An pubes abſque curatoris conſenſu feudum rectè accipiat?

140 Quæ-

140 Quæſtio anceps : num ſpurius novam inveſtituram jure accipere poſſit?
141 Vtrum ſpurii ſint infames?
142 Quæſtio: an infames novam accipere inveſtituram, & per eam adquirere feudum novum poſſint?
143 Quid dicatur in jure ſpecialiter expreſſum.
144 Diſpoſitio generalis, tantùm operatur quoad omnia contenta ſub genere; quantùm ſpecialis quoad comprehenſa ſub ſpecie.
145 Quæſtio: an Clericus per novam inveſtituram feudum acquirere poſſit?
146 Monachus an novi feudi capax ſit necné?
Item: Differentia inter Clericos & Monachos.
147 Quale feudum Monachis dandum.
148 Feudum Monachis datum quando ceſſet.
149 Quæſtio: Vtrum Ruſticus novam accipere inveſtituram, & per eam feudum acquirere poſſit novum?
150 Senſus Tit. 10. § cæteri verò. lib. 2. F.
151 Intellectus Tit. 26. §. beneficium. & Tit. 34. §. ſimiliter lib. 2. feud.
152 Quæſtio: An ruſticus ex feudo, quod ipſi datur, nobilitatis inſignia capiat?
153 Alvaroti & Sonsbecii opinio.
154 Duareni opinio.
155 Vultei & Obrechti opinio.
156 Sententia Authoris diſtinguentis.
157 Quæſtio: Si Dux, Marchio, Comes, ruſticum inveſtiet de feudo quodam, non ex regali ſuo feudo, ſed ex patrimonio ſuo allodiali, utrum inde ruſticus ille nobilis efficiatur?
158 Quæſtio: Si ruſticus feudum emat nobile, num ex hoc nobilis efficiatur ipſe ruſticus?
159 Quæſtio: An deportatus novam jure capiat inveſtituram, nec né?

H Eſt

Digitized by Google

1 EST & hoc caput bimembre. Pars ejus una de his, per quos fieri inveſtitura poſſit: Altera de his, qui ſuſcipere poſſint inveſtituram. De utriſq; agitur ſub tit. 3. lib. 2. feudor. Vbi quo ad prius membrum diſtinguitur inter novam inveſtituram, & inveſtituram feudi veteris, de qua inveſtituræ diſtributione diſſeruimꝰ capite ſuperiori.

2 De inveſtitura nova proponitur in dicto tit.3. §.1. regula talis; Novi feudi inveſtitura non ab alio rectè fit, niſi ab eo, qui legitimè ſuorum bonorum adminiſtrationem habet.

Hujus regulæ tria conſectaria conſtitui poſſunt· Vnum eſt, quod novi feudi inveſtitura fieri non poſſit per eum, qui quidem dominus eſt rei, quæ in feudum datur, ſed legitimam ejuſdem rei adminiſtrationem habet nullam.

Alterum conſectarium eſt, quòd inveſtitura feudi novi haud fieri queat per eum, qui quidem legitimam habet adminiſtrationem rei illius, de qua fit inveſtitura, ſed ejus rei dominus non eſt.

Tertium conſectarium eſt, quod inveſtitura nova rectè fiat ab eo, qui rei, in feudum quæ datur, & dominus eſt, & legitimam adminiſtrationem

*nem habet. De ſingulis hiſce conſectariis ordine diſpiciemus, & exempla proponemus.*

*Primi conſectarii exemplum eſt in pupillis. His enim rerum adminiſtrandarum jus non cõpetit, l. Jusjurandum. 17. §. 1. ff. de jurejur. ſed eorum bona à tutoribus adminiſtrantur, tot. tit. ff. de adminiſt. & peric. tutor. Proindequè nova per eos inveſtitura fieri prohibetur, dict. tit. 3. §. 1. lib. 2. feudor. Quò accedit, quod inveſtitura eſt contractus quidam, ut oſtendi cap. ſuperiori, & patet ex titul. 21. ibi, tunc condictio cauſa data proponitur lib. 1. feud. junct. l. Rebus. 6. C. de rer. permutat. Et quidem talis contractus, quo dominus non ſolum ad fidelitatem mutuam vaſallo tenetur, tit. 6. §. ult. lib. 2. F. Sed & poſſeſſio rei feudalis à domino in vaſallum transfertur, ut ſuprà cap. 1. expoſui. Pupillus autem nullo contractu conditionem ſuam deteriorem facere poteſt. Inſt. de autor. tutor. in pr. l. Quod pupillus. 41. ff. de condict indeb. & l. Si pupillus. 35. ff de recept. arbit. Quinetiam ut dominium, ſic & poſſeſſionem alienare ſine tutore ſuo prohibetur in l. pupillus. 11. ff. de adquir. rer. dom.*

*Nihil obſtat, quòd pupillus jusjurandum ab adverſario delatum volens ſubire & præſtare poteſt, l. ult. in princ. ff. de jurejur. licet invitus non poſſit. l. jusjurandum. 34. §. pupillo. 2. ff. d. t. Id enim procedit in jurejurando litis deciſorio, quo pupill9 ab obligatione liberatur. Hic v. agim9 de* 3

*obligando pupillo, cùm per inveſtituram dominus inveſtitor, & huic viciſſim inveſtitus vaſallus obligatur, d.t.6. §.ult. lib. 2. feud.*

4 *Sed nunquid poteſt pupillus accedente tutoris autoritate novam facere inveſtituram? Negat Jacob. Alvarot. in d.tit. 3. num.5. verſ. feudum autem novum, lib. 2. feud. quem ſequitur ibidem Frid. Schenck Baro à Tautenberg. num. 3. quibus & ego ſubſcribo. Tum quia feudum eſt quædam donatio, cùm ſpeciē beneficii contineat, t.23.§.ult. lib.2.F. & t.27.verſ.feudum enim, lib. 1. feud. A pupillo autem facta donatio tutore authore non valere pronunciatur in l.1.§.1.& §.2. ff.de tutel.& rationib.diſtrah. Tum quia feudum conſiſtit maximè in reb.ſoli, aut ſolo cohærentib9, aut in iis, quæ inter immobilia connumerantur, t.1.§. ult. lib. 2. F. Sed tutoris ſola authoritas ad alienandas & obligandas res pupilli immobiles, & quæ immobilibus connumerantur non ſufficit, cùm decretum quoque magiſtratus deſideretur, tot. tit. ff. de rebus eorum, qui ſub tutela & cura ſunt, ſine decreto non alienand. & tot. tit. C. de prædiis, & aliis rebus minor. ſine decret. non alienan. Tum poſtremò, quia tutor ut res immobiles, & quæ immobiliū loco ſunt alienare non poteſt ſine decreto, ita nec poteſt alienare ſine decreto res pupilli mobiles precioſas, l. lex quæ. 22. C.de adminiſtr.tutor.vel cur. Cùm ergò inveſtitura ſit quædā alienatio, d.t.3. §.1.verſ. qui enim*

*lib.2.F. & quidem alienatio rei precioſæ, quippe cùm per inveſtituram non modò vaſallus ſuo domino, ſed & dominus viciſſim vaſallo ſuo ad fidelitatem præſtandam arctiſſimè obligetur, Tit.6. §.ult.lib.eod.feud. certè pupillo novam inveſtituram facere volenti ſolius tutoris autoritas non ſufficit.*

*Nihil huic refragatur ſententiæ, quòd licet pupillo tutore authore adire hereditatem etiam ditioſam, §. Neque tamen, Inſtitut. de author. tutor. Hereditatis enim aditio pertinet ad adquirendum aliquid, hîc verò agimus de amittendo jure utendi fruendi re feudali. Et ſi damnoſa fuerit hereditas, quam adivit pupillus tutore authore, damnum illud pupillo reſarcire tenetur tutor, l. ſi pupillus. 7. in pr. ff. de tutelæ & rationib. diſtrah.*

*Moveri hoc loco poteſt & illa quæſtio, obligeturné pupillus ex inveſtitura ſaltem naturaliter, ſi abſq; tutore, vel cum tutore, ſed ſine magiſtratus decreto inveſtituram fecerit de re immobili vel æquipollenti, aut mobili precioſa re, ut ſcilicet fidejuſſor ſaltem, qui intervenit pro pupillo inveſtituram faciente, fidejuſſòrio nomine ad intereſſe conveniri poſſit à vaſallo? Quòd ſi naturaliter obligatur pupillus, tenetur fidejuſſor in id q intereſt, licet cõveniri pupillus nequeat. Si ne quidem naturaliter obligatur pupillus, nec fidejuſſor eo nomine tenetur vaſallo, cùm fidejuſ-* 5

*ſor etiam ad naturalem obligationem accedere poſſit, non autem ad obligationem, quæ ipſo jure nulla eſt. §. 1. verſ. At ne illud quidem, Inſt. de fidejuſſor. l. fidejuſſor. 16. §. fidejuſſor. 3. ff. d. t. l. ul. ff. de jurejurand. & l. Si pupillus. 127. ff. de verb. oblig. junct. l. Nihil dolo. 129. §. 1. ff. de R. J.*

6 *Hæc quæſtio nodos habet propter juris textus in ſpeciem contrarios, in l. Quod pupillus. 41. ff. de condiction. indebiti. & l. pupillus 59. ff. de obligat. & actionib. negatur pupillus naturâ, ſive jure naturali ex contractu ſuo ſine tutore obligari. At in l. cum illud. 25. §. 1. ff. Quando dies legator. ced. l. Si pupillus. 127. ff. de verborum obligation. & l. 1. in fin. ff. de novat. & l. ultim. ff. de jurejur. Pupillus ex ſuo contractu ſine tutoris autoritate habito naturaliter obligari affirmatur.*

7 *Hæc jura alii aliter conciliare laborant. Pleriq; textum in d. l. Quod pupillus. 41. ff. de condict. indebit. & d. l. pupillus. 59. ff. de obligat. & act. exaudiendum putant de infante, cæteras verò leges de eo qui infantiam exceſſit. Ita ſentit Accurſius in dict. leg. 1. in verb. promiſerit, verſ. ſed tu dic, ſi eſt infans, ff. de novationibus. & in dict. leg. Quod pupillus. 41. in fin. ff. de condict. indebiti, & Accurſium dictis locis alii ſequuntur. Sed malè: tum quia duæ illæ leges ſimpliciter de pupillo loquuntur. Non omnis autem pupillus infans eſt. Et quoties JCti veteres*

de eo

*de eo dicere volunt, quod eſt infantis proprium, nominatim exprimunt infantem, & ad eum orationem conferunt, l. coram. 209. & l. ultim. ff. de verb.ſignific: tum quia lex prior de pupillo ſtipulante loquitur, altera de mutuo. At ſtipulatio non cadit in infantem, l. 1. in princ. ff. de verbornm obligat. Nec quiſquam adeò ſtultus creditur, vt infanti pecuniam ſuam det mutuã: tum etiam qui pupillus infans ne quidem tutore autore contrahendo obligatur, §. pupillus, verſ. Nam infans, Inſtit. de inutilib. ſtipul. & l. in negotiis. 5. ff. de R. I. fruſtrà ergò quæritur, an ſine tutore obligetur, Hug. Donel. ad l. Si pupillus. 127. ff. de V. O.*

*Bologninus autem diſtinguit inter contractum mutui, & alios contractus; Ex illo non obligari, ex his obligari pupillum ſentit, ad Rub. ff. ſi certum petatur, n. 23. Sed nec ex ſtipulatione obligari pupillum ſine tutoris authoritate ſcribit Neratius ICtus in d. l. Quod pupillus. 41. ff. de condict. indebit. Et ex mutuo naturali obligatione obſtrictum eſſe pupillum docet Pomponius Iuriſconſultus in leg. ultim. ff. de jurejur. & Martianus in leg. in numerationibus, 44. verſ. Item ſi pupillo, ff. de ſolution. & Paulus Iuriſconſultus in leg. ſi pupillus. 21. in princip. ff. ad legem Falcid.* 8

*Eguinarius Baro ad leg. Naturaliter. 13. §. fin. ff. de condict. indebit. diſtinguendum putat* 9

*inter jus naturale, & gentium jus; illo nō obligari pupillum, hoc autem obligari eum ex contractu ſine tutore autumat. Verùm & hæc conciliandi ratio meritò repudianda; tum quia Impp. & JCti pupillum naturali obligatione obſtringi diſertè tradunt, in d.l. ult. ff. de jurejur. & d.l.1. in fin. ff. de novat. Vnde & jure naturali pupillū obligari volunt, cùm jus naturale cauſa ſit obligationis naturalis: tum etiam quia obligatio penè omnis eſt jurisgentium, §. Jus autem gentium, verſ. & ex hoc jure, Inſt. de jur. nat. gent. & civ.*

*Quando ergò pupillus naturaliter obligari dicitur, certè naturali jure dicitur obligari. Cùm aliâs naturale jus appelletur quoq; jus gentium, §. venditæ verò, ibi, jure gentium, id eſt, jure naturali, Inſtit. de rer. diviſ. à cauſa ſcilicet, quæ eſt ratio naturalis, l. 1. in prin. ff. de adquir. rer. dom. & §. Jus autem civile, verſ. Quod verò naturalis ratio, Inſt. de jur. natural. gent. & civil.*

10 *Joan. Coraſ. lib. 6. miſcell. cap. 22. & Anton. Faber. libr. 8. conjecturar. capit. 5. diſtinguunt has locutiones;* Obligari naturaliter, & natura ſive jure naturali obligari, *exiſtimantes, pupillum naturaliter obligari, at non obligari jure naurali. Cùm priori loco ſolùm factum demonſtretur, non jus naturale, vel gentium. Sed hanc vitioſam eſſe diſtinctionem, vel ex eo convincitur, quod in locutione illa poſteriori,*

*quæ*

Digitized by Google

*quæ eſt in d. l. pupillus 59. ff. de oblig. & actionib. adjectum reperitur verbum* obligari, *quod non ſolùm factum, ſed inſuper etiam jus demonſtat, ſiquidem omnis obligatio ſit juris vinculum civilis vel naturalis. Quocirca qui naturaliter obligari dicitur, is dicitur quoque obligari jure naturali. Ac videmus in jure noſtro promiſcuè poni hæc;* Obligari naturaliter, & obligari natura, ſive jure naturali, *& qui naturaliter obligari dicitur, is etiam aſtringi dicitur natura, ſive obligatione jure naturali ſubſiſtente, ac producente effectus naturalis obligationis omnes. ut arguit text. in l. naturaliter 13. junct. l. ſeq. & l. ſi quod. 64. ff. de condict. indeb. l. Servi. 14. ff. de obligat. & actionibus. l. Heres. 21. §. Servo. ff. de fidejuſſ. l. 1. in fin. ff. de novat. & l. 1. §. ſi quis ita, verſ. Sed nec naturaliter, ff. de verbor. oblig. & §. 1. verſ. Adeò quidem, Inſtit. de fidejuſſor.*

*Donellus verò ad l. ſi pupillus, 127. numer. 11. verſ. Quid ergò jam dicemus, ff. de verb. oblig.* 11 *VVeſenbec. ad dict. §. pupillus, num. 2. Inſtit. de inutilib. ſtipulat. & Obrechtus diſputat. de patrocinio pupillorum, theſ. 545. & ſeqq. exiſtimant, pupillum ſine tutoris autoritate contrahentem, cùm locupletior factus non eſt, obligari naturaliter, & non obligari naturaliter, ſed reſpectu diverſo. Ratione ſuæ perſonæ pupillum ne quidem naturaliter obligari, cùm in ipſius*

*perſona obligatio ſine effectu exiſtat, d.l. Quod pupillus. 41. ff. de condict. indebit. & dict. l. pupillus. 59. ff. de obligation. & act. Idqúe pupilli perſonæ tribui ſingulariter, ne ei ullo modo obligatio noceat, l. interdum. 29. ff. de condict. indebit.*

*Reſpectu verò rei, de qua agitur, obligari pupillum naturaliter ex ſuo contractu per d. l. 1. in pr. ff. de novat. l. cum illud. 25. §. 1. ff. Quando dies leg. ced. & l. Stichum. 95. §. aditio. ff. de ſolutionib. Eſſe enim in re obligationem ex pupilli conſenſu naturalem.*

*Cæterùm neq; hanc diſtinctionem admittendam reor. tum quia obligatio omnis eſt perſonæ, non rei, l. 1. §. ſed aut, ibi. quisque obligatur. l. 2. in fin. ibi, alter alteri obligatur, l. 3. in princip. ibi, alium nobis obſtringit, l. Actionum. 25. in princip. verſ. In perſonam, ff. de obligation. & act. §. 1. ibi, quo neceſſitate adſtringimur, Inſtit. de obligat. & §. omnium, verſ. Namq; agit, Inſtit. de actionib. Vnde actio ex obligatione in perſonam actio dicitur, dict. §. omnium, verſ. Namq; agit, Inſt. dict. tit. l. Actionum. 25. in pr. & l. Actio in perſonam, 28. ff. de oblig. & act. Pignoribus quidem & hypothecis ipſa quoq; res obligari dicitur, l. Solutum. 11. §. per liberam, ibi, pignoris obligatio, l. Nec enim, 23. ibi, ex re obligata, l. ſiquis, 36. §. 1. ibi, rem alii obligatam mihi obligavit, ff. de pignor. act. l. 6. ibi, generali obli-*

*obligatione rerum, Item ibi, ea obligaturum, l. ſi debitor, ibi, res ſuas pignori obligaverit, Item ibi, obligatæ eſſent, l. 13. in pr. ibi, grege pignori obligato, & l. 15. §. Qui res, ibi, res ſuas obligaverint, & alii ſecundò obligant. Item ibi, res ſit obligata, ff. de pignorib. & hypoth. Sed in aliis contractibus, idem juris eſſe nuſquam legimus: tum etiam quia conradictoria ſunt*; pupillum naturaliter obligari, & pupillum non obligari naturaliter, *ut horum alterum duntaxat verum eſſe poſſit, non utrumq; ſecundùm Logicos. Neq; excuſantur hujus compoſitionis autores, cùm ajunt, diverſo reſpectu dici pupillum naturaliter obligari, & non obligari naturaliter. Nam ſatis eſt ipſum naturaliter eſſe obligatum, quocunq; etiam reſpectu dicatur obligatus. Et ſi obligatus eſt hic pupillus, certè ejus quoq; perſona obligata rectè dicitur, cùm omnis obligatio ſit perſonæ. Et licet iſthæc pupilli obligatio ſine effectu ſit, ſi ejus perſonam ſpectes: attamen non eſt omninò ſine effectu, cùm ad eam fidejuſſoria obligatio, quàm ſuſtinet, accedere poſſit, ut ſuprà oſtendi.*

*Jacobus Cujac. ad dict. leg. ſi pupillus. 127. ff. de verb. oblig. & eum ſecuti plures alii ſentiunt diſſidium illud ita componi debere, ut ſi non fiat locupletior pupillus, non obligetur naturaliter, dict. l. Quod pupillus. 41. ff. de condict. indeb. & dict. l. pupillus. 59. ff. de obligat. & act.* 12

*Sin*

Digitized by Google

*Sin verò locupletior fiat, naturaliter obligetur, per leg. Naturaliter. 13. §. ult. junct. l. ſeq. ff. de condict. indeb.*

*Sed quominùs & hanc probare poſſim conciliandi rationem, movet me, quod Papinianus JCtus naturaliter obligari oſtendit pupillum ſine tutore contrahentem, licet non fiat ex contractu locupletior, l. cum illud. 25. §. 1. ff. Quando dies legat. & l. Stichum. 95. §. aditio, ff. de ſolutionibus. Cuiac. quidem & nonnulli alii exiſtimant priori loco pro NEC legendum eſſe ET, vt textus intelligatur loqui de pupillo qui locupletior factus eſt, verùm errore ducuntur. Nam agit ibi Papinianus JCtus de caſu, quo debitum ex mutuo ipſi pupillo ſine authoritate tutoris dato creditor petere non potuit à pupillo. Id quod proprium eſt naturalis debiti, vt quod obligatione tantùm naturali continetur, l. Stichum. 95. §. naturalis, & l. 5. §. Imp. Antoninus, ff. de ſolut. junct. l. jurisgentium. 7. §. Quinimò, ff. de pact.*

*Quando autem pupillus ex contractu factus eſt locupletior, tunc ex conſtitutione D. Pii exigi ab eo debitum jure poteſt actione ejuſdem contractus utili, l. pupillus. 5. in princ. verſ. ſed & cum ſolus, ff. de author. tutor. l. 3. in princ. ff. commodati. l. 3. §. pupillus ſanè, ff. de neg. geſt. Vnde hoc caſu obligatur pupillus non tantùm naturaliter, ſed & civiliter. Proindequé vulgata*

gata lectio retinenda in dict. leg. cum illud. 25. §. 1. ff. Quando dies legator. ced. & locus ille accipiendus de pupillo naturaliter tantùm obligato, quamvis locupletior factus non ſit.

Cùm ergò prædictis modis nodus ille rectè ſolvi non poſſit quærenda nobis eſt alia concordandi ratio. Bartolus in leg. 1. numer. 7. ff. de novat. & ibidem Bald. numer. 2. verſ. In gloſſ. finali, diſtinguunt inter pupillum infantiæ proximum, & eum pupillum, qui proximus eſt pubertati. Hunc naturaliter obligari volunt ex contractu ſine tutoris authoritate geſto, etiamſi locupletior factus non ſit: Illum verò ne quidem naturaliter obligari contendunt. Atque hanc diſtinctionem in componendo illo diſſidio amplecti & ego nullus dubito, & de pupillo infantiæ proximo interpretor. dict. l. Quod pupillus. 41. ff. de condict. indebiti, & dict. l. pupillus. 59. ff. de obligationibus & actionibus. Cùm enim hic pupillus intellectum habere dicatur nullum, & furioſo comparetur, §. pupillus, verſ. Sed quod diximus, Inſtitut. de inutilibus ſtipulat. mirum non eſt, quod ſuo ex contractu ſine tutore, quem geſſit, non obligetur, ne naturaliter quidem. Et quia benignior juris interpretatio efficit, contra communes juris regulas, quod pupillus infantiæ proximus, abſque tutoris authoritate, contrahendo ſibi adquirere 13

obli-

*obligationem poteſt, ut ſcribit Juſtinianus Imperator in dict. §. pupillus, verſ. ſed in proximis infantiæ, Inſtit. dict. tit. conjectura inde haud levis ducitur, quòd pupillus infantiæ proximus ſine tutore contrahendo ne quidem naturaliter obligetur.*

*Confirmat eandem hanc ſententiam, quod pro regula habetur, (ut inſcripti arguit) pronunciatum dict. l. Pupillus. 59. ff. de obligation. & act. hoc nimirum; Pupillus mutuam pecuniam accipiendo, ne quidem jure naturali obligatur. Cùm enim pupillus infantiæ proximus intellectum habere dicatur nullum, non immeritò generalis de eo traditur regula, quod contrahens ſine tutore ne quidem naturaliter obligetur, quippe cùm in contractibus intellectus & conſenſus contrahentis deſideretur, l. 1. §. conventionis. ff. de pact. Quod ſi verò locupletior factus probetur hic pupillus, naturaliter eum obligatum non injuria dicimus, cùm natura æquum ſit, neminem cum detrimentò alterius fieri locupletiorem, l. Naturaliter. 13. § ultim. junct. l. ſeq. ff. de condict. indebit.*

*Quod attinet pupillum pubertati proximum, cùm hîc intellectum habeat, dict. §. pupillus, verſ. ſed quod diximus, Inſtit. de inutilib. ſtipulat. §. In ſumma, Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc. l. excipiuntur, 14. in fin. ff. de Senatuſconſ. Silan.*

*& doli capax dicatur, l.4. §.de dolo autem. 26.ff. de doli mali & metus exceptione, l. Pupillum. 111.ff.de reg.jur. & l.3. §. 1.ff. de ſepulchro violato: ad contrahendum ineptus neutiquam putari debet. Proindeqúe ſi abſque tutoris autoritate contrahat, naturaliter obligari haud injuria dicetur, etiamſi locupletior factus non ſit. Et de hoc pupillo exaudiendos reor textus omnes, qui pupillum ſine tutore contrahentem naturaliter obligari volunt, licet ille locupletior factus non ſit, dict. l. cum illud. 25.§. 1.ff. quando dies legator.ced. & d.l. Stichum. 95.§. aditio. 2. verſ. non enim, ff. de ſolut. l. ſi ejus. 64. in pr. ff. ad Senatuſconſ. Trebell. l. Si pupillus. 21. in pr. ff. ad leg. Falc. d. l. ult. in pr. ff. de jurejur. De hujuſmodi pupillo ſentit idem Donell. in d.l. Si pupillus. 127. ff. de V.O. & lib.12. Comment. c.22. pag. 84. in princ.*

*Quod ſi pupillus pubertati proximus dicatur locupletior factus ex negotio, quod ſine tutoris autoritate geſſit, tunc naturaliter quidem obligatus eſt ex ſententia Vlpiani Juriſconſulti in dict. l. Pupillus. 5. in princ. verſ. Naturaliter tamen, ff. de authoritate & conſenſu tutor. Sed illa obligatio non tantùm eſt naturalis, ſed & civilis ex conſtitutione ſcilicet D. Pii, qua contra hunc pupillũ actio tribuitur ei, qui cum ipſo contraxit, dict. l. 5. in princip. verſ. Nam in pupillum, ff. d. t. l. 3. in pr. ff. commodati. l. 3. §. pupillus ſanè,*

Digitized by Google

*ſanè, ff. de negot. geſt. quas leges omnes non niſi de pupillo pubertati proximo, intelligere poſſumus, cùm pupillus non factus locupletior ſaltem naturaliter obligetur, vt antea oſtendi.*

14 *Quis autem pupillus infantiæ proximus ſit, quis item proximus ſit pubertati, diſcrepantes legimus Interpretum opiniones, quas collegit Jacob. Menoch. lib. 2. de arbitr. jud. cent. 1. caſu. 57. num. 20. & ſeqq. Vbi ſex diverſas opiniones ordinè recenſet. Verior autem mihi videtur opinio Accurſii, Bartoli, & aliorum, quos etiam Donellus ſequitur in dict. leg. Pupillus. 127. num. 10. ff. de verborum obligat. qui ſcribunt, totum illud tempus, quod infantiam, id eſt, ſeptem priorum annorum ætatem uſque ad pubertatem ſequitur, dividendum eſſe in duas æquales partes, vt qui conſiſtat intra priorem, hic ſit infantiæ proximus; qui hanc egreſſus, conſiſtat intra poſteriorem, is incipiat verè dici proximus pubertati, cui indubitanter propior ſit quàm infantiæ. Atq; hanc opinionem juvat & illud quod impubes infante maior, vel infantiæ proximus eſt, vel eſt proximus pubertati, nec medii gradus pupilli jura noſtra ullo loco meminerunt.*

15 *Etſi verò pupillus inveſtituram facere novam prohibeatur, attamen ſi parens ipſius prædia quædam in vaſallo novo promiſerit, rectè pupillus de feudo illo, etiam ſine iudi-*

*iudicis decreto, eundem Vaſallum inveſtire poteſt, per l. ſi prædium, 3. C. quando decreto opus non eſt, l. 1. §. 1. l. magis puto 5. §. ſi pater ſtipulanti, 6. & l. ult. ff. de reb. eorum, qui ſub tutela vel cur. ſunt, non alienand. Grammaticus conſil. 10. nu. 1. 2. & 3. in civilib. & Menoch. conſil. 561. Confirmatur eadem hæc ſententia hoc etiam argumento, quod minor de veteri feudo inveſtire ſucceſſorem feudi poteſt, d. t. 3. in princ. lib. 2. feud.*

*Et tantùm de pupillo; Eſt quoque primi conſectarii exemplum in* pubere minore, *qui ſimiliter novam facere inveſtituram vetatur, d. Tit. 3. in princ. lib. eod. feud. Quo loco per minorem ſignificatur non tantùm impubes 14. annis minor, qui in feudorum jure etiam minor appellatur, tit. 26. §. Si minori, junct. §. ſeq. & tit. 55. §. Præterea, ſi quis lib. 2. feudor. Sed & pubes 25. annis minor, quippe cum omnis inveſtituram facere novam prohibeatur, qui rerum ſuarum adminiſtrationem non habet, dict. tit. 3. in princ. verſ. Novi verò, lib. eod. feud.* 16

*Sed vocari in quæſtionem hoc loco poteſt, an pronunciatum hoc de eo tantùm minore accipi debeat, qui curatorē habet, vel etiam de eo, qui non habet curatorem, cum pubes minor curatorem invitus accipere præterquam in litem, non teneatur, §. Idem inviti, Inſtit. de curat? De habente curatorem certò affirmandum, quod ab eo ſine curatore inveſtitura nova haud fieri poſ-* 17



Digitized by Google

*poſſit, ſiquidem bonorum ſuorum adminiſtrationem nõ habeat, ut quæ curatori eius cõmiſſa eſt, l. Sancimus 25. C. de adminiſtrat. tutor. l. inter bonorum 48. ff. de adminiſt. & peric. tutor. vel curat. & contractus non ſit ſervandus, quem minor curatorem habens ſine eius inivit conſenſu, l. 3. in princ. C. de in integr. reſtitut. minor.*

18 *Ceterùm obſtare videtur text. in l. Puberes 101. ff. de verb. oblig. ubi Modeſt. Iuriſcon. puberes, ait, ſine curatoribus ſuis poſſunt ex ſtipulatu obligari. Quod axioma alii aliter interpretantur, & cum d. l. 3. C. de in integr. reſt. conciliare ſtudent.*

19 *Veteres communiter accipiunt d. l. puberes 101. ff. de verb. oblig. de puberibus, qui non habent curatores. Idem ſentit Donel. ad d. l. puberes, 101. nu. 6. & 7. ff. d. t. ubi ſcribit, puberes obligari poſſe ſine curatoribus ſuis, id eſt, iis, quos propter ætatem jure habere poſſunt, & debent. Sed hũc ſenſum reſpuit pronomen* Suis, *quod arguit, Iuriſconſultum loqui de puberibus, qui habent ſuos curatores, quippe cum puberum curatores non rectè dicantur illi, qui ipſis puberibus dati non ſunt; neq; obligari ſine curatorib. ſuis rectè dicantur illi, qui curatores non habent, cum pronomen illud* Suis *ſit poſſeſſivæ ſignificationis, & præſupponat aliquem puberem, qui ut ita loquar, poſſidet, id eſt, habet curatorem.*

20 *Cuiac. ad d. l. puberes, & lib. 19. obſerv. c. 33. & eum*

eum ſecuti Ioan. Borcholt in comment. in tit. de jureiurand. c.3.n.29. & ſeqq. & Andr. Fach. lib. 3. controverſ. jur. c.9. diſtinguunt inter obligationem puberis, & alienationem rerum à pubere abſq; curatore factam. De obligatione puberum interpretantur d. l. puberum, ſed de rerum alienatione exaudiendum putant textum in d. l.3. C. de reſtit. minor. Rationem adfert Cuiac. hanc, quod curatore commiſſa ſit rerũ adminiſtratio, ut proinde earum alienandarũ poteſtatem pubes minor habeat nullam. Verùm hanc conciliandi rationẽ non patiuntur verba textus in d. l.3. C. d. t. quippe cum Imperatores eo loco diſertis oſtendãt verbis, ipſum contractum ſervare non oportere, quẽ minor ſine curatore, quem habet, inivit. Et quod Imperatores loquantur de ipſo quoque contractu puberis minoris convincitur ex ratione ibidem ſubiecta, quæ hæc eſt, quod pubes minor 25. annis ſimilis ſit prodigo, cui bonis interdictum eſt. Prodigum autem hunc nõ obligari ex contractu certum, l. Is cui, 6. ibi, vel promittendo obligari, ff. de verb. oblig. & l. Furioſi 40. ff. de reg. jur. junct. l. 1. §. conventionis, ff. de pact.

Nihil ſuffragatur Cuiacio quod cura non eſt perſonæ, ſed rerũ l.3. in pr. ff. de tutelis, l. Orphanotrophos 32. in princ. C. de Epiſcop. & Cleric. l. 1. C. Quãdo ex facto tutor. & curatoris minores agere vel conveniri poſſunt, & l. cum ex oratione, 44. §. At ſi. ff. de excuſ. Non. n. cura eſt perſonæ, 21

*ſi tuitionem & defenſionem perſonæ ſpectes. Cùm hæc potiſſimùm ſit perſonæ pupilli, ſicuti arguit definitio tutelæ in l. 1. in princ. ff. de tutel. & §. 1. Inſtit. d. t. Eſt tamen cura etiam perſonæ, ſi perſonæ obligationem ſpectes cum perſona obligetur, non res, niſi pignori detur, ut ſupra oſtendi. Et quia obligatio concernit quoq; res ipſas, ſiquidem obligatus qui eſt, rem aliquam dare, vel tradere, aut factum præſtare teneatur, ut arguit definitio obligationis in §. 1. ibi, alicuius rei ſolvendæ, Inſtitut. de obligat. curatoris certè officium verſatur etiam circa puberis obligationem.*

*Ad cætera Cuiacii argumenta reſpondet Ioan. Gœddæus in l. Princeps 21. n. 10. & ſeqq. ff. de verb. ſignificationib.*

22 *Diſpiciamus ulterius quid alii ſentiant de iſthac antinomia. Non deſunt qui arbitrantur, Modeſtin. Iuriſconſ. in d. l. puberes, loqui de puberis obligatione tantùm naturali, non civili, & ad actionem efficaci. Verùm huic opinioni repu-*
23 *gnat, quod verbum* † obligari *in dubio de civili obligatione accipiendum ſit, cum ſemper in caſu dubio, verbum aliquod in ſignificatione potiori accipiatur, argumento l. Quæritur, 10. ff. de ſtatu homin. & quoties Iuriſculti ſignificare volunt naturalem obligationem, id nominatim exprimunt, l. ſervi 14 ff. de oblig. & act. l. 1. in fin. ff. de novat. l. Naturaliter, 13. ff. de condict. indeb.*

24 *Ioan. Robert. lib. 1. animadverſ. cap. 12. ſcribit, poſſe*

*poſſe minorem ex ſtipulatu obligari, ſed iis tantùm caſibus, quibus conditionem ſuam facit meliorem. Sed neq; hunc admitto conciliandi modum: tum quia Modeſtin. Iuriſconſultus generaliter nulla adhibita eiuſmodi diſtinctione, loquitur in d. l. puberes: tum etiam quia pupillus obligatur ſine tutore ſuo efficaciter, ſi meliorem ex contractu fecerit conditionem ſuam, ut oſtendi ſupra, proindeq; fruſtra de pubere quæreretur, cùm tamen dubitandum non ſit, quin Modeſtin. Iuriſconſultus ambiguũ putaverit, obligaretur pubes ex ſtipulatu ſine curatore ſuo, necné.*

*Ioan. Gœddæ. in d. l. Princeps, 21. nu. 18. ff. de* 25
*verb. ſignif. dupliciter reſpondet ad d. l. puberes, 101. ff. de verb. oblig. Primò vitioſam ineſſe latinam ex græco tranſlationem in ea Modeſtini lege, & pronomen reciprocum* ſuis *poſitum pro demonſtrativo.*

*Verùm licet Modeſtini leges quædam græcè ſcriptæ ſint, attamen certum non eſt, quod hanc quoque legem græco ediderit ſermone, qui poſtea ab interprete quodam latinè ſit redditus. Vbi enim in pandectis leges ipſius propoſitæ ſunt ex græco redditæ latino ſermone, ibi, græca oratio latinè adponitur, ut teſtantur l. 1. ff. de confirmand. tut. l. 21. 22. ff. de tutor. & curator. datis ab his, l. 2. ff. Qui petant tutor. l. 1. l. 2. l. 4. l. 6. l. 8. l. 10. l. 12. l. 13. 14. & 15. ff. de excuſat. & l. 104. ff. de verb. ſign. Vnde evincitur, omnes alias Mo-*

*deſtini leges, quæ innumeræ in Pandectarum libris extant, non græco, ſed latino ſermone primitus ab ipſo proditas eſſe.*

*Neq; etiã admitto, quod ait Dominus Gœdd.* *pronomen* Suis *in d. l. puberes, eſſe reciprocum. Aio ex ſententia Grammaticorũ poſſeſſivum eſſe pronomen, eoq; ſignificare Iuriſconſultum curatores, quos ipſi puberes revera, & ipſo actu habent, & quaſi poſſident.*

*Non video quoque eum deſideret Dn. Gœdd. in d. l. puberes, pronomen demonſtrativum, pro dicto pronomine* Suis, *quale demonſtrativũ pronomen intelligat. Si demonſtrativum* iſtis *putat, certè ex eo orationem legis illius non modo horridam & inſulſam efficit, ſed & planè obſcuram reddit, ut quæ citra ſubauditionem ſenſum integrũ minimè continet. Hac quippe oratione;* Puberes ſine curatoribus iſtis poſſunt ex ſtipulatu obligari, *qui curatores ſignificentur obviũ non eſt, niſi demonſtrativo* iſtis *demonſtrentur curatores, qui nondum dati ſunt operibus, quod commodè fieri nequit, ſiquidem curator ſit nomẽ relativum, cuius correlativum eſt in perſona, cuius revera curator eſt, & relativum, ac correlativum eodem tempore ſecundũ Logicos ſimul ſint natura.*

*Altera Domin. Gœddæi reſponſio illa eſt, qua exiſtimat, ex antiquis Codicibus commate ſeiungenda eſſe verba dictæ l. puberes, & poſt*



Digitized by Google

*vocem* curatoribus, *ſubdiſtinctionis ſive commatis, ut Grammatici vocant, ponendum eſſe ſignum, ac in dictione* ſuis, *à nomine* curatoribus *commate ſeiuncta, ſubaudiendam dictionem* creditoribus, *ut hic ſit legis illius ſenſus; Puberes ſine curatoribus, id eſt, non habentes curatores ſuis creditoribus ex ſtipulatu obligari poſſunt.*

*Verùm neque hæc reſponſio ferenda mihi videtur, ut quæ non ſolùm Florentinis Pandectis adverſatur, quæ ea in lege interpunctionem agnoſcunt nullam; ſed & creditores puberum fingit, & præſupponit, antequam ex ſtipulatu ipſi puberum fiunt debitores, cum tamen creditores, & debitores ut relativum & correlativum ſint natura ſimul: & Modeſtinus Iuriſconſultus agat ea in lege de ſtipulatione, qua nunc primum puberes fiunt debitores. Ineptam eſſe hanc legis illius interpretationem, evincitur quoque ex eo, quod duplicem deſiderat ſubauditionem, eamquè ſatis duram; unam in voce* curatoribus, *ubi ſubaudiendum*, quos habere ſolent puberes, non autem ipſo actu habent: *alteram in voce* ſuis, *ubi ſubaudiendum*, creditoribus, *cum tamen veriſimile non ſit, Modeſtinum Iuriſconſultum prudentiſſimum tot ſubauditionibus obnoxiam voluiſſe relinquere eam legem ſuam.*

26 *Videamus autem, quo alio modo cõponi queat commodius diſſidium, quod inter d. l. 3. C. de in integr. reſtitut. minor. & d. l. puberes, ff. de verb. oblig. apparere videtur. Diſtinguendum hîc puto inter ſtipulationem & quemlibet alium contractum, ac puberem etiam ſine curatoris ſui, quem habet, conſenſu ex ſtipulatu obligari, cum Modeſtino Iuriſconſulto affirmo, at non obligari puberem ex quovis alio contractu abſq; curatoris ſui conſenſu cum Dioclet. & Maxim. Impp. ſta-*
27 *tuo. † Differentiæ rationem in eo poſitam dico, quod ſtipulatio contractus eſt omnium firmiſſimus, cum ſtipulum à quo ſtipulatio, apud veteres firmum appellabatur, §. 1. Inſtit. de verb. oblig. & ſtipulatio ad hoc ſit inventa, ut alios contractus & conventiones omnes firmet, quemadmodum oſtendit Paul. Iuriſconſultus lib. 5. ſent. Tit. 7. de oblig. in princ. Obligationum, ait, firmandarum gratia ſtipulationes inductæ ſunt, & appellatæ, quod per eas firmitas obligationum conſtringitur, ſtipulum enim veteres firmum appellaverunt.*

*Hanc de puberis ſtipulatione ſine curatoris conſenſu facta ſententiam noſtrã confirmat quoque inſcriptio d. l. puberis, quæ arguit legem illam pertinere ad præſcriptionem, quam puberes ex ſtipulatu obligati opponere poſſunt his, quibus ſtipulantibus quid promiſerunt. Eſt enim lex illa Modeſtin. Iuriſconſulti ex lib. 4.*

*de*

*de præſcriptionibus, ut inſcriptio teſtatur. Præſcriptio autem Modeſtino idem eſt, quod exceptio, l. Modeſtinus 10. ff. de except. Et aliàs etiam in jure noſtro præſcriptio exceptionem ſignificat, l. judicatæ, 29. ff. de except. rei jud. l. ſi debitor, 91. ff. de ſolut. Cùm ergò puberes adverſus eos, quibus ſtipulantibus quid promiſerunt, exceptione tueri ſe poſſunt, evincitur inde, quod ipſo jure ex ſtipulatu obligentur puberes ſine curatoribus ſuis. Eſt enim exceptio obligationis & actionis competentis excluſio, l. 2. in pr. & §. 1. l. 5. §. 2. ff. de exceptionib. §. 1. Inſt. d. t. Sed † obſtare videtur huic noſtræ interpretationi, quod lex Lætoria, à Cæſare & Antonino reſtaurata, capite ſecundo, minorem 25. annis ſtipulari, id eſt, interrogatum, vel interrogatam reſpondere vetuit, ut Suetonius lib. 4. Prætorum ſcripſit. Verùm quod Lætoria lege conſtitutum erat, ne liceret à minore 25. annis ſtipulari, non eò pertineat, ut ea ſtipulatio ipſo jure eſſet nulla, nec ex ea minor obligaretur, ſed ſi minor ſtipulanti promitteret auxilium reſtitutionis in integrum, ei daretur, ut caput 3. legis Lætoriæ arguit. Erant enim legis illius capita tria. Primò cavebatur, ut minoribus. prodigis, furioſis curatores darentur. Altero, ne quis à minore 25. annis ſtipularetur. Tertiò ut minor læſus reſtitueretur, Valentin. Forſter. in hiſtoria juris de legibus Cæſaris, & Antonini & Alciat. libr. 6. parerg. cap. 16.* 28

29 *Eſt † quidem ipſo jure nullum, quod ſit lege prohibente, l. Non dubium 5. C. de legibus. Sed eatenus eſt nullum, quatenus eadem lege nominatim expreſſum non eſt, quod juris remedium contra legis tranſgreſſionem competere debeat, ut in ſimili ad eam legem reſpondet Donel. in Auth. Non licet, & Auth. ex cauſa, nu. 5. circa finem, C. de liberis præteritis, ubi, quoties, ait, lex ſimpliciter aliquid vetat fieri, nec ullam pœnam nominatim adiicit, tunc eam pœnam intelligimus, ut quod factum eſt, infectum ſit. At cum lex aliquid vetat, & ſi id factum ſit, nominatim pœnam conſtituit, tunc id quod factum eſt, valet aliquo modo, ſed poſtea reſcinditur. Adverſus legis ſententiam manifeſtam facere non debemus, ſed ea erit pœna, quam lex voluit. Proinde quod factum eſt valebit, ut lex vult; ſed ita reſcindetur, ut lex nominatim jubet. Hæc Donellus. Cùm ergò legis Lætoriæ cap. 2. cautum ſit, ne quiſquam à minore ſtipuletur, addet autem cap. 3. ut minor læſus reſtituatur, nullam aliam contra ſtipulatorem fingere debemus pœnam, quam quod ſtipulationis illius effectus per reſtitutionem in integrum irritus redditur. Sed reſtituitur in integrum minor, ſi in re deceptus ſit abſque dolo ſtipulatoris, l. Exceptiones, 7. in fin. ff. de exceptionibus. Si vero ſtipulatoris dolo ſit circumſcriptus, ſubvenitur quoque ipſa data præſcriptione, id eſt, exceptione ut docet Cuiacius*

*libr.*

*lib. 19. obſervat. cap. 29. in fin. & cap. 34. & arguit inſcriptio dict. leg. Puberes 101. ff. de verborum oblig.*

*Etſi verò pubes minor 25. annis ex ſtipulatu jure civili obligetur, licet ſine curatore ſuo ſtipulanti quid promiſerit non etiam ex alio contractu ut oſtendi: attamen feudum novum ſi promiſerit de eo ſtipulatorẽ inveſtire non tenetur, propter generalem juris feudorum textum in d. tit. 3. in princip. verſ. Novi verò libr. ſecund. feudor.*

*Quod attinet puberem, qui non habet curatorem (ut jure civili Juſtinianeo eum accipere invitus non cogitur, præterquam in litem, §. Item inviti, Inſtit. de curatorib. licet de conſuetudine ſecus videatur, ut & Carolina conſtitutione in Receſſibus Imperii, de anno 1548. Tit.* Von der Pupillen/ vnd Minderjärigen Kinder Tutorn vnd Vormünder/ §. So wöllen wir *) quamvis hic obligetur non ſolùm ex ſtipulatu, ſed & quovis alio contractu, ut diſertè oſtendit textus in d. l, 3. verſ. ſi verò ſine curatore, C. de in integr. reſtit. minor. inveſtire tamen de novo feudo poteſt neminem. Placita enim feudorum generaliter deſiderant, ut legitimè ſuorum bonorum adminiſtrationem habeat, qui de novo feudo aliquem inveſtire intendit, dict. titul. 3. in princip. verſ. Novi verò, lib. 2. feudor. Sed pubes minor 25. annis, licet ſine curatore: quem, ut dixi, accipere*



Digitized by Google

pere invitus non tenetur, adminiſtret bona ſua;
ea tamen adminiſtratio non eſt omninò legiti-
ma,ut evincitur ex l. 1. in fin. ff. de minoribus,
ubi Paulus Juriſconſultus. Nec ante, ait, rei ſuæ
adminiſtratio eis committi debebit,quamvis be-
30 nè rem ſuam gerentibus. Eodem † confert, &
illud, quod minor 25. annis tunc demum legiti-
mè res ſuas adminiſtrare dicitur, cùm veniam
ætatis, id eſt, jus legitimæ ætatis, & rerum ſua-
rum adminiſtrationem impetravit; eaq́; impe-
tratâ, in integrum reſtitutionis auxilium ut mi-
nor implorare amplius nequit, l. 1. & tot. tit. C. de
his, qui veniam ætatis impetraverunt. Et quia
feudum qui conferunt plerunq; Reges ſunt, Prin-
cipes, Comites, Barones, tit. 1. §. 1. & tit. 14. lib. 1.
feud. Hi autem curatores uſque ad legitimam
ætatem accipere teneantur etiam inviti, ut poſt
alios docet Ioan. Schneidevvin. ad tit. Inſtit. de
curatoribus in princ. num. 10. de feudo certè no-
vo inveſtire quempiam nequeunt. Accedit huc
& illud, quòd feudum cõſtitui ut plurimùm ſolet
in prædiis, tit. 1. §. ultim. lib. 2. feud. minor au-
tem, etiamſi veniam ætatis impetraverit, præ-
dia ſua alienare, aut obligare ſine decreto non
poteſt, l. pen. C. de his. qui veniam ætatis impetr.

31 Quid ſi minor 25. annis inveſtiens aliquem
de feudo novo, juraverit, ſe irrevocabiliter ſer-
vaturum factam inveſtituram, nunquid, jura-
mento illo non obſtante, pœnitentia ductus revo-
care

*care feudum poteſt? Negatæ opinioni fundamentum videtur poſitum in Auth. Sacramenta puberum, C. ſi adverſus venditionem, ubi Fridericus Imp. Sacramenta, ait, puberum, ſuper contractibus rerum ſuarum non retractandis, inviolabiliter cuſtodiantur. Jure quoque Canonico expreſsè cautum legimus, quod omne juramentum ſervandum ſit, quod ſine diſpendio ſalutis æternæ ſervari poteſt, c. quamvis, tit. de pactis, in 6.*

*Sed his nihil motus argumentis dicendum reor, integrum eſſe minori conceſſum revocare feudum. Inveſtitura enim de novo facta feudo, cum ſit contra legis prohibitionem, proindeq́ue nulla, juramento firmari non poteſt, l. Non dubium 5. in fin. C. de legib. & l. Juriſgentium 7. §. & generaliter, verſ. Nec jusjurandum, ff. de pactis.*

*Non obſtat textus in Auth. Sacramenta puberum, C. ſi adverſus venditionem. Loquitur enim de contractibus juramento vallatis, qui ipſo jure ſubſiſtunt, ut arguunt verba,* contractibus non retractandis, *& ſentit Donell. lib. 21. commentar. cap. 13. hic verò agimus de contractu inveſtituræ, qui ipſo jure nullus eſt, ſiquidem à minore 25. annis contra legis feudalis prohibitionem celebratus ſit. Quod autem nullum eſt, firmari juramento nequit, cum non entis nullæ ſint qualitates, nulla acceſſio.* 32

*Nihil*

*Nihil quoq; refragatur, quod ex dict. c. quamvis, de pactis, in 6. dictum fuit, ſervandum eſſe jusjurandum, quod, ſine diſpēdio ſalutis ſervari poteſt. Juramentum enim contra bonos mores, honeſtatem, & æquitatem præſtitum, obligatorium non eſt, de reg. jur. cum juramentum iniquitatis vinculum eſſe non debeat, can. Inter cætera, 22. quæſt. 4. & can. Quanto, extr. de jurejurand. Sed juramentum puberis 25. annis minoris, inveſtituræ feudi novi additum, eſt contra bonos mores, honeſtatem æquitatem, ſiquidem ſit contra ipſam feudorum expreſſam legem, quæ ſervari debuit, cum magiſtratus legis conditor, eiusqúe jura ſint Dei ordinatio, teſte Paulo Rom. 13.*

*Eſt præterea primi conſectarii exemplum, in*
33 *prodigo: Huic enim bonis interdictum eſt, ut neque de illis teſtari, neque contrahendo obligari poſſit, l. Is cui lege, 18. ff. qui teſtam. fac. poſſunt, l. Is cui, 6. ff. de verb. oblig. & l. 3. C. de integr. reſtitut. minor. Proindeqúe nec inveſtiri aliquem de feudo novo, d. Tit. 3. in princip. verſ. Novi verò, lib. 2. feud. Eſt autem prodigus, qui neque tempus, neque finem expenſarum habet, ſed bona ſua dilacerando & diſsipando profundit, l. 1. in princ. ff. de curatorib. furioſ. & aliis extr. minor dand. Conſtantinus Imp. libidinum omnium, vitiorumqúe ſervum definit, in l. ult. §. 2. C. de ſententiam paſſ. & reſtitut. Gaius verò*

Juriſ-

*Juriſconſultus everſorem appellat. libr. 1. Inſtit. Tit. ultim.*

*Cùm ergo prodigalitas quoddam animi vitium ſit, d. l. ult. §. 2. C. de ſentent. paſſ. & Can. Sæpè, diſtinct. 41. cum inſanos habere mores dicatur prodigus, d. l. 1. in princip. ibi, vel ille ſanos mores receperit. ff. de curatoribus furioſio, & quodammodo etiam ſuæ famæ prodigus fiat, c. ult. ibi, nec ſolummodo rerum, verùm etiam famæ ſuæ prodigus, extr. de accuſationibus & inter infames numeretur à quibuſdam, Tyb. Decian. Tract. criminali lib. 3. cap. 11. nu. 5. certè prodigalitas abſque indiciis præſumi non debet.*

*Indicia autem, quæ prodigalitatem arguunt,* 34
*hæc ſunt, ſi quis luxurioſus ſit, & nimis pretioſis veſtibus, aliisq́; rebus utatur, ac pecuniæ plus, quam res ſua patitur, in luſus cottidiannos vertat. Natta conſil. 341. num. 7. libr. 2. Maſcard. de probat. volum. 3. concl. 1234. nu. 7. 8. & 9. ut & ſi quem viginti quinque annis maiorem pater ſuus in teſtamento prodigum vero conſilio dixerit, ac curatorem ei dederit, per l penult. in fin. ff. de curatoribus furioſo, & aliis extr. minor dand. Alciat. Tractat. de præſumpt. Reg. 1. præſumpt. 15.*

*Probatur quoque prodigalitas per teſtes, qui deponunt, quod quis bona ſua ludendo, donando, vilibus pretiis ſine juſta cauſa alienando profundat. Bertrandus conſil. 222. numer. 3. libr. 3.*

*confert*

Digitized by Google

*confert Alexand. conſil. 72. num 9. volum. 1. & Bald. in l. ubi adhuc num. 50. C. de jur. dot. & in Auth. Quod locum, in fin. C. de collationibus.*

35 *Non deſunt, qui prodigalitatem ex eo quoque probari volunt, ſi maior viginti quinque annis ſibi curatorem dari petat, Riminaldus conſil. 531. num. 5. lib. 3. quem ſequitur Maſcard. de probat. dict. concluſ. 1234. num. 6. Verùm hanc opinionem à veritate prorſus alienam reor: tùm quia non ſolùm prodigis curator datur, ſed & aliis 25. annis maioribus, ut ſunt ſurdi, muti, cæci, fatui, debiles, & alii plures, qui perpetuum ob morbum, quo laborant, ipſimet, res ſuas adminiſtrare nequeunt, §. ſed & mente captis, Inſtit. de curator. & dict. leg. 2. ff. de curatoribus furioſo, & aliis extra minor. dand. tum etiam præſumi quis non poteſt, quod ultrò & ſponte animi ſui vitia, & pravos mores detegere velit: tum poſtremò, quod in dubio ſemper id præſumi debet, quod benignius eſt, & minus odioſum, l. ſemper in dubiis, & l. ſemper in obſcuris, ff. de regulis juris.*

36 *Sed dubia eſt ac ſpinoſa quæſtio, num prodigo ipſa lege bonis interdictum ſit. An verò interdictio iſthæc à magiſtratu fieri debeat, ita ut ante interdictionem à magiſtratu factam, & ſe obligare prodigus poſſit? Ipſa lege interdici prodigo bonis arguit textus in l. Is cui lege, 18. in princ. ff. Qui teſtament. facere poſſ. & l. Mutuum 5. §. 1 ff.*

*de ad-*

*de adquir. vel amitt. hered. Et ſentit ita contra alios Donell. ad l. Is cui bonis, 6. nu.6. & ſeqq. ff. de verb. oblig. Sed hodie à ſolo magiſtratu hanc fieri interdictonem evinci poſſe videtur ex l. 1. in princ. verſ. ſed ſolent hodie Prætores, ff. de curatorib. furioſo, & aliis extra minor. dand. & §. ſed ſolent Romæ, Inſtit. de curatoribus. Atque ita communiter volunt Dd. quibus ſubſcribit Iaſ. Cuiacius, Duaren. & alii, ad d. l. Is cui, 6. ff. de verborum oblig. Sichard. ad Rubr. Cod. qui teſtament. fac. poſſ. VVeſenbec. ad dict. §. ſed ſolent, Inſtit. de curat. & Ioan. Borcholt in Comment. in Tit. ff. de verbor. oblig. cap. 3. Qui poſſint ſtipulari. Item Everhard. Bronchorſt, cent. 1. ἐναντιοφ. aſſert. 34. Qui omnes exiſtimant, olim quidem lege 12. tab. prodigis interdictum fuiſſe bonorum adminiſtratione, verum abrogata ea lege, bonorum interdictionem prodigis hodie fieri à ſolo magiſtratu per d. l. 1. in prin. verſ. Sed ſolent hodie, ff. de curatoribus furioſo, & d. §. Sed ſolent, Inſtit. de curator. At veriorem judico Donelli ſententiam exiſtimantis, non eſſe abolitam legem 12. tab. ſed eius autoritate hodie etiam prodigis ipſo jure bonis interdictum eſſe. Vlpianus enim Iuriſconſultus in d. l. 1. in princ. ff. de curatoribus furioſ. lege, ait, duodecim tabularum prodigo interdicitur bonorum ſuorum adminiſtratio. Notandum quod utitur Juriſconſultus verbo præſentis temporis,* interdicitur.

*Sic idem Iuriſconſultus in d. l. Mutum 5. §. 1. ff. de adquir. vel omitt. hered. præſentis temporis verbum uſurpans.* Eum ait, cui lege bonis interdicitur. *Quod ſi in prodigo abrogata eſſet lex 12. tab. uteretur Iuriſconſultus verbo præteriti imperfecti temporis,* interdicebatur, *argumento textus in Tit. Inſtit. de Attilian. tutore, in pr. Tit. de lege Falcid. in princ. Tit. de Senatuſconſulto Tertyll. Cùm ergò hodie etiam lege prodigis interdicatur bonis, interdictio illa ineptè fieri dicatur à ſolo magiſtratu. A lege enim cùm quid fieri aut dari dicitur, ſine facto & opera hominis id fieri aut dari jura ſignificant, l. legitimos 5. in prin. ff. de legitimis tutorib. Vbi idem Iuriſconſultus Vlp. legitimos, ait, tutores nemo dat, ſed lex 12. tabul. fecit tutores. Sic quando lex agnatum vocat curatorem furioſi, nō deſiderat, ut ei à magiſtratu curator detur, ſed tunc demum magiſtratus furioſo curatorem conſtituit, quando furioſus agnatos non habet, aut habet quidem ſed adminiſtrationi haud idoneos, l. ult. §. Sin autem teſtamentum, C. de curatore furioſi, vel prodigi. Quo loco, quod de furioſi curatore dicitur, exaudiendum quoque de prodigi curatore, per text. in l. Sæpè 13. ff. de curatorib. furioſo, & c. Sic legitima hereditas ea dicitur, quæ ſola lege abſque diſpoſitione hominis ultima defertur, §. 1. Inſtitut. de hered. quæ ab inteſtat. defer. l. capitis 11. ff. de ſuis, & legit. Non ſolùm autem lex 12. tabul.*

*tabul. bonis interdicit prodigo, ſed etiam ei ſimul curatores conſtituit agnatos ipſius, verba enim legis hæc ſunt:* Si furioſus exiſtat, aut prodigus, agnatorum gentiliumque in eo, pecuniâque eius poteſtas eſto, *Cornificius lib.1. ad Heren. vel ut Pardulphus Pratteius in veteri jurisprudentia oſtendit, hæc legis 12. tab. verba ſunt;* Prodigo bonis interdictum eſto, isq; in curatione agnatorum eſto. *Vnde evincitur, quod legis 12. tab. de prodigo duæ ſint partes, una de bonorum interdictione, altera de curatoribus prodigo dandis. Priorem autem partem adhuc ſalvam. Poſteriorem verò correctam eſſe putat Donellus in d.l. Is cui bonis, 6.n.10. ff. de verbor. oblig. per textum in d.l.1. in princ. verſ. ſed ſolent hodie, ff. de curatoribus furioſo.*

*Sed ut errant Dd. qui opinantur, prodigo non amplius ipſa lege ſed hodie à ſolo magiſtratu bonis interdici, ita & Donellus hallucinatur, cùm exiſtimat, non amplius ex l. 12. tabul. pertinere curationem prodigi ad agnatos, ſed hodie à magiſtratu prodigo curatores conſtitui. Hanc enim opinionem falſam arguit textus expreſſus in dicta lege ſæpe 13. ff. de curatoribus furioſ. Vbi Gaius Iuriſconſultus, ſæpe, ait, ad alium è lege 12. tabular. curatio furioſi aut prodigi pertinet; alii Prætor adminiſtrationem dat, ſcilicet cum ille legitimus inhabilis ad eam rem videatur. Qua ex lege interpretandus eſt Vlp. Iuriſconſ.* 37

*in d. l. 1. in princ. verſ. ſed ſolent hodie, ff. eod. tit. quando ſcribit, hodie Prætores vel Præſides ſolere prodigo curatorem dare, ſcilicet quando prodigi agnatus, ut curator eius legitimus, non eſt idoneus, & habilis ad adminiſtrationem bonorum prodigi. Eodem quoque ſenſu exaudiri debet Iuſtinian. Imp. in d. §. ſed ſolent, Inſtit. de curat. Similiter nullo exiſtente prodigi agnato, aut cognato, Magiſtratus ei de curatoribus proſpicit. Cùm enim in locum agnati inhabilis ſufficere curatorem Magiſtratus poſſit; multò magis id poſſe debebit omninò deficiente agnato, vel cognato, ne ſine curatore prodigus relinquatur, argum. d. l. ult. §. Sin autem teſtamentum, C. de curatore furioſi vel prodigi.*

38 *Probata igitur ipſa lege 12. tab. interdici prodigo bonis, eiq; agnatos eâdem lege curatores dari etiam hodie, diſpiciendum, quo ſenſu accipiendæ ſint leges, quæ per Prætorem hanc fieri interdictionem teſtantur, ut eſt l. Julianus 10. ibi,* quibus per Prætorem bonis interdictum eſt, *& l. pen. §. his conſequens, ibi,* Prætor ei bonis interdicturus eſſet, *ff. de curatoribus furioſo.*

*Didacus de Segura Hiſpanus Juriſconſultus, in Tract. de lucris mariti & uxoris, num. 170. & ſeq. ſcribit. Prodigo ipſa lege interdici adminiſtratione bonorum alienorum. Propriorum autem bonorū adminiſtratione interdici ei à Prætore. Sed huic diſtinctioni adverſatur textus in*

*dict.*

*dict.leg.Is cui lege, 18.in princ.ff.Qui teſt.facer. poſſ.quo loco dicitur, quòd prodigus, cui lege bonis interdictum eſt, teſtamẽtum facere nequeat. Condit autem aliquis teſtamentum de rebus propriis. Vnde ſequitur, quod & propriis bonis ipſa lege interdictum ſit prodigo.*

*Gloſſ. poſt alios in d.l. Is cui, 18. in verb. Is cui, ff. Qui teſtam. fac. poſſ. & Donell. ad dict. leg. Is cui, 6. num. 10. & 11. ff. de verbor. oblig. diſtinguunt inter notoriè prodigum, & eum, de quo dubitatur, an revera prodigus ſit; Illi ipſo jure bonis interdictum aiunt, huic per Prætorem bonis interdici volunt, ſi probetur prodigus. Hanc diſtinctionem firmat text. in l. ſi quis, 8. ff. pro emptore, ubi Juriſconſultus Julianus ſcribit, non uſucapere eum, qui à luxurioſo rem emit, & protinus ſcorto pecuniam daturo. Loquitur ergò de eo, cuius luxurioſa & libidinoſa vita emptori eſt nota, & oſtendit, hanc ob cauſam nullum eſſe emptionis contractum, proindeq; rem emptam non uſucapi ab eo emptore. Eadem diſtinctio comprobatur quoq; ſtatu Wirttembergico,* Landrecht *part. 2. Tit.* Von vnnützen Haußhaltern/ *pag. 249. v.* Wann einer/ꝛc. *his verbis;* Wann einer ein kündtlicher offenbarer Geuder oder Verſchwender ſeiner Hab vnd Güter iſt / ſo er dann mit einem andern ein Contract / vnnd Handlung trifft / vnnd eingehet / darinn ein offenbare Verſchwendung ſcheinbarlich geſehen

würdt/derſelbig Contract iſt vnbündig/ nichtig vnd Krafftloß/ **Ob gleich ſolchem Geuder die Verwaltung ſeiner Güter durch ein Erkandtnus noch nicht benommen/**
39 **oder abgeſtreckt.** *Eandem † diſtinctionem confirmat & illud, quod notorium vim ſententiæ habet, l. ex empto. 11. §. emptorem. ff. de act. empt. & vendit. Cùm enim notorium dicatur, quod omnibus eius loci, ubi contingit, hominibus; vel ſaltem maiori parti conſtat, neq; ulla ratione tegitur, Mynſing. cent. 6. obſerv. 4. n. 7. Maſcard. de probat. vol. 2. concl. 1105. n. 4. fruſtrà certè expectatur judicialis declaratoria ſententia in his, quorum declaratio hunc ſolum in finem deſideratur, ut omnibus innoteſcant.*

40 *Non obſtat, quod aiunt Dd. judicis cognitionẽ, & declarationem requiri in multis, quæ ipſo jure amiſſa dicuntur, ut in feudis ob feloniam amiſſis. Zaſ. in epitom. feud. part. 10. nu. 72. & ſeq. Iſthæc enim Dd. opinio à juris veritate prorſus aliena eſt, ut de feudis oſtendi aliquot argumentis ſub claſſe 4. diſp. mearum, diſp. 17. ad theſin 137. Propria quidem & privata vi abſq; Iudicis autoritate, repetere à Vaſallo non poteſt dominus feudum ipſo jure amiſſum, arg. l. lex vectigali 31. ibi. Et propterea pronunciatũ eſſet, ff. de pig. & hyp. l. 3. C. d. t. l. extat. 13. ff. Quod metus cauſa, & l. ſi quis in tantã 7. C. unde vi, verùm quod ipſo jure amiſ-*

*ſum*

*ſum eſt feudum; non eget, quo ad ipſam amiſſionem, judiciali declaratione, cum ſint contraria, ipſo jure quid amiſſum eſſe, & inſuper ad ipsā amiſſionem deſiderari judicis factum, argumento l. legitimos 5 in prin. ff. de legitimis tutorib.*

*Nihil quoq; me movet, quod Bald. ad d. l. Is cui lege, 18. ff. de teſtam. & Iaſon ad d. l. Is cui bonis, 6. ff. de verb. oblig. & hos ſecutus Anton. Gomez. Tomo I. Commentar. cap. 14. num. 31. pro communi opinione affirmant, notorium & ſententiam æquiparari tantum quò ad facti liquidationem, non etiam quò ad juris effectum. Diſtinguendum etenim eſt, inter notorium tantùm facti, & notorium juris diſpoſitionis. Maſcard. de probat. volum. 2. concluſ. 1105. num. 2. & concluſ. ſeq. num. ultim. De notorio facti admitto eam Baldi, Iaſonis, & Gomezii ſententiam, non etiam in notorio juris diſpoſitionis, ut quando notorium eſt, jure certò quid eſſe diſpoſitum, tunc enim notorium vim ſententiæ obtinere judico, verbi gratia: Ex juris diſpoſitione eſt notorium, quod pupilli ipſo jure tutores habeant agnatos ſuos, Inſtit. de legitim. agnat. tutela, in princip. Hoc autem juris diſpoſitionis notorium æquiparatur, etiam quo ad juris effectum, ipſi Iudicis ſive magiſtratus decreto, quo tutor pupillo conſtituitur, non habenti teſtamentarium vel legitimum tutorem, quippe cū agnatus ipſa lege adeò efficaciter pupillo detur tutor, ut Iu-* 41

*dicis id eſt magiſtratus factum inſuper ad hanc tutoris conſtitutionem non deſideretur, d. l. legitimos, 5. in pr. ff. de legitimis tutorib. Sed jure diſpoſitum eſt, prodigum eſſe eum, qui neq; tempus, neq; finem expenſarum habet, ſed bona ſua dilacerando, & diſſipando profundit, d. l. 1. in pr. ff. de curatorib. furioſo. Quapropter cùm talis homo aliquis reperitur, ipſo jure is prodigus eſt, nec deſideratur; ut ſententiâ magiſtratus declaretur prodigus, cum ipſa lege talis declaretur.*

42 *Ultra gloſſæ, & Donelli judicium de noſtra hac legum diſcrepantia, & illud non ineptè dici poteſt, connexa eſſe in jure noſtro, interdicere prodigo bonorum adminiſtratione, & eidem dare curatorem, ut ex conceptis verbis legis 12. tab. ſupra adductis ſatis ſuperq; evincitur, quibus iſthæc duo ſimul agnatis tribuuntur, poteſtas ſcilicet in prodigum ipſum, & poteſtas in pecuniam, ſive bona eius, quod & arguit textus in dict. l. 1. in princ. ff. de curatorib. furioſo. Sed fit aliquando, ut prodigus non habeat agnatos, aut non idoneos & habiles ad curationem agnatos, quo caſu non ex lege 12. tab. ſed à Prætore ei datur curator, d. l. ſæpè, 13. ff. dict. tit. Cùm ergò connexa ſint, ut dixi, dare prodigo curatorem, & eidem bonis interdicere; Prætoris officium eſt eo caſu, quo prodigus agnatos non habet, aut habet quidem, ſed ad curationem inhabiles, ut ei non modò curatorem alium det, ſed & bonis nominatim interdi-*

*terdicat, ut de hoc caſu exaudiendæ ſint d.l. Iulianus 10. in princ. l. Et mulieri, 15. in princ. & d. l. pen. §. His conſequens, verſ. ſed utrum, ff. de curat. furioſo, &c. Formula autem interdictionis, qua olim prodigo bonis Prætor interdicebat, hæc erat;* Quando tua bona paterna, avitaque nequitiâ tuâ diſperdis, liberoſque tuos ad egeſtatem perducis, ob eam rem tibi ea re commercioque interdico.

*Cæterùm non eſt à propoſito noſtro aliena & hæc quæſtio ſitne valida interdictio bonorum, & curatoris datio à Prætore facta alicui, ut prodigo, cum tamen prodigus non ſit? Dd. communiter affirmant, quos refert, & ſequitur Gomez. Tomo 2. commentar. cap. 14. num. 31. in fin. hoc argumento, quod ſemper præſumatur pro ſententia, & decreto, l. Herennius, 63. §. 1. ff. de evictionibus. Sed hæc opinio vix eſt ut ſuſtineri poſſit, eò, quod ipſo jure deſinit eſſe in poteſtate curatorum, qui cum prodigus eſſet ſanos mores recepit, d. l. 1. in fin. principii. ff. de curatorib. furioſo, unde ſequitur, quod planè nulla ſit interdictio, & curatoris datio facta alicui ut prodigo, qui tamen prodigus non eſt.* 43

*Neque obſtat quod præſumi dicitur pro ſententia decreto Iudicis. Nam & præſumitur pro eo, donec conſtet de contrario. Eo aperto ceſſat illa præſumptio.*

*Eſt præterea primi conſectarii noſtri exem-* 44

*plum in filiofamil. reſpectu adventitii peculii. Profectitium peculium cum ſit ipſa proprietate & uſufructu ſolius patris, §. Igitur liberi, verſ. Sancitum etenim, Inſtit. per quas perſonas cuique adquiritur, d. l. Cùm oportet, 6. C. de bonis, quæ liberis; prohibetur hac ratione filiusfamil. novam de eo facere inveſtituram, ſiquidem rei in feudum datio ſit alienatio l. ult. ibi, ſed etiam uſusfructus dationem, C. de reb. alienis, non alienand. junct. text. Tit. 23. in fin. lib. 2. feud. Alienatio autem rei alienæ ſit illicita, l. 1. C. de commun. rer. alien. & Tot. tit. C. de rebus alienis, non alienand. Et licet quandoq; concedatur filiofam. libera adminiſtratio huius peculii; attamen in feudum novum dare illud prohibetur, cum rem in novum dare feudum, ſit donare eius uſumfructum, Tit. 23. §. ult. li. 2. feud. & Tit. 27. in fin. pr lib. 1 feud. Donare autem non poſſit hoc peculium filiusf. etiamſi liberam eius adminiſtr. habeat, l. filiusfam. 7. ff de donat.*

45 *Quod attinet peculium adventitium, de eo ſimiliter filiusfam. in feudum novum inveſtire aliquem non poteſt. Cùm enim eius alienandi poteſtatem habeat nullam, etiamſi proprietatis dominus ſit, l. ult. §. filiis autem fam. C. de bonis, quæ liberis; nec in feudum illud dare poterit, per text. in dict. tit. 3. in princ. verſ. Qui enim qualibet, lib. 2. feud.*

46 *Quid ſi huius peculii uſusfructus ad patrem non pertineat, ſed commodo filiif. ille cedat, nun-*

*quid*

*quid hoc caſu novam inveſtituram facere poteſt filiusfam. Sic quidem aliquib. videtur, per text. in l. cum multa, 7. C. d. t. & text. in Nov. 117. c. 1. §. 1. Priori loco Iuſtinianus Imp. expreſſè diſponit, ut in hoc peculio filiifam. ad ſimilitudinem caſtrenſis peculii omnem habeat facultatem. Loco poſteriori idem Imper. tribuit filiisfam. de hoc peculio jus diſponendi quo modo velint.*

*Verùm licet non levis ſint momenti hæc argumenta affirmantis ſententiæ. Reor tamen integrum non eſſe filiofam. novam de hoc peculio facere inveſtituram, eò quod nec teſtamentum de illo condere poteſt, per text. in l. pen. §. ultim. C. Qui teſtam. facere poſſ. Vigil. in §. 1. nu. 16. Inſt. Quibus non eſt permiſſ. facer. teſtamen. Cuiac. in d. Novel. 117. cap. 1. Franciſc. Balduin. in Iuſtiniano ſuo pagin. 136. & Donellus libr. 6. commentar. cap. 5. quamvis Ioannes Vaudus diſſentiat lib. 1. variar. quæſt. quæſt. 1. Quia autem filiusfam. de hoc peculio teſtamentum facere non poteſt, conſequens inde eſt, quod nec alienare illud inter vivos poſſit, cum liberior teſtandi eſſe debeat, quam inter vivos diſponendi facultas, Inſtit. de lege Fuſia can. tollend. & quando maior ratio eſt in ultima voluntate, quam in actib. inter vivos, l. obligationum 44. §. 1. verſ. placet. ff. de oblig. & act. Everhard. in Topicis legalib. in loco à contractib. ad ult. volunt. & contra nu. 2.*

*Nihil obſtat text. in d. l. cum multa, 7. C. de bonis,* 47

Digitized by Google

*nis, quæ lib. Huius enim legis verba hæc:* Omnem facultatem habeant, *exaudienda exiſtimo de pleno jure, quod in hoc peculio filiifam. habent, ut illo etiam uti frui poſſint, non etiam de facultate alienandi illud. cum expeditum ſit, quod teſtari de hoc peculio nequeunt filiifam.*

*Similiter nihil movere debem⁹ textu in dict. Novel. 117. cap. 1. verſio enim vulgata, quæ habet,* quo volunt modo diſponere, *vitioſa eſt, cum græcus textus ibi habeat,* διοικεῖν, *id eſt, adminiſtrare. Aliud eſt autem adminiſtrare bona; aliud donando alienare ea, ſervus adminiſtrare poteſt peculium ſuum; at donando alienare illud nequit, l. contra 28. §. ult. ff. de pact. Filius quoque fam. peculium ſuum profectitium adminiſtrare poteſt, donando alienare non poteſt, d. l. filiusfam. 7. ff. de donat. Procurator item omnium bonorum adminiſtrandi facultatem habet, donandi non habet, l pactum 22. C. de pactis, & l. Mandato 60. ff. de procurator. ubi pro* decidendi *legendum videtur* deminuendi, *ut ſentit poſt Cuiac. Ioan. Borcholt. in comment. de pactis cap. 4. nu. 22.*

48 *Sed quærere poſſet aliquis hoc loco, quæ ſit ratio, cur filiusfam. prohibeatur teſtari de peculio hoc adventitio, cuius & proprietatem & uſumfructum habet, cur item peculium idem vivo patre alienare nequeat, proindeq; nec de eo novam facere inveſtituram? Cum tamen quiſque ſuæ*

*ſuæ rei moderator ac arbiter ſit, l. In re mandata, 21. C. mandati.*

*Ad hanc quæſtionem reſpondendum; quod liberi in poteſtate conſtituti olim hoc peculium parentibus ſuis pleno jure adquiſierint, jure ſcilicet proprietatis, & uſusfructus jure, ut proinde filiifam. illud neque inter vivos, neque ultima voluntate alienare potuerint. Cùm nemo alienam rem licitè alienare queat. Iuſtiniani verò conſtitutione huius peculii proprietas filiisfam. ſit data, patri verò uſusfructus duntaxat ſit relictus. §. Igitur liberi veſtri, Inſtit. Per quas perſonas cuiq; adquiritur, & l. cum oportet, 6. C. de bonis, quæ liber. Etſi verò proprietatem huius peculii habuerint filiifam. eius tamen alienandi poteſtas permiſſa ipſis non fuit, ſed expreſſè adempta eiuſdem Imp. Iuſtiniani conſtitutione in d. fam. l. ult. §. uſum autem, 5. verſ. filiis autem C. d. t. Vnde hæc conſtitutio adhuc valida cenſeri debet, etiam in peculio adventitio, quod & proprietatis, & uſusfructus jure ad filiumfam. pertinet, cum nominatim abrogata non ſit per novas leges, quibus plenum jus filiisfam. in quodam adventitio peculio conceditur, ut eſt l. pen. C. d. t. dict. Novel. 117. cap. 1. Novel. 118. cap. 2. & Novell. 134. cap. 11. Quicquid enim nova lege ſpecialiter non eſt expreſſum, id veterum legum, conſtitutionumqúe regulis relictum putari debet, l. Præcipimus 32. §. ult. C. de appellat.*

*lat & c. 1. in fin. Tit. de conſtit. in 6. & d. Novel. 117. cap. 1. in fin. Quocirca exiſtimare quis non debet, quod Iuſtinianus Imper. ſaltem tacitè voluerit hiſce novis legibus derogare omnino ſuæ priori conſtitutioni, quæ eſt in d. l. ult. §. Ipſum autem, 5. verſ. Filiis autem fam. C. de bonis, quæ liber. Ne ſcilicet nimium videatur voluiſſe tribuere & indulgere filiisfam. contra conſtitutiones veteres, ut ſentit etiam Franciſc. Balduin. in Iuſtiniano ſuo, pag. 135. Et in tantùm novæ leges, correctoriæ quæ ſunt, ſtrictè accipi debent, ut tacitè extendi non poſſint, ne quidem ad propriam naturam eius, in quo correctæ dicuntur. Exempli gratia, Adulterium, antiquitus capitale non erat, ut arguit l. Miles 11. in princ. ff. ad leg. Iul. de adulter. l. ſi quis viduam, 5. ff. de quæſtionib. & l. Claudius, 13. ff. de his, quæ ut indig. Proindeq; nec tranſactio de eo fuit licita, cum de illis tantùm criminibus licitum ſit tranſigere, quæ capitalia ſunt, id eſt, quæ ſanguinis pœnam continent, non etiam de aliis, quorum pœna capitalis non eſt, l. Tranſigere, 18. C. de tranſactionib. Poſtea autem novis legibus factum eſt adulterium capitale, l. Quamvis, 30. §. ult. C. ad leg. Iul. de adulter. Novel. 134. cap. 10. & §. Item lex Iulia, Inſtit. de public. Iudic. Ordin. criminal. Caroli V. artic. 12.*

*Etſi verò propria ſit natura criminum capitalium, quod, ut dixi, de iis tranſigere li-*

*ceat;*

*ceat; de adulterio tamen, quod, ut prius memini, hodiè capitale eſt, nemini tranſigere permittitur, l. Tranſigere, 18. C. de tranſact. Sic licet propria ſit natura bonorum propriorum, maximè ſi pleno jure ſint propria, quod alienare poſſumus ea d. l. In re mandata, 21. C. Mandati; attamen iſthæc natura peculio adventitio tributa non eſt, quamvis id pleno jure ex novis legibus quandoque proprium omnino poſſideat filiusfam. ſiquidem jure veteri huius peculii alienandi poteſtas adempta ſit filiofam. nec jure illo novo ipſi eadem poteſtas nominatim ſit permiſſa. Vnde periurium fuerit, hanc alienandi poteſtatem in hoc etiam peculio conceſſam eſſe filiofam. velle affirmare, Novell. 18. cap. 5. in princ. l. Ab ea, 5. in princip. ff. de probat. & l. Item meritò, 19. ibi, Eo quod nulla conſtitutio ſuper huiuſmodi collatione poſita eſſet, C. de collationib.*

*De furioſis & mente captis, in quibus etiam* 49
*primi conſectarii exemplum rectè ponitur, nihil attinet hîc prolixè diſſerere, quippe cum propter intellectus inopiam & mentis cæcitatem conſentire, aut ullum negotium contrahere nequeant, l. 5. & l. furioſi, 40. ff. de reg. jur. proindeq; in poteſtate curatorum ſint, per quos eorum adminiſtrantur bona, §. Furioſi quoque, & §. Sed & mente capti, Inſtitut. de curatoribus. Si tamen remiſſionem furoris quis habeat,*

tem-

*tempore dilucidi intervalli, cum cætera gerere poſſit negotia, novam quoque facere inveſtituram neutiquam prohiberi debet, l. Cùm aliis 6. Cod. de Curatore furioſi, & §. 1. Inſtit. Quibus non eſt permiſſum facer. teſtam.*

*Quodſi dubium fuerit, an actus tempore furoris durantis, vel intermiſſi factus fuerit, poſterius præſumi potius debet, modò tamen actus moræ ſapientis dicatur factus, per l. his qui 12. §. ult. verſ. Etſi mentis ſuæ, ff. de tutorib. & curatorib. datis ab his, qui jus dandi habent, Mynſing. cent. 2. obſer. 41.*

50 *Exempla primi conſectarii regulæ, in exordio huius tertii capitis propoſitæ, hactenus varia adduximus; Succedunt modò ſecundi conſectarii regulæ eiuſdem exempla de his, qui quidem legitimam habent adminiſtrationem ſed earundem*
51 *domini non ſunt. † Et primò conſectarium hoc excipit procuratores rerum alienarum. Hi in duplici ſunt differentia: aut enim ſimpliciter eis adminiſtratio rerum commiſſa eſt, l. Nam &, 12. ff. de pact. & l. Procurator 63. ff. de procuratoribus: aut eis conceſſa eſt adminiſtratio rerum libera, l. Procurator, 58. ibi, libera adminiſtratio. ff. de procuratorib. c. qui ad agendum, in fin. ibi, adminiſtratio liberè ſit conceſſa, Tit. de procuratoririb. in 6. Quam diſtinctionem reiicit quidem Donel. lib. 4. cõment. cap. 15. & Duaren. ad l. 1. §. per procuratorem, ff. de adquir.*

*vel*

*vel amitt poſſ. & Cuiacius in commentar. in lib. 32. Paul. ad edict. pag. 132. fac. 1. Sed imprudenter, ut evincitur ex l. contra jus, 28. §. ult. ff. de pact. d. l. Filiusfam. 7. in princ. ff. de donationib. & l. Si liberam, 10. C. Quod cum eo, qui aliena poteſtat.*

*Prioris generis procuratores, prohibere dicimus novam facere inveſtituram de rebus, quarũ adminiſtrationem ſuſceperunt. Cùm enim procurator fines mandati excedere non poſſit, l. 5. & l. Poteſt, 41. l. ſi quis, 46. ff. mandati l. Procuratorem. 11. & l. ſeq. C. d. t. §. Is qui, & §. Mandatum ſuſceptum, Inſtit. de mandato; eiusq́; ſit adminiſtrare, non alienare res alienas ſuæ curæ commiſſas, l. 1. §. 1. ff. de offic. procur. Cæſar. d. l. Procurator totorum, 63 ff. de procuratoribus, & pugnant inter ſe adminiſtrare, & alienare, l. Filiusfam. 7. ff. de donat. & amplius non adminiſtretur res, quæ alienata eſt; certè nec in feudum eas dare poteſt, cum rerum in feudum datio ſit quædam alienatio, l. ult. ibi, ſed etiam uſusfructus dationem, Item ibi, Nec emphyteuſeos contractum, C. de reb. alienis non alienand. junct. text. Tit. 23. §. ult. ibi, uſusfructus verò illius, lib. 2. feud. & quidem alienatio, quæ dominationem continet, dict. Tit. 23. §. ult. ibi, beneficium, item ibi; ex benevolentia, & Titul. 27. in princ. verſ. feudum enim, libr. 1. feud.*

*Nihil decerpit huic concluſioni text. in d. l.*



Digitized by Google

*Nam & nocere, 12. ff. de pactis, ubi dicitur, quod omnium rerum procurator paciſcendo nocere domino poſſit. Nam aliud eſt paciſci, aliud item alienare: Nudis pactis rerum dominia non transferuntur, ſed traditionibus & uſucapionib. l. traditionibus 20. C. d. t. de pact.*

*Neque obſtat quicquam, quod ubique in jure noſtro comparantur procurator, cui ſpecialiter quid mandatum eſt, & procurator univerſorum bonorum, ſeu rerum omnium, l. Iuſiurandum quod 17. §. ultim. ff. de jureiur. l. Solutum. 11. §. ultim. junct. l vel univerſorum, 12. ff. de pignorat. act. & d. d. Nam & nocere, 12. ff. de pact. Comparantur enim, at non promiſcuè, & ſine ullo diſcrimine. Quod enim attinet d. l. Iusiurandum 17 §. ult. ff. de jureiur. exaudiri ea debet, non de hoc procuratore, ſed eo tantum, cui omnium bonorum libera adminiſtratio commiſſa eſt, ut gl. Coſtal. & alii ibidem docent, tum etiam Cuiac. in comment. in lib. 18. Pauli ad edict. pag. 235. & ſeq. & patet ex textu in c. Qui ad agendum, in fin. Tit. de procuratoibus in 6. de quo procuratore poſt dicemus. In d. l. vel univerſorum 12. ff. de pignorati. act. procuratori omnium rerum ſimpliciter conſtituto, accipienti mutuas pecunias permittitur pignoris datio, quæ & ipſa eſt alienatio, d. l. ultim. C. de rebus alien. non alienand. ſed permittitur non perpetuò, & omni caſu, ſed tunc, quando ipſemet*

*met dominus, qui eum procuratorem conſtituit, ſub pignoribus mutuas accipere pecunias ſolitus fuit, in d. l. Nam & nocere, 12. ff. de pact. comparantur ſpecialis procurator, & procurator omnium rerum, non in rerum alienatione, ſed in pactionibus tantùm, quæ ab alienationibus differunt, ut antea oſtendi ex d. l. traditionibus, C. d. t. de pact.*

*De poſterioris generis procuratoribus, quibus libera omnium rerum adminiſtratio commiſſa eſt, pugnantes ſunt Dd. opiniones, utrum hi alienandi poteſtatem habeant, nec ne? Pleriq́ue Veteres & Neoterici volunt, alienandi poteſtatem his competere, Accurſ. & eum ſequuti interpretes alii in d. l. procurator totorum 63. ff. de procurat. Petrus Coſtal. in d. l. Procurator cui 58. ff. d. t. & in d. l. Iuſiurandum quod, 17. §. Procurator, ff. de pignorat. act. Iul. Pac. cent. 2.* Εναντιοφανῶν, *quæſt. 47. & Everhardus Bronchorſt cent. 1.* Εναντιοφανῶν, *aſſert. 5. Atque horum opinio munita videtur autoritate Pauli, itemq́ue Gaii Iuriſconſultorum, Ille, procurator ait, cui generaliter libera adminiſtratio rerum commiſſa eſt, poteſt aliud pro alio permutare. Sed & id quoque ei mandari videtur, ut ſolvat creditoribus, l. Procurator cui, 58. & l. ſeq. ff. de procuratoribus. Hic verò, ſi cui, ait, libera ne-* 52



Digitized by Google

*gotiorum adminiſtratio ab eo, qui peregrè proficiſcitur, permiſſa fuerit, & is ex negotiis rem vendiderit, & tradiderit, facit eam accipientis, l. Qua ratione, 9. §. Nihil autem, 4. ff. de adquir. rer. dom. Ecce poteſt procurator hic ex ſententia horum juris autorum permutare, & ſolvere, poteſt item rem domini vendere, & venditam emptori tradere; quam ſententiam comprobat etiam Iuſtinianus Imp. in §. Nihil autem intereſt, verſ. qua ratione Inſtit. de rer. diviſ. Hi autem actus alienationis ſpecies ſunt, & dominii tranſlationem continent, l. ſtatu liberi, 29. §. 1. verſ. Quoniam lex, ff. de ſtatu liberis, & l. ult. C. de rebus alien. non alienand.*

*At Donellus dict. lib. 4. commentar. cap. 15. & Ioan. Vaudus lib. 1. variar. quæſt. cap. 47. tradunt, nec huic procuratori integrum eſſe, ſine ſpeciali mandato, res domini alienare, niſi fructus, aut aliæ res ſint, quæ facilè corrumpi poſſunt. Allegant in huius ſententiæ confirmationem text. in d. l. Procurator totorum, 63. ff. de procurator. Vbi Modeſtinus Iuriſconſultus, procurator, ait, totorum bonorum, cui res adminiſtrandæ mandatæ ſunt, res domini neque mobiles, neque immobiles, ſine ſpeciali mandato domini alienare poteſt, niſi fructus, aut alias res, quæ facilè corrumpi poſſunt. Addit Vaudus & hoc argumentum: Si vera eſſet communis ſententia, ſequeretur inde, quod poſſet procurator*

uno

*uno impetu omnes omnino res domini ſui diſtrahere, argument. l. Si ſervitus, 23. verſ. Et humanius eſt verbo generali, ff. de ſervitut. prædior. urban. & l. vlt. C. Quæ res pign. obligari poſſunt, vel non. & cogeretur dominus rebus ſuis fraudatus, omnem procuratoris alienationem, etiam invitus, ratam habere. quod eſſet iniurium, l. Si ego, 9. §. 1. verſ. Et cum ſequitur, ff. de jur. dot. & l. Si filiofam. 25. §. 1. in fin. ff. ſolut. matr.*

*Cæterùm Cuiac. in notis ad Inſtitutiones, dict. §. Nihil autem, verſ. Qua ratione, in verb.* Si cui libera, *Inſtit. de rer. diviſ. mediam tenet ſententiam, quæ hæc eſt, quod procurator omnium rerum, cui libera negotiorum adminiſtratio permiſſa eſt, ita demum alienare poſſit, ſi id exigat negotiorum adminiſtratio, quod ita intelligo, ſi ex uſu domini ſit, alienationem fieri, ſi id domino expediat, atq; ipſemet etiam dominus ex eadem cauſa alienaret.*

*Hanc ſententiam diſertè probat textus in d. l. Qua ratione 9. §. Nihil autem 4. ibi, Et is ex negotiis rem vendiderit, & tradiderit, ff. de adquir. rer. dom. & dict. §. Nihil autem, verſ. Qua ratione, ibi, Isq; ex his negotiis rem vendiderit, & tradiderit, Inſtit. de rer. diviſ. Quibus locis per negotia, ſignificatur adminiſtratio negotiorum neceſſaria & utilis domino, quippe cum hæc tantùm procuratori mandata intelli-*

*gatur, non quæ fraudi ſit domino, l. creditor, 6. §. Lucius, 4. verſ. Quæſitum eſt, ff. Mandati. Hinc quod dominus debet, procurator hic ſolvere poteſt, cum ipſemet dominus ad hoc teneatur, l. Sed & id, 59. ff. de procuratorib. l. Quodlibet 87. ff. de ſolutionibus, & l. Si procurator, 6. ff. de condict. indebiti. Poteſt quoque novare obligationem, l. Novare 20. §. 1. in fin. ff. de novat. ubi licet Paulus Iuriſconſultus ſimpliciter loquatur de procuratore omnium bonorum, intelligi tamen debet de eo procuratore, omnium bonorum, cui libera adminiſtratio conceſſa eſt, Cuiac. in lib. 72. Paul. ad edictum, pag. 165. col. 1. Atque hac Cuiacii media ſententia recepta, nulla eſt pugna inter textus & rationes, quæ primam communem, & alteram Donelli & Vaudi opinionem tueri videntur.*

*Etſi verò procurator omnium rerum, cui libera adminiſtratio permiſſa eſt, alienandi quoque poteſtatem habeat, ei tamen permiſſum non eſt, donare res domini, l. contra juris 28. §. ult. ff. de pactis, & l. filiusfam. 7. in princ. ff. de donat. Proindeq́; nec in feudum dare, & de iis novam inveſtituram facere, cum infeudum datio ſit quædam donatio, ut ſupra oſtendi. Atque ita ſentit quoque Schrader. Tractat. feud. part. 4. cap. 1. nu. 70. & 71.*

*Si tamen ad inveſtituram hanc ſpeciale mandatum habeat procurator, quicunque etiam*

*ſit, rectè per eum inveſtituram hanc fieri dubium eſt nullum, dict. tit. 3. §. Sed utrum ipſe lib. 2. feud.*

*Alterum conſectarii huius ſecundi exemplum dari poteſt in tutoribus. His enim legitima rerum pupillarium adminiſtratio incumbit, Tot. tit. ff. de adminiſtr. & peric. tutor. & tot. tit. C. de adminiſtrat. tutor.*

*Sed quæritur, poſſitne tutor de reb. pupilli novam facere inveſtituram, id eſt, pupilli prædia alicui in novum feudũ dare? Affirmanti ſentẽtiæ robur adferre videtur, tum quod loco domini eſt tutor, l. tutor, 27. ff. de adminiſtr. & peric. tutor. & l. Qui feudum 7. §. Tutor rem, 3. ff. pro empt. tum quod legitima alienandi poteſtas jure data eſt tutori, in tantum, ut rem à tutore legitimè diſtractam vindicare, & repetere pupillus non poſſit, l. cum plures, 12. §. 1. ff. de adminiſtr. & peric. tutor. tum etiam quod rei pupillaris in feudum datione, non modò non alienatur ipſius rei proprietas, ſed ea penes pupillum remanet, tit. 23. §. ult. lib. 2. feud. Verùm etiam conditio pupilli melior effici videtur, cum Vaſſallum adquirat, qui ei fidelis eſſe, ac conſilium & auxilium præſtare tenetur. tit. 5. tit. 6. verſ. ſed quia non ſufficit, & tit. 7. lib. 2. feudor.* 55

*Sed non obſtantib. hiſce argumẽtis, contraria ſententia verior exiſtimari debet in feudo, quod gratis ſine pretio confertur. Huius enim feudi*



Digitized by Google

conceſſio quædam eſt donatio, cum rei uſusfru-ctus ex quadam benevolentia in Vaſallum alienetur, Tit. 23. §. ult. lib. 2. feud. Sed alienatio rerum pupillarium, quæ fit donationis titulo, tutoribus omnino interdicta eſt, l. Non omni 16. C. de adminiſtr. tutor. l. tutor. 22. & l. Lucius Titius, 46 §. ult. ff. d. t. non ſolùm in proprietate, ſed & uſufructu rerum, l. 3. §. Si jus, 4. & §. Nec uſusfructus, ff. de reb. eor. qui ſub tutel. vel cura ſunt, etiamſi uſusfructus pretii ſit exigui, l. pen. ff. d. t. & integrum non eſt tutoribus, ullo modo patrimonium pupillorum gratis diminuere, d. l. Lucius Titius, 46. §. ultim. ff. de adminiſtr. & peric. tutor. & l. Pactum curatoris, 22. C. de pactis.

Nihil refragatur concluſioni huic prima contrariæ opinionis ratio. Quod enim tutor loco domini eſſe dicitur, non ad cuiuſque alienationis, ſed adminiſtrationis cauſam pertinet, quæ in tuendo, & augendo, non diminuendo patrimonio conſiſtit, d. l. Non omni, C. de adminiſtr. tutor.

Nec obſtat altera ratio ex d. l. cum plures, 12. §. 1. ff. de adminiſtrat. & pericul. tutor. deſumpta. Loquitur enim diſertè eo loco Paulus Iuriſconſultus de re pupilli à tutore legitimè diſtracta. Sed res quæ à tutore donatur etiam per feudi conceſſionem, non dicitur legitimè diſtrahi. d. l. Non omni, 16. Cod. de adminiſtr. tutor.

Deni-

*Denique negotium facit nullum ratio tertia. Nan tutor ne quidem uſumfructum rei pupillaris alienare poteſt, ut modò oſtendi. Et licet Vaſallus domino obligetur ad fidelitatem præſtandam, conſilium, & auxilium ferendum; id tamen non fit abſque diminutione patrimonii, concedentis domini, & quidem ea, quæ magnitudine redituum obligationem eiuſmodi longè vincit, cum feudum dicatur beneficium, & ex benevolentia proficiſcatur, dict. tit. 23. §. ultim. libr. 2. feud. & dict. Tit. 27. in prin. lib. 1. feud. Nec quiſquam adeò ſtultus ſit, ut pro feudalitiæ fidelitatis obligatione feudum accipiat pretii exigui, & plerunque feudorum reditus ſint magni, ut arguit text. in Tit. 6. §. pen. verſ. ſed ſi feudum fuerit magnum, lib. 1. feud. & Tit. 54. in fin. & Tit. 55. §. firmiter etiam ſtatuimus, ibi, vel dimidium reditus feudi unius anni, libr. 2. feud. Adhæc duplex capit incommodum ille, cuius res in feudum datur: Vnum continetur uſuſfructus amiſſione, dict. Tit. 23. §. ult. ibi, uſusfructus verò, lib. 2. feudor. alterum mutua obligatione ad fidelitatem Vaſallo præſtandam, Tit. 6. §. Dominus quoque, libr. eod. feud. cum tamen pupillus ita facilè obligari non debeat aliis, ut alii obligantur ipſi, §. 1. Inſtitut. de autoritat. tutor.*

*Vocari autem in quæſtionem hoc loco poteſt, num tutori integrum ſit, cũ cauſæ cognitione, &* 54

*decreto ſaltem magiſtratus, pupilli prædia in feudum dare? Zaſius affirmat in Epit. feud part. 5. nu. 41. eumq́ue ſequitur Ludolph. Schrader. Tr. feud. part. 4. cap. 1. nu. ult. Sed vix defendi hæc poteſt opinio, eò quod cum cauſæ cognitione, & decreto magiſtratus res pupillorum alienari poteſt in caſu tantùm neceſſitatis, puta ob æs pupilli alienum, quod diſſolvi neceſſe eſt, nec aliunde ſolvi poteſt, quam pretio rei pupillaris diſtractæ, l. ob æs, 12. C. de prædiis minor. & l. Magis puto, 5. §. Non paſſim. 9. & §§ ſeqq. §. Ne tamen & §. ſeq. ff. de reb. eor. quæ ſub tutela vel cura ſunt, non alien. Si tamen pupillo opus ſit adiutore potente, puta in caſu quo vim ſuſtinet à prædonibus, nec aliter ſe resq́ue ſuas tueri poſſit, quam Vaſalli auxilio, exiſtimarem hoc caſu ex magiſtratus decreto, licitum eſſe tutori prædia pupilli dare in feudum auxiliatori, argumento text. modò adductorum.*

*Quæ dixi de tutoribus, exaudiri quoque volo de curatoribus, cum eodem ſint loco tutores, & curatores, l. Qui neque. 8. in pr. & §. 1. ff. de reb. eor. qui ſub tutel. vel cura ſunt non alien. Et quia plenior eſt poteſtas tutorum in pupillos, quam curatorum in adoleſcentes, cum hi ſine curatoribus eſſe poſſint, quos inviti accipere non tenentur, §. Item inviti, Inſt. de curatorib. & l. 3. C. de integr. reſtitut. minor. & l. puberes 101. ff. de verb. oblig. Illi non æquè, cum etiam inviti habere tutores cogãtur, l. nec non, 6. ff. de tutorib. & curatorib. datis*

*ab his,*

*ab his, conſequens inde eſt, quod ut tutores regulariter res pupillares in feudum dare novum non poſſunt, ita nec curatores prædia adoleſcentum.*

*Præterea conſectarii huius ſecundi exemplum rectè ponitur in Prælatis Eccleſiarum, Archiepiſcopis, Abbatibus, Abbatiſſis, Præpoſitis, qui cum rerum Eccleſiaſticarum legitimi tantùm adminiſtratores ſint, non domini, c. 2. extr. de donat. & c. ut ſuper. extr. de reb. Eccleſ. alienand. vel non, prædia Eccleſ. ſuæ regulariter in feudum dare non poſſunt, per text. in dict. Tit. 3. in prin. verſ. Novi verò, lib. 2. feud. Rei enim in feudum datio eſt quædam alienatio, ut evincitur ex tex. tit. 23. §. ultim. ibi, uſusfructus verò, lib. 2. feud. junct. l. ult. ibi, ſed etiam uſusfructus dationem, C. de rebus alienis non alienand. Prælati autem Eccleſiarum res ſuæ Eccleſiæ immobiles alienare prohibentur, tot. tit. extr. de rebus Eccleſ. non alien. & Novell. 7. de non alienand. aut permutand. rebus Eccleſiaſticis. Ex conſenſu tamen Pontificis, & totius capituli ſuadente neceſſitatis, vel utilitatis cauſa, ſolenniter & diligenter à capitulo perpenſa, rectè in feudum dantur prædia Eccleſiæ, cum ita alienari poſſint, c. 1. verſ. Quia etiam, & c. 2. in prin. Tit. de reb. Eccleſ. non alienand. in 6. Can. Sine exceptione, 12. qu. 2. junct. c. ad noſtram, extr. de reb. Eccleſ. alien. vel non. Didac. Covar. lib. 2. var. reſolut. cap. 17.* 55

*Si quoq;*

*Si quoque ea fuerit Eccleſia, cuius prælatus ſit antiquitus feudum dare ſolitus, & quædam Eccleſiæ illius prædia feudalia feudo aperto redierint ad Eccleſiam, non prohibetur prælatus illius Eccleſiæ eadem prædia denuò in feudum dare, Tit. 1. §. 1. ibi: Si antiquitus conſuetudo eorum fuerit feudum dare, & Tit. 6. ibi, quod autem ante datum fuerit, item ibi, vel alia Eccleſiaſtica perſona, quæ antiquitùs non ſit ſolita in feudum dare, libr. 1. feud. Infeudatio enim rei quæ ſolita eſt dari in feudum, non eſt nova infeudatio, ſed veteris continuatio, & executio, Curt. Jun. tract. feudal. part. 2. quæſt. 1. n. 7. & quæſt. 2. n. 6. & 8. Roland. à Valle, conſil. 1. nu. 83. vol. 1.*

*Illius autem Eccleſiæ prælatus dicitur antiquitus dare ſolitus res Eccleſiæ ſuæ in feudum, cujus Prælatus ante Vrbani II. Papæ Ramanæ conſtitutionem prohibitoriam, in Synodo Placentiæ habita promulgatam, conſuevit res Eccleſiæ ſuæ in feudum dare, dict. Tit. 6. in princ. Vbi Frideric. Schenck, lib. 1. feud. Et licet ante hanc conſtitutionem ſemel tantùm fuerit in feudum res data, denuò etiam à prælato in feudum rectè datur. Hoſtienſ. in Summa de feudis, §. Quis poſſit, Imola in l. Quod dicitur, 86. col. fin. ff. de verborum oblig. Curt. Jun. tract. feudal. part. 2. quæſt. 4. num. 8. Ruin. conſil. 35. num. 30. volum. 1. Anton. Gabr. Roman. Tit. de locat. concluſ. 1. n. ultim. Zaſ. in epitom. feud.*

*part.*

*part. 5. num. 52. & Ludolphus Schrad. Tract. feudal. part. 4. cap. 2. num. 25. Verbum enim,* ſolitum, *verificatur etiam in unica vice, eaq́ novißima, Bart. ad l. Mela, 14. §. 2. ff. de aliment. & cib. legat. & ad l. 1. ubi etiam Angel. & Paul. de Caſtro. C. Quomodo & quando Judex ſent. proferr. deb. Anton. Gabr. Roman. dict. Tit. de locat. concluſ. 1. nu. 6.*

*Et poteſt hic prælatus eiuſmodi prædia denuò alicui in feudum dare etiam abſq́ conſenſu Pontificis, c. 2. extr. de feudis, & c. c. ut ſuper, extr. de rebus Eccleſiæ alien. vel non. Item abſque capituli conſenſu, Tit. 26. §. In clericorum, libr. 1. feudor. Nec eum quicquam impedit juramentum, quo confirmavit, ſe rem Eccleſiæ ne quidem per feudum alienare velle, dict. c. 2. extr. de feud. Roland. à Valle, conſil. 83. vol. 1. Schurff. conſil. 45. num. 7. & 8. cent. 1.*

*Non aliter tamen jus eſt prælato, res Eccleſiæ in feudum dari ſolitas, denuò alicui in feudum conferendi, quàm ſi id Eccleſiæ expedire videat. Si putet utilius eſſe Eccleſiæ, ut in eius patrimonio retineatur jure pleno, iterum dare eas in feudum non debet, ſed in ſolum Eccleſiæ uſum reſervare, dict. c. 2. ibi, ſi videris expedire, ext. de feud. ut ſi res ſterilis in feudum data fuerit, & cultior feudo aperto ad Eccleſiam reverſa ſit. Duaren. in Comment. in conſuetud. feud. cap. 5. nu. 5. Vel tempore conceßionis prioris Eccleſia locuples*

Digitized by Google

*cuples fuerit, poſtea verò inopia laboret, Iacob. de Belviſo ad Tit. 1. lib. 1. feud. pag. 6. fac. 2. Curtius Iunior tract. feud. part. 2. quæſt. 1. nu. 12. & 13. Zaſ. in epitom. feud. part. 5. nu. 59.*

56 *Commodè hoc loco in quæſtionem vocatur, ſitne liberum Eccleſiæ prælato, feudum ſuæ Eccleſiæ apertum alicui ex cognatis ſuis denuò jure feudi concedere, eo caſu, quo videt expedire Eccleſiæ, ut iterum alicui in feudum detur? Negatam concluſionem quæ probatur gloſſæ in tit. 3. in verb. Archiepiſcopus. & tit. 26. §. Hæc omnia, verſ. In clericorum, lib. 1. feudor. ſuadere videtur textus Novel. 120. cap. 5. §. Oeconomis, & Auth. Quibuſcunque, C. de SS. Eccleſiis, ubi Oeconomus Eccleſiæ prohibetur conſanguineis ſuis & affinibus, in rebus Eccleſiæ emphyteuſin conſtituere. Argumētum autem ab Emphyteuſi ad feudum, probabile, frequens, & multùm utile dicitur, Everhard. in Topicis legalib. in loco ab emphyteuſi ad feudum.*

*Aientis verò ſententiæ veritatem oſtendit primùm textus in tit. 91. verſ. ult. in extraord. cap. Ubi feudiſta ſignificat, non eſſe integrum prælatis Eccleſiarum uni, vel coniunctæ, vel extraneæ perſonæ in feudum concedere Eccleſiaſticam rem, in feudum dari ſolitam, ſi tale ſit feudū, quo duo conſimiles Vaſalli adquiri poſſint. Unde conſequens eſt, competere Eccleſiarum Prælatis jus conferendi eiuſmodi rem in feudum perſonæ*

etiam

etiam coniunctæ, ſi feudum non fuerit magnum, aut ſi magnum ſit non uni, ſed duob. cognatis, aut uni cognato, & extraneo alteri detur. Argumentũ enim à contrario ſenſu regulariter procedit in iure noſtro, ut oſtendit idem Everb. in loco à contrario ſenſu. Cõfirmat idem pronunciatũ textus in c. dilecto filio, ext. de præbendis, ex quo intelligimus, Prælatis Eccleſiarũ, iure permiſſũ eſſe ſuis quoq; nepotib. aliiſq; propinquis cõcedere in Eccl. præbendam. Robur item addit ſententiæ eidem, quod ſecundum naturam eſt, ut quiſq; proprium ſanguinẽ extraneæ præferat perſonæ, l. cum acutiſſimi 30. C. de fideic. Can. Non æſtimemus. verſ. diligentius tamen, 20. q. 2. quodq; prima liberalitas circa proximos operari debet, Can. Non ſatis, diſtinct. 86. Accedit huc & illud, quod Prælatis Eccleſiarum interdictum non eſt, conſanguineis ſuis ea relinquere, quæ extraneis concedere poſſunt, c. Relatum 12. verſ. Licet, ibi, ſive ſint cõſanguinei, ſive alii, extr. de teſtam. Deniq; pertinet eodem quod nulla lege, civili aut Canonica Eccleſiarum prælati cõſanguineis ſuis rem in feudum dari ſolitam concedere prohibentur. Menoch. lib. 3 præſ præſ. 54. n. 8. Fachin. lib. 7. controverſ. c. 31. & Mynſ. cent 5 obſer. 47. Vbi magis receptam hanc dicit ſententiam, eiq; communem Germaniæ conſuetudinem ſuffragari teſtatur.

Nihil imminuit hanc concluſionem contrariæ 57
opinionis argumentum ex d. Novel. 120. cap. 5. §.

Oeco-

Digitized by Google

*Oeconomis, & Auth. Quibuſcunque C. de SS. Eccleſ. depromptum. Reſponderi quippe ad illud dupliciter poteſt: primò quod iſthæc Iuſtiniani legiſlatio loquatur de rebus Eccleſiæ, quæ nunquam antea nec per emphyteuſin fuerũt alienatæ, noſtra verò quæſtio ſit de rebus in feudum dari ſolitis. Deinde utramq; eam legem eſſe omninò novam, proindeq; cum nominatim agat de Oeconomis tantùm, ac generaliter etiam de aliis adminiſtratoribus bonorum Eccleſiæ, non autem ſpecialiter de ipſis quoque prælatis, ad hos porrigi neutiquam debet, per text. in l. Præcipimus, 32. §. ult. C. de appellat. & c. 1. Tit. de conſtitut. in 6. Vbi diſertè traditur, quicquid nova lege ſpecialiter expreſſum non videtur, id veterum legum, conſtitutionumqúe regulis relictum intelligi.*

*Quando autem Eccleſiæ prælatus rem, in feudum dari ſolitam, alicui ex propinquis ſuis concedere intendit, omni carere debet fraude, c. Quiſquis, verſ. Non liceat, 12. quæſt. 2. Neque illa datione conditionem Eccleſiæ deteriorem facere poteſt. c. 2. extr. de donat. Sed tenetur vel eâdem lege denuò illud concedere, qua prior Vaſallus id poſſedit, vel aliqua utiliori lege, per text. in Tit. 34. §. Similiter, in princip. & verſ. Profectò ille, lib. 2. feud. Vnde ſi feudum illud dari maſculis conſuevit, vel ad certam ſolummodò conditionem; certè Prælatus tribuere illud*

fœminæ,

*fœminæ,aut in perpetuum neutiquam poteſt.d.l. 34. §. Similiter, ibi, ſi ſecunda perſona ſit talis, lib.eod.feud.& docet Curt. Iun. Tract. feudal. part.2.quæſt.6. nu. 1. Et ſi feudum antea poſſederit perſona privata, dare illud prælatus univerſitati prohibetur, puta civitati, aut Collegio cuidam, Bald.ad d. Auth. Quibuſcunq;, C. de SS. Eccleſiis. Alexand.conſil.9.nu.5.vol.3. Curt.Iun. Tract.feudal.part.2.quæſt.9. Cum enim civitas aut Collegium nunquam moriatur, ſpes eſſe poteſt nulla, fore, ut aliquando ad Eccleſiam revertatur feudum, l. An uſusfructus, 56. ff. de uſufructu, & l. Si uſusfructus. 8. ff. de uſu & uſufruct.leg.*

*Eſt & illa huius loci quæſtio, cum res Eccleſiaſticæ, quæ de menſa Eccleſiæ eſſe dicuntur, ut* 58
*ſunt, quæ in proprium Eccleſiæ uſum perpetuum reſervatæ ſunt, in feudum dari non poſſint abſq; Pontificis & capituli conſenſu, ut arguit text. in c.ut ſuper, extr.de reb.Eccleſ.alien.vel nõ, quando prædia Eccleſiaſtica feudo aperto ad Eccleſiam reverſa, cenſeantur de menſa Eccleſiæ denuò effecta, ut amplius in feudũ dari nequeãt? Aliqui opinantur de menſa Eccleſiæ denuò fieri iſthæc bona, ſimulatq; reverſa ad Eccleſiam, eorum poſſeſſionem apprehenderit Prælatus. Sed communis eſt Dd. concluſio, non, niſi voluntate Prælati expreſſa vel tacita, iſthæc bona applicari denuò menſæ Eccleſiæ. Expreſſa voluntate id fieri volunt,*



Digitized by Google

*lunt, ſi verbis declaret, ſe velle, ut in futurum ſint de menſa Eccleſiæ. Voluntate tacita, ſi in Codicibus Eccleſiæ, quibus bona, quæ ſunt de menſa Eccleſiæ continentur, deſcribi faciat: Aut aliquandiu tractet ea, ac utatur fruatur illis, tanquam cæteris de menſa Eccleſiæ bonis.*

59 *Non autē hîc convenit inter Dd. de ipſo temporis ſpacio, quot annos ſc. ipſimet uti frui his bonis debeant prælatus, & capitulares, ut de menſa Eccleſiæ denuò facta cenſeantur; Quidam enim unius anni curriculum deſiderant, alii decem, alii triginta, alii quadraginta annorum. Nonnulli exigunt præter curſum temporis, eam quoque ſolennitatem, quæ requiritur, cum res Eccleſiaſtica, ex bonis, quæ ſunt de menſa Eccleſiæ, alienatur. Has opiniones collegit Curt. Jun. Tr. feud part. 2. quæſt. 5. ubi rejectis cæteris omnibus hanc ultimam tantùm probat.*

*Zaſ. verò in Epit. feudor. part. 5. num. 49. & ſeq. & eum ſecutus Ludolph. Schrader. Tractat. feudal. part. 4. cap. 2. nu. 24. Sola etiam prælati voluntate ſcribunt bona iſthæc denuò fieri de menſa Eccleſiæ, ſi is declaret expreſſè, quod ea menſæ Eccleſiæ applicata velit: Eadem quoq; de menſa Eccleſiæ tacita ipſius voluntate, ſi ſciens patiatur, bona huiuſmodi ab officialibus Eccleſiæ tractari per decem annos eodem modo, quo cætera prædia menſalia, ut ſi eorum fructꝰ tanto tempore in uſum Eccleſiæ percipiant. Sin autem de*

iſthac

*iſthac expreſſa vel tacita prælati voluntate nihil conſtet, poſſeſſionem & uſum horum bonorum triennalem deſiderari putant. Fachineus verò lib.7.controverſiar.juris,cap.71.in fin.opinatur, tunc cenſeri de menſa Eccleſiæ denuò effectum prædium,quod ante feudale fuit, cum lõgo tempore in Eccleſiæ uſum prælatus illud retinuerit.*

*Cæterùm in hac Dd. varietate ita planè cen-* 60 *ſeo,diſpiciendum eſſe, utrum prælatus prædium ad Eccleſiam feudo aperto reverſum,ſimpliciter in proprium Eccleſiæ uſum verterit, an verò ita in eius propriũ uſum receperit, ut illud expreßè in poſterum voluerit eſſe de menſa Eccleſiæ. Priori caſu liberum eſſe Prælato arbitror, denuò prædium illud in feudum alicui concedere, quantumvis longo temporis ſpacio illud in Eccleſiæ uſum poſſederit,modò viderit prælatus id expedire,per generalem text.in d.c.2. ext. de feud.& t. 35.in fin.lib.2.feud.Poſteriori a.caſu integrũ non eſſe prælato prædiũ eiuſmodi tribuere alicui denuò in feudum,ac defuncto Prælato,cuius tempore ad Eccleſ.reverſum dicitur prædium,q; poſtea aliquandiu in uſu Eccleſiæ manſit, cenſeri illud denuò de menſa Eccleſiæ, in eius favorem à defuncto illo prælato effectum per text.expreſſum in c.ut ſuper,ext.de reb.Eccleſ.alienand.vel non.*

*Prædictarum autem opinionum pugnantium prima arguitur falſa ex textu manifeſto in d.c.2. ext.de feud.& d. Tit.35.in fin.lib.2.feud. Altera*



Digitized by Google

*communis itemq́; Curtii & Fachinei opinio de voluntate prælati tacita & curſu temporis, tum etiam ſolennitate adhibenda, ſimiliter vitioſa apparet ex text. in d. c. ult. ut ſuper, extr. de reb. Eccleſ. alien. vel non, qui oſtendit, in caſu, quo feudale prædium ad Eccleſiã reverſum in uſum Eccleſiæ proprium vertit prælatus, intelligi, id eſt, conſtare debere, num prælatus in uſum Eccleſiæ verterit illud hoc animo, ut in poſterùm de menſa ſit Eccleſiæ. Defuncto autem eo Prælato, quo vivo illud feudum Eccleſiæ fuit apertum, ſi dubitet ſucceſſor eius, quo animo in uſum Eccleſiæ fuerit retentum, nec denuò in feudum alicui datum, præſumptionem eſſe in Eccleſiæ favorem, quod hunc in finem in uſum Eccleſiæ ſit reſervatum, ut in poſterùm ſit de menſa Eccleſiæ.*

*Quod autem attinet argumentum Curtii, quod ſolennitas in actu cõficiendo requiſita, exigatur etiam in eo deſtruendo. Auth. Econtra, in fin. C. de repudiis. Non ei planè inhæret, nec perſeverat in priori opinione, quam hoc argumento firmare conabatur, cum iſthæc regula, pro argumento adducta, non procedat, cum quid ad priſtinam naturam redit. Quælibet enim res facilè & ſine magno negotio ad priſtinam ſuã redit naturam, l. ſi unus 27. §. Pactus ne peteret, 2. verſ. Quoties enim, ubi Iaſon latiſſimè n. 5. & ſeqq. ff. de pact. & Can. ab exordio, ubi gl. diſtinct. 35. ut proinde opus non ſit eadem ſolenniter in revocanda re ad*

*re ad priſtinam naturam, & conditionem, quæ ſolennitas requirebatur in ea avocanda à ſtatu ſuo priori, l. 2. ff. de injuſt. rupt. irrit. fact. teſt. & l. Hac conſultiſsima. 21. §. ſi quis autem, 3. C. de teſtam. Vbi dicitur, quod prius teſtamentum ſolenniter factum reſcindatur, per teſtamentum poſterius, non eodem ſolenniter conditum, modò in hoc inſtituantur heredes, qui aliàs ab inteſtato ad hereditatem vocantur. Similiter etſi in alienatione rei Eccleſiaſticæ deſideretur etiam conſenſus capituli; attamen in ea à laico ad Eccleſiã revocanda ſufficit ſolus Epiſcopi conſenſus, text. eſt expreſſus in c. cum Apoſtolica, extr. de his, quæ fiunt à Prælato.*

*Etſi verò Curtius ſubſcribat communi opinioni, eam tamen in expreſſa incorporatione procedere autumo, non etiam in aliis actibus, cùm tẽporis curſu conjunctis, quib. tacitam prælati voluntatem, de re denuò ad menſam Eccleſiæ revocandæ, arguunt, eamq; ſufficere ſentiunt, cùm tamen text. in d. t. 35. in fin. lib. 2. F. & d. c. 2. ext. de feudis, generaliter tribuant Prælato poteſtatẽ denuo in feudum conferendi prædium Eccleſiaſticum, quod feudo aperto ad Eccleſiã fuit reverſum, nec ullam reſtrictionem de quodam actu, & temporis ſpacio ſubjiciant, quo interveniente poteſtas illa adimatur prælato, ut proinde hîc tacita ejuſmodi voluntas, ad impediendam prælati eam poteſtatem, ſine lege vel fingi, vel admitti nõ*

*debeat, eò quod non præſumitur aliquis velle actũ facere in ea forma, qua ſibi aliquod præjudicium crearet, ſed potius forma illa, quæ nullum adferret damnum, Tyber. Dec. Reſponſ. 11. n. 33. vol. 1. quippe cum nemo ſuum jactare præſumatur. l. Cùm de indebito, 25. ff. de probat. Et quia actus, quo prælatus percipit fructus ex prædiis ad Eccleſiam reverſis, in duplicẽ capi ſenſum poteſt; quorum unus eſt de applicandis denuò illis prædiis, menſæ Eccleſiæ; alter de fructibus tantùm illis in uſum Eccleſiæ reſervandis, donec denuò in feudum ea prædia conferantur; certè hîc potius capi ſenſus debet quam ille, ſiquidẽ hîc juri ipſius non præjudicet, & ſemper is capi intellectus debet, qui ad conſervandum alicui jus ſuum pertinet, cum nemo præſumatur id agere, quo ſibi noceat, d. l. cum de indebito, ff. de probat.*

*Fachinei quoq; ratio nihil ſtringit, cum eò pertineat, quod Eccleſiæ Prælatus longa conſuetudine, & quidem certò temporis ſpacio, adquirat jus conferendi in feudũ prædia Eccleſiæ, ſine ſolennitate adhibita, quæ ſentẽtia licet cõmunis ſit, probari tamen jure nequit, ut arguit textus in Tit. 6. in princ. lib. 1. feud.*

61 *Vt autem plenè aperiatur rationis huius infirmitas, expediemus hoc loco quæſtionem illã ancipitem, quid requiratur, ut res Eccleſiaſtica dicatur ſolita in feudum dari? Convenit inter Dd. de eo, quod rem, in feudum dari ſolitam ex temporis & annorũ magnitudine æſtimant. Sed de eo*

con-

controvertunt magnoperè, quot anni requirãtur ad hoc, ut res Eccleſiaſtica dicatur ſolita in feudũ dari? Gl. ad t. 1. in verb. Si antiquitus, lib. 1. feud. deſiderat hîc tempus cuius initii memoria nõ extat, eadem gl. ibidem aliam opinionem adſcribẽs, exigit 30. an. ſpaciũ, Zaſ. poſt alios in Epit. feud. p. 5. n. 52. requirunt tempus annor. quadraginta, nonnulli verò decem annos poſtulant, quos refert Iacob. de Belviſo ad tit. 1. in pr. lib. 1. feud. Aliqui exigunt annos tantum quatuor, ut refert Duar. in com. in conſuet. feud. c. 5. n. 6. Non deſunt etiã, qui diſtinguunt, & quidem alii aliter. Bald ad t. 1. n. 8. lib. 1. feud. exiſtimat ſpaciũ hîc requiri tanti temporis, cuius initii memoria extat nulla, ſi cõſuetudo illa dandi res Eccleſiaſticas in feudum ſit damnoſa Eccleſiæ. Sed annos triginta ſufficere autumat, ſi conſtet quod infeudatio rei Eccleſiaſticæ ſit Eccleſiæ utilis, ſi de eo nõ conſtet, quadraginta annis opus eſſe judicat. At Curt. Iun. in tr. feud. part. 2. q. 4 n. 7. v. Idcircò omnib. rectè penſatis, diſtinguit inter rem Eccleſiaſticam, quæ ab initio abſq; debita ſolennitate in feudũ fuit data, & eam, q̃ adhibitis ſolennitatib. conceſſa fuit primitus in feudum, ut autẽ illa dicatur ſolita dari in feudũ, requirit tẽpus immemoriale. In hac verò exigit ſpacium tẽporis nullũ, ut dicatur ſolita dari in feudũ, proindeq; putat, ſi ſemel in feudum ſolenniter ſit data, quod denuò etiam ad Eccleſiã reverſa liberè à prælato in feudum dari poſſit.

*At Schrader. in Tract. feudali, part. 4. cap. 2. num. 25, 28. & 31, eodem quidem modo diſtinguit, & in altero membro idem ſentit quod Curtius. In priori ſimiliter diſtinctionis membro exigit tempus, quod hominum memoriam excedit. Verùm ſi non conſtet, data ſit ab initio res in feudum ſolennitate adhibita, vel non, requirit tempus 40. annorum. Eſt & alia opinio Duaren. in conſuetud. feudor. d. cap. 5. num. 6 & Fachin. lib. 7. controverſ. jur. c. 67. qui exiſtimant, judicis arbitrio relinquendum eſſe, quantũ temporis ſpacium deſideretur, ut res aliqua dicatur in feudum dari conſueta, qui Judex diſpicere debeat, num appareat de Eccleſiæ totius judicio, ut res licitè in feudum detur; atq; hanc opinionẽ firmari putat Fachin. hoc argumento, quod judicis cõmittatur arbitrio, quanto tempore conſuetudo introducta obfirmetur, Menoch. de arb. jud. caſ. 38. n. 6. Si autẽ non conſtet de hoc Eccleſiæ judicio, ſufficere in dubio quadraginta annorum tempus arbitrantur.*

*Præter annorum aliquot curriculum exigunt inſuper Dd. ad hanc infeudandi conſuetudinem, actus aliquot, & quidem alii unum deſiderant actum; alii duos, alii plures; alii quot actus hîc requirantur judicis arbitrio committendum putant, Menoch. de arbitr. jud. caſu, 81. n. 5. & Fachin. lib. 7. controv. cap. 68.*

*In hac opinionum varietate vel Oedipo opus eſſet,*

*eſſet, vel conſtitutione aliqua Cæſarea, ſi non intenderemus animum ad text. in d. Tit. 6. in pr. lib. 1. feud. Ex hoc autem loco apparet abundè, in jure feudorum, puta Tit. 1. in princ. & dict. Tit. 6. in fin. princ. lib. 1. feud. & Tit. 91. in extraord. cap. dici eorum prælatorum conſuetudinem eſſe infeudandi rem Eccleſiaſticam, qui Prælati, ante Vrbani II. Pontificis Romani conſtitutionem, de non alienandis rebus Eccleſiaſticis, conſueverunt res Eccleſiæ in feudum dare, eamque rem Eccleſiaſticam dici ſolitam dari in feudum, quæ ante eandem Vrbani legiſlationem prohibitoriam data fuit in feudum, Idq; tradit etiam diſertè Fridericus Schenck Baro à Tauttenberg ad dict. Tit. 6. in princip. lib. 1. feudor. Eccleſiaſticis, ait, dignitatibus ſeu beneficiis præditi, ſi poſt inhibitionem Vrbani Papæ, res Eccleſiarum ſuarum in feudum dederint, quod actum eſt, nullum habebit vigorem. Quæ verò ante illam prohibitionem in feudum ab Eccleſiis data fuerint, in ſuo robore permanebunt. Similiter, ſi Eccleſiaſticæ perſonæ, quæ antiquitus non conſueverunt in feudum dare, quid feudi nomine alicui dederint, jure non ſubſiſtet. Antiquitus, neceſſariò hic intelligitur, quod ante Vrbani conſtitutionis, huiuſque feudalis placiti promulgationem obtinuit, vt vis ipſa vocabuli fateri cogit, & ita in effectu novæ infeudationes deinceps fieri prohibentur. Hæc Frider. Schenck.*

M 5 Erro-

Digitized by Google

*Erroris ergò pleniſſimæ ſunt omnes omninò opiniones de hac quæſtione prius adductæ.*

62 *Cæterùm quia à tempore promulgatæ conſtitutionis Vrbani II. Papæ Romani, res Eccleſiaſticæ antea inſolitæ dari in feudum, abſq; legitima ſolennitate, jus infeudandi amplius non admittunt, ut ex prædictis patet, quæri poteſt, num Prælati Eccleſiarum poteſtatem infeudandi eas res legitima ſaltem præſcriptione adquirere poſſint? Dd. communiter affirmant, & licet in huius præſcriptionis tempore variãt mirificè, ut oſtendi. Pleriq; tamen 40. annos hîc deſiderari autumant, Zaſ. in Epit. feud. part. 5. nu. 52. Duar. in commentar. in conſuet. feud. cap. 5. nu. 6. Schrader. in tract. feudal. part. 4. cap. 2. nu. 31. Ioan. Borcholt, in comment. in uſus feud. cap. 6. nu. 23. & Fachin. lib. 7. controverſ. jur. cap. 67. Moventur autem hoc argumento, quod etiam præſcriptioni rerum Eccleſiaſticarum præfinitum ſit tempus annorum quadraginta, c. de quarta, c. ad aures, & c. illud autem, extr. de præſcript. Si ergò præſcriptione 40. annorum res Eccleſiaſticæ ab Eccleſia recedunt jure dominii, & adquiri poſſunt aliis, etiam laicis, Covar. in c. poſſeſſor malæfidei, tit. de reg. jur. in 6. ſecundæ partes relect. §. 2. nu. 3. affirmandum videtur, quod & jus infeudandi haſce res adquirant Prælati eodem temporis ſpacio. Quam ſententiam juvare videtur & illud, quod ſeculares Clerici legitima præ-*

*ſcri-*

ſcriptione religioſorū beneficia jure nanciſcuntur, c. cum de beneficio, ubi gl. tit. de præbend. in 6. quo loco præſcriptio legitima eſt 40. annorum præſcriptio, ut gl. ibidem declarat.

Verùm enimverò licet rationes hæ momenti haud parum habeant, vix tamen opinionem illam meo animo tutari poterunt, cum enim ut omnis alienatio rei Eccleſiaſticæ abſq; Pontificis, & capituli conſenſu, ac ſine cauſæ cognitione fieri prohibeatur, c. Nulli 5. & tot. tit. extr. de reb. Eccleſ. alienand. vel non. c. Conſultiſſimo, eod. tit. in 6. Ita & rei eiuſdem infeudatio, abſq; ſolennitate eâdem, poſt Vrbani II. Pont. Rom. placitū interdicta ſit, dict. tit. 6. in prin. lib. 1. feudor. ipſo certè jure alienatio, & infeudatio iſthæc nulla eſt, ſiquidem ea, quæ lege fieri prohibentur, ſi fuerint facta, non ſolùm inutilia, ſed & pro infectis habeantur, per textum elegantem, in l. Non dubiū 5. C. de legibus. Quod cum ita ſit, non video, quî poſſit Eccleſiæ prælatus adquirere infeudandi jus ex præſcriptione, quæ nititur inutili, & planè nulla alienatione, ſive infeudatione, Cùm id quod nullum eſt, parere effectum queat nullum, l. 5. ff. de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſtam. l. Decem 116. verſ. Et ſolvente Titio. ff. de V. O. & l. Si expreſſim, 19. ff. de appell. & nō entis qualitas ſit nulla, l. 4. ff. locati, l. 2. ff. de uſufructu, l. Adeò 7. §. Quod ſi toto, verſ. & quia vicinum, ff. de adquir. rer. dom. l. Eius qui 41. verſ. Quoniam tunc

ff. de

*ff. de reb. credit. Accedit huc, quod bona fides in omni præſcriptione, etiam centenaria, deſideratur jure Canonico, c. Poſſeſſor malæ fidei Tit. de reg. jur. in 6. & cap. ult. extr. de præſcript. Cùm ergo ſciat prælatus, aut ſcire debeat, ſibi non competere jus alienandi, vel infeudandi res Eccleſiaſticas abſq; legitima ſolennitate, non ſine mala fide intenderet, præſcriptione jus illud ſibi comparare, maximè cum in ſui ad prælaturam electione juret, nihil ſe de rebus Eccleſiæ alienaturum, c. ut ſuper, extra de rebus Eccleſ. alien. vel non.*

63 *Contraria opinio firmamenti accipit nihil ex eo, quod præſcriptione 40. annorum res Eccleſiaſticas bonæ fidei poſſeſſor aliquis adquirit. Hæc enim definitio procedit, quando poſſeſſor ille adeptus fuit poſſeſſionem rei Eccleſiaſticæ, eo modo, qui jure & legibus probatur, non etiam, ſi contra juris autoritatem rei poſſeſſionem ſit nactus, §. Furtivæ quoque, verſ. Nam furtivarum, Inſtit. de uſucap. Et licet cauſa transferendæ poſſeſſionis legitima ſit, modus tamen ſolennis fuerit omiſſus, præſcriptione locus non eſt, l. Nunquam 31. in princip. ff. de uſucap. Vbi negatur uſucapere poſſeſſor rem pupilli, quam emit ab eo, interponēte autoritatem ſuam tutore in emptionis initio, cum id facere debuerit, non in contractus initio, neque longè poſt negotium, ſed ſtatim perfecto negotio, l. Si quis, 25. §. Juſſum, ff.*

de

*de adquir. vel amitt. hered. & §. tutor autem ſtatim, Inſtitut. de autor. tutor. Vnde quod de præſcriptione rerum Eccleſiaſticarum quadragenaria dicitur, procedere intelligendum eſt, quando contra Eccleſiam præſcribitur illius rebus, quarum poſſeſſionem bona fide adeptus eſt ab alienatore quodam tertio, non etiam ab ipſo Prælato, ſine ſolennitate legitima alienante.*

*Opportunè hoc loco & illa movetur quæſtio, poſſitne Prælatus Eccleſiæ etiam decimas ante concilium Lateranenſe in feudum dari ſolitas, ſi ad Eccleſiam feudo aperto reverſæ fuerint, abſque Pontificis conſenſu, denuò alicui Laico in feudum tribuere? De hac quæſtione non idem eſt omnium Dd. iudicium; Alii affirmant, alii negant, ut patet ex traditis Menochii lib. 6. præſumpt. præſumpt. 86. nu. in fin. & Fachineo, lib. 7. controverſ. jur. cap. 12.* 64

*Negantem verò opinionem veritati propiorem judico. Placitum quippe concilii Lateranenſis generaliter decimas in feudum laicis dari prohibet, nec diſtinguit, ſolitæ fuerint antea dari in feudum, nec ne. c. cum Apoſtolica, in fin. extra de his, quæ fiunt à prælatis ſine conſenſu capituli, & c. 2. §. Sanè quamvis, Tit. de decimis in 6. Generali autem oratione continetur, quidquid eſt generis eiuſdem, cuiuſcunque etiam conditionis fuerit ſub eodem genere, l. Metum 9. §. 1. ff. Quod metus cauſ. l. Item veniunt, 20.*

§. Pe-

Digitized by Google

*§. Petitam, 11. in fin. ff. de petit. hered. l. de pretio, 8. ff. de publ. in rem. act. & l. Sed & ſi, 7. §. 1. ff. de inſtit. act. Et quicquid ſimpliciter, ac generaliter dicitur, exaudiri quoq; debet generaliter, l. 1. §. Quod autem, 3. verſ. Et eſt relatum, ff. de aleator. & l. 3. in fin. ff. de offic. præſid.*

*Confirmat eandem hanc concluſionem & illud, quod Laicus decimas, quas poſſidet in feudū, à defunctis ſuis parentibus adquiſitum, ante concilium illud, concedere alij Laico in feudum prohibetur, c. Prohibemus, in prin. extr. de decimis, cùm tamen Vaſallus de feudo ſuo alium inveſtire jure poſſit, tit. 3. §. Sed etiā res, verſ. Per feudum tamen, tit. 9. in princ. verſ. Si verò, tit. 26. §. beneficium, & tit. 34. §. Similiter, lib. 2. feud. etiamſi feudum ſit Eccleſiaſticum, Curt. Iun. tract. feud. part. 1. cap. 2. n. 1. mihi pag. 13. Accedit huc, quod Eccleſiæ Prælatus poteſtatem decimas concedendi Laico habet nullam, ne quidem ex conſenſu capituli, per textum in c. Adhæc, c. Quamvis, & c. prohibemus, extr. de decimis. Decimæ enim datæ ſunt Eccleſiæ in pietatis tantùm uſum, Can. Decimas, 16. quæſt. 7. Vnde etiam dicuntur tributa animarum egentium, quarum cura præcipua eſt Sacerdotū. Can. decimæ, 16. quæſt. 1. Si ergo Prælatus Eccleſiæ in feudum alicui concedat decimas, conceſſio ipſo jure nulla eſt, ut quæ contra legis Canonicæ prohibitionem facta eſt, l. Non dubium, 5. C. de legib.*

Con-

*Contrariæ opinionis patroni fruſtrà nituntur arg. c. 2. extr. de feud. Quod enim eo loco generaliter de rebus Eccleſiæ in feudum dare ſolitis cautum legimus, neutiquam extendi debet ad decimas, cum hæ ſpecialiter Laicis dari prohibeantur, etiam in feudum, ut oſtendi. Specialis autem juris diſpoſitio derogat ſemper juris placito generali, per regulam in l. In toto jure, 80. ff. de reg. jur. & c. generi per ſpeciem, eod. tit. in 6. Atq; aliam eſſe conditionem decimarum, quam cæterarum rerum Eccleſiaſticarum patet ex eo, quod decimæ nunquam ab Eccleſia alienari, aut in feudum dari licitè potuerunt, ne quidem ante Lateranenſe concilium, ut arguit text. in dict. c. 2. §. Sanè quamvis, ibi, poſt talem infeudationem, vel recognitionem ſic de facto præſumptam, junct. verſ. ult. extr. de decimis, in 6. Vbi dicitur, quod ſaltem de facto, non ex juris permiſſu infeudatio decimarum facta fuerit ante Lateranenſe concilium.*

*Porrò cum ſupra expoſuerimus, res Eccleſiaſticas de menſa Eccleſiæ dici eas, quæ pleno jure ita ad Eccleſiam pertinent, ut earum reditus Epiſcopo cæteriſque Clericis in ſtipendium & alimoniam ſint deputati, quæri ſolet, an res illæ ſint eædem, quas in dominico habere dicuntur ipſi Epiſcopi, & Clerici in Tit. 35. in fin. lib. 2. feud. Et licet nonnullis ita videatur, alij verò dominicum appellent eum Codicem, in quem bona,*

quæ

*quæ de menſa prælati & capituli eſſe dicuntur, relata ſunt, per text. in c. ut ſuper, ibi, de menſa ſint Archiepiſcopi, & c. poſſeſſiones, ibi, ad menſam tuam, vel capituli pertinentes, extr. de rebus Eccleſ. alien. vel non: Verius tamen eſt, dominicum vocari patrimonium Eccleſiæ, quod eſt penes eam pleno jure, etiamſi clericorum ſuſtentationi nondum ſit deputatum. Quando enim res Eccleſiaſtica feudalis, ad Eccleſiã feudo aperto reverſa eſt, in dominico eſſe dicitur, etiamſi nondum menſæ clericorum ſit aſſignata, ut convincitur ex dict. Tit. 35. in fin. lib. 2. feud. Confirmatur etiam hæc interpretatio noſtra hoc ipſo, quod grex dominicus, palatium dominicum, domus dominica dicitur, quæ ad ſolius Imperatoris uſum pertinet, & ab omni privatorum uſu eſt excepta, Rubr. C. de grege dominico, & Rubr. C. de palatiis & domibus dominicis lib. 11. Omnis igitur res Eccleſiaſtica, cuius neque emphyteuſin, neq; feudum quiſpiam alius habet, dicitur eſſe in dominico Eccleſiæ, at nõ omnis Eccleſiæ res, quæ eſt in dominico Eccleſiæ, dicitur eſſe de mẽſa Eccleſiæ.*

66 Succedit *aliud conſectarii noſtri ſecundi exemplum in Imperatore Romano, Quæritur an Romanorũ Imp. inveſtituram facere poſſit novã de bonis imperii? Dd. communiter affirmant, quos referunt & ſequuntur Anton. Peregrinus, lib. 1. de jure fiſci, cap. 3. n. 73. & Ludolph Schrader. in Tract. feud. part. 4. cap. 1. nu. 7. & ſeq.*

&

& horum opinioni fundamentum poſitum videtur in eo; quod præcipuum eſt Imperatoris munus, præmia in aliquem conferre, Novel. 81. cap. 2. quodq; liberum eſt Vaſallo, inveſtire aliquem de ſuo feudo, etiam domino inconſulto, oſtendi ſupra. Hoc tamen commune pronunciatum procedere volunt, niſi inveſtitura in magnum Imperii damnum vergat, Schrader. dict. cap. 1. nu. 22. argumento c. Intellecto, extr. de jureiurand.

Cæterùm in ea totus ſum ſententia, ſi Imperator vel partem Imperii, puta provinciam, civitatem, aut pagum aliquem, vel etiam proventus Imperii, quorum alienatio quoddam adfert imperio præiudicium, alicui per novam inveſtituram in feudum concedat, infeudationem planè eſſe inutilem. Eſt enim infeudatio quædam alienationis ſpecies, cum per eam uſusfructus rei in Vaſallum trāsferatur, Tit. 23. §. ult. lib. 2. feudor. & datio uſusfructus ſit rei quædā alienatio, l. ult. C. de reb. alien. non alien. Imperatoris † autem officium eſt, non alienare quicquam de Imperio, ſed augere, & amplificare Imperium, Nov. 11. in princ. Novell. 30. in princ. Novel. 116. Vnde Imperator ſemper Auguſtus dicitur, Allzeit mehrer deß Reichs. 67

Deinde munus Imperatoris in eo quoq; conſiſtit ut ſollicitè adminiſtret, tueatur, & regat Imperium Romanū, uti convincitur ex conſtitut. de Iuſtinianeo Cod. confirmand. ex conſtit. de con-

*cept. Digeſtor. in princ. ex l. 1. in princ. C. de jure vet. enucl. l. 1. in princ. C. de ſumma Trinitat. & fid. Cathol. Item ex Novel. 18. 21. 31. 43. 46. 72. 80. & ſeq. 85. 114. 127. 148. 152. 163. Cui autem alienarum rerum adminiſtratio, gubernatio, & curatio commiſſa eſt, is alienare eaſdem non poteſt, c. 2. extr. de donationib. l. Procurator, 63. ff. de procuratorib. l. 1. §. de offic. procurator. Cæſar. l. Qui fundum 7. §. Si tutor. 3. ff. pro empt. Quod vero res Imperii non ſint in patrimonio Imperatoris, patet ex eo, quod à rebus Imperii publicis diſtinguuntur res Cæſaris, l. 3. §. pen. ff. de jure fiſci, l. Cum ſervus, 39. §. pen. & ult. ff. de leg. 1. l. Pacta conventa 72. §. ult. ff. de contrah. empt. & vendit. l. 2. §. 2. 3. & 4. ff. Ne quid in loco publ. l. 1. C. de pœna Iudic. qui malè judicat, & l. 1. §. Sed conſtitut. ff. de calumniatorib.*

*Accedit huc tertiò, quod Imperator eſt quaſi communis pater Reipubl. Romanæ,* Ein Vatter deß Vatterlands/ *Nov. 98. c. ult. in fin. Pater autem licet rerum filii uſumfructum habeat, eas tamen alienare non poteſt, l. 1. C. de bonis mater.*

*Robur etiam adfert concluſioni noſtræ textus in d. cap. Intellecto, extr. de jureiur. Vbi diſertè cavetur, quod ſi Rex in præjudicium regni ſui alienet quidpiam, illicitam eſſe alienationem, etjamſi ea juramento fuerit confirmata.*

*Poſtremò firmamentum capit idem hoc pronunciatum ex eo, quod Imperator Romanus recens electus Septemviris Imperii per juſiurādum*

*dum ſanctè promittit, quod facultates Imperii neq; diſtrahere, neq; oppignorare, nec alio quovis modo deteriores facere, & quæ ſunt ab aliis nationib. occupata, vel ab Imperio divulſa ſunt bona, primo quoq; tempore recuperare velit, ut oſtendit formula Iuriſiurandi Cæſarei apud Ioann. Schleidan. lib. 1. pag. 21.*

*Verùm huic concluſioni obſtare videtur textus in l. Deprecatio 9. ff. de lege Rhod. de jactu, ubi Ramanorũ Imp. dicitur mundi dominus, unde colligunt nonnulli, quod Imperator quidvis de Imperio licitè alienare poſſit, ſiquidem ſuæ quiſq; rei dominus, moderator & arbiter ſit, l. In re mãdata, 21. C. Mandati. Sed reſpondendum in d. l. deprecatio voce* mundi, *non univerſum ſignificari terrarum, & omnium gentium orbem, ſed per Synechdochen integri ſolùm denotari Imperium Rom. cum certum ſit etiam ex jure noſtro, quod Impp. Romanorum agnoſcunt, populum univerſi terrarũ orbis ſubiectum eſſe partim Imp. Romano, partim etiam aliis regib. ut arguit textus l. 4 ibi, Mercatores tam Imperio noſtro, quam Perſarũ Regi ſubiectos. C. de commerciis & mercatorib. & l. Non dubito. 7. §. 1. & l. Poſtliminii 5. §. 2. ff. de capt. & poſtlim. reverſ. l. 1. in pr. ibi, cũctos populos, quos clemẽtiæ noſtræ regit Imperiũ, C. de ſumma trin. & fide cath. l. ult. ibi. In omnib. urbibus Romani Imperii, C. de ædificiis privat. l. omnibus 26. ibi, omnibus civitatib. quæ ſub Imp. Romano ſunt, ff. ad Senatuſconſultum Trebell.* 68

*Atque hanc Synechdochicam interpretationem probant quoque Ferd. Vaſq. lib. 1. quæſt. Illuſtr. c. 20. nu. 29. & Didac. Covar. in commentar. ad c. peccatum, Tit. de Reg. Iur. in 6. part. relectionis 2. §. 9. num. 5.*

*Non infringit hanc reſponſionem text. in l. ult. in fin. C. de quadriennii præſcript. Ubi Iuſtinian. Imperator teſtatur, Imperatorem Romanum ſuis conſiliis, ſuisq; laboribus* pro toto terrarum orbe *diu noctuq; laborare. Nam eo loco vel totus terrarum orbis, eſt ſimiliter ſolus orbis terrarum Imperii Romani, ut loca prius adducta arguunt; vel ſignificatur, quod ſit officium Imperatoris Romani, nempè illud, ut totis viribus in id incumbat, ut omnem & univerſum terrarum orbem Imperio Romano ſubiiciat, ſicuti convincitur ex proœmio Inſtit. §. Quoniam utramque viam; & conſtit. de confirmat. ff. in princ. Novel. 11. in princ. ibi, noſtram patriam augere cupientes, Novel. 24. in princ. ibi. Et totum exinde terrarum orbem ſibi adiungere, & premere ac tueri Imperio, Novel. 30. in princ. & Novel. 116. in princ. Etſi verò in d. l. deprecatio, ff. de leg. Rhod. de jact. Imperator Romanus dicatur mundi, id eſt, Imperii Romani dominus, id tamen nequiquam eum habet ſenſum, quod proprietatis, vel poſſeſſionis jure ad Imperatorem pertineant ea, vel quæ totius ſunt imperii, vel ſingulorum civium Romanorum propria, ſed de*

*de gubernationis & protectionis jure exaudiri illud debet, Petr. Iacob. Aurelianenſ. in practica aurea libellor. Rubr. 33. num. 22. & Ioan. Robert. Aurel. lib. 3. ſentent. cap. 18. Sic aliâs etiam domini, & dominii appellatio refertur ad eum, qui dominandi, id eſt, imperandi, moderandi, & gubernandi arbitrium & poteſtatem habet, l. penultim. verſ. Divus Zeno, ibi, Rogo domine Imperator, ff. de his, quæ in teſtament. delentur, & l. pronunciatio 195. §. Familiæ, verſ. Pater autem, ibi, qui in domo dominium habet, ff. de verb. ſign.*

*Eodem quoq; modo reſpondendum eſt ad ea, quæ ſcribit Seneca lib. 7. de beneficiis, cap. 4. 5. & 6. Vbi, ait, jure civili omnia Regis eſſe, & Regem omnia Imperio poſſidere, Item univerſa in Imperio Cæſaris eſſe. Hæ enim loquendi formulæ intelligendæ ſunt de imperandi, gubernandi, & tutandi poteſtate, non de proprietatis, aut poſſeſſionis jure proprio, ut etiam oſtendit Hotoman. lib. controverſ. Illuſtr. cap. 1.*

*Sed negotium facere videntur exempla nonnulla, ab eodē Hotomanno adducta, quæ arguunt Reges quoſdam & Impp. vel ultima voluntate, vel donatione inter vivos regna ſua, aut partem eorum dediſſe aliis. Verùm exempla iſthæc de ea conceſſione intelligi debent, quæ conſenſu populi fuit facta. Poteſt & illud reſponderi, non exemplis vitioſis, ſed legibus eſſe iudicandum, l. Nemo*



Digitized by Google

*13. Cod. de ſententia & interlocutione omnium Iudicum.*

*Quod attinet exemplum Salomonis 3. Reg. c. 9. qui extero Regi Hiram viginti oppida in terra Galileæ dedit; exiſtimat quidem Hotoman. dict. cap. 1. & Lucas Oſiander ad d. c. 9. conceſſionem hanc non de jure proprietatis, ſed utendi fruendi, poteſtate accipi debere. Sed hanc interpretationem text. dicti loci vix patitur. Arguit quoq; text. in c. 8. lib. 2. Paralip. quod viciſſim rex Hiram dederit Salomoni Regi civitates aliquot, quas ipſe Salomon ædificavit, & inhabitandas filiis Iſraël conceſſit, unde colligitur, quod ut proprietatis jure Salomon à Rege Hiram civitates illas accepit, ita & Salomon jure domiii ſua oppida in Regem Hiram tranſtulerit. Quocirca hîc diſtinguendum reor inter Imp. Romanorum, & alios Reges, quibus non tantum gubernandi provincias ſibi ſubiectas, ſed & pro arbitrio de illis diſponendi jus competit.*

*Difficultatem quoq; nobis hîc adferre videtur text. in l. 1. in pr. ff. de conſtit. Princip. & §. ſed & quod Principi, Inſtit. de jur. natural. gent. & civil. ubi dicitur, quod populus Rom. Imperat. & in eundem omne ſuum imperium, & poteſtatem omnem contulerit. Atqui ſententia hæc non de alienãdi jure, ſed poteſtate gubernandi, & legum autoritate adminiſtrandi Remp. Rom. intelligi debet, uti eadem loca abundè teſtãtur, & Imperij vocabulũ ibidẽ haud obſcure arguit. Ad-*

*Adhæc obſtare videtur text. in t.14 in pr. lib. 1. feud. & tit.10. in princ. lib. 2. feud. ex quibus locis evincitur, quod Imperator Romanus Ducatum, Marchionatum, Comitatum Imperii rectè in feudum dare poſſit. Verùm reſponde loca iſthæc exaudienda eſſe de Imperii Ducatu, Marchionatu, & Comitatu eo, qui deſtinatus eſt conceſſioni in feudum Imperii. Poteſt quis eſſe Dux, Marchio, Comes Imperii; attamen Ducatum, Comitatum, Marchionatũ, quem adminiſtrat, non habere in feudum ab Imperio, ut omnes proventus ſuos faciat. Non enim tenetur Imperator omnem Imperii Provinciam, ut quam primum ab alio quodam populo belli jure nactus eſt, in feudum alicui conferre.*

*Poſtremò concluſionem noſtram infirmã reddere videtur exemplum donationis, qua Conſtant. Imp. Occidentale Imperiũ Sylveſtro Pont. Rom. conceſſiſſe dicitur, de qua textus in Can. Conſtant. Imp. 14. diſtinct. 96. Verùm hanc donationem fuiſſe nunquam factam, oſtendit poſt alios Hotom. lib. diſp. feud. cap. 8. pag. 51. Cuiac. in comment. in lib. 1. Reſponſ. Papin. pag. 2. col. 2. & prolixè Frider. Bruckman. in tract. § ſoluta poteſtas, membr. 2. effect. 7. n. 39. & ſeqq. Æneas quoque Sylvius, qui poſtea Papatũ adeptus, & dictus fuit Papa Pius, ipſemet in Dialogo quodã, diploma donationis Conſtantini falſitatis arguit, ut ex Alberto Krantzio refert Hotom. d. c. 8. pag. 51.* 69

*Et falſum eſſe, quod de hac donatione ſcribitur, patet ex eo, quod ex omnibus hiſtoriis conſtat, Conſtantinum Magnum diviſionem Imperii inter filios teſtamento feciſſe, ex qua Conſtantino Iuniori Roma cum toto occidentali Imperio obtigerit, quemadmodum latè deducit Naucler. Chronicor. Vol. 2. Generat. 11. Conſtat quoque quod Iuſtinianus Imp. qui plus quam 200. annis Conſtantinum Magnum ſecutus eſt, Galliam & Hiſpaniam poſſedit, l. In nomine, C. de offic. Præfect. Prætor. Affricæ. Et in Eccleſiaſticis hiſtoriis legimus, quod templum Pantheon Romæ demum à Phoca Imp. qui 300. annis poſt Conſtantinum vixit, Papæ Bonifacio III. donatũ ſit. Neq; contrarium rectè docetur ex dict. Can. Conſtantin. tum quia in antiquis decretis canon ille non habetur, ut ait Hotoman. in dict. cap. 8. in fin: tum quia canonis illius authoritas levis eſt, uti indicat inſcriptio eiuſdem, quæ habet vocem* Palea, *quod vocabulum Canonib. decretorum præpoſitum, eoſdẽ exigui eſſe momenti oſtendit. Alciat. lib. 12. Parerg. c. 3. & poſt alios Frid. Bruckman. in dict. membr. 2. effect. ult. nu. 103. tum etiã quia compilator Canonum libri decretorũ Gratianus monachus ille, nugator fuit magnus, & pro legiſlatore inter Chriſtianos minimè recipiendus, ut teſtatur Hotoman. conſil. 38. n. 3. Et licet quidam Auguſtinus Steuchus in ſingulari quodam libro de hac donatione ſcripto, eam donationẽ veram*

*eſſe*

*eſſe oſtendere conetur: attamē idoneis legitimisq́ teſtib. utitur nullis, ut ſcribit Cuiac. in d. cōmentar. in lib. 1. Reſponſor. Papin. pag. 2. colu. 2. Autor quoq; Bruti Fulminis pag. 120. & aliquot ſeqq. eruditè ac verè argumentis 25. nunquam à Conſtantino hanc donationem factam fuiſſe oſtendit.*

*Cùm autem videant Pontifices Romani, nullo certo probatoq́ oſtendi authore donationem illam à Conſtantino Imp. fuiſſe factam Papæ Sylveſtro, aliam poſſeſſionis ſuæ illicitæ tutandæ machinam quærunt, contendentes, à Pipino avo, ac poſtea à Carolo Magno, patre Ludovici Pii, collatam hanc eſſe donationem in Paſchalem Papam, & confirmatam ab ipſo Ludovico Pio, filio, ut evincitur ex Volaterrano lib. 3. Geographiæ, pagin. 41. & Can. Ego Ludovicus, diſtinct. 63. Franciſc. quoque Hotoman. lib. quæſt. illuſtr. cap. 1. hanc veram putat hiſtoriam. At quia nemo in cauſa propria ſibi teſtis eſſe poteſt, vix patrocinium præbet Pontificibus Romanis autoritas textus in dict. can. Ego Ludovicus. Suſpectam quoq; reddit hiſtoriam eo loco memoratam, quod Lotharius Imp. poſt Pipinum, poſt item Carolum Magnum, & poſt Ludovicum Impp. Romæ adhuc imperaſſe, & legem tempore Eugenii Papæ, univerſo populo Romano dediſſe videtur, ſicuti evincitur ex inſcriptione Tit. 19. & inſcriptione § ult. eiuſdem Tit. lib. feud. Conſtat & illud, Lotharium Ludovici Pii filium novos in urbe ma-*



Digitized by Google

giſtratus creaſſe , cum immunitabus à patre & avo conceſſis cives abuterentur. Et rexerunt ac conſtituerunt Italiam ſucceſſores Lotharii ex eadem familia, & poſt eos Ottones & alii , ut teſtatur quoque Caſparus Peucerus in Oratione quadam habita Wittembergæ Anno 1560.

70 Sed ut ut ſit, haud levibus argumentorum momentis comprobavimus, donationem eam, ſi ulla facta eſt, inutilem eſſe , unde non immeritò quæritur, poſſitne Imp. Rom. eam aliquādo jure vindicare, & denuò orbi Rom. adiicere? Ioan. Petr. de Ferrariis in practica aurea, in forma opponēdi contra inſtrumenta, in verb. aliis rationib. nu. 2. poſt alios generaliter in hac quæſtione diſtinguit in hunc modum : Aut enormiter læſum eſt Imperium, donatione facta ab Imperatore de reb. Imperii: aut leviter tantùm, & temperatè eſt læſum iſthac donatione. Priori caſu poteſt per ſucceſſorem revocari donatio, poſteriori non item. Atq; hanc diſtinctionem firmat text. c. intellecto, ext. de jurejur. c. Paſtoralis, ext. de don. & c. Abbate ſanè, ext. de re jud. Ex hoc ergò diſtinctionis argumento manifeſtum evadit, licitè revocari hanc poſſe donationem, quippe cum non pagum unum atq; alterum, ſed totum Rom. Imp. in partib. occidentalibus Pontifices Romani ex hac donatione ſint adepti, ut patet ex d. can. Conſtantinus, diſt. 96. & d. can. Ego Ludovicus, diſt. 63. Et certè tanta eſt hac donatio, ut ex ea Pontificum

Roma-

*Romanorum potentia, qua hodie fruuntur, nata prædicetur. Atq; ipſi non modò caput omniũ Eccleſiarũ facti videantur, ſed & temporalis gladii poteſtatem ſibi compararint, ut ſcribit Pet. Iacob. Aurel. in aurea practica libellor. Rub. 63. n. 134.*

*Ad hoc deciſionis noſtræ noſtræ argumentum accedit & illud, quod Imp. Romanus juſtum movere poteſt bellum contra peregrinum populum, ad recuperandas res Imperio Romano injuriâ ablatas, can. Dominus noſter, v. Sic gens, & civitas, 23. q. 2. Did. Covar. in c. peccatum, t. de R. I. in 6. ſecunda parte relect. §. 9. n. 4. verſ. Quarta cauſa, & §. 10. n. 3. Oldr. conſ. 72. Bart. in l. Chriſtianis 6. n. 2, & 3. C. de pagan. Innocent. ad c. Quod ſuper, n. 15. extr. de voto, & voti redempt.*

*Confirmat idem pronunciatum & hæc ratio, q. Romanorum Imp. recens electus ſanctè promittit Septẽviris, ſe velle ea bona, quæ ab aliis nationib. occupata ſunt, vel divulſa ab Imperio primoquoq; tempore recuperare, ut arguit formula jurisjurandi Cæſ. apud Schleid. lib. 1. com. pag. 21. fac. 1.*

*Neq; impedit in hac donationis illius revocatione Imperatorem jusjurandũ, quo fidem dedit, tueri ſe velle Pontificem & Eccleſiam Romanam, eiusq; advocatum eſſe, ut ex eadem jusjurandi formula evincitur. Hoc enim juramentum neutiquam ſe extendit ad alienationes in præjudiciũ Imperii Romani illicitè factas, quo minus revocari jure poſſint, d. Intellecto, ext. de jurejurand.*

Neq;

*Neq; etiam impedimento eſſe poteſt huic revocationi jus præſcriptionis ullius; tũ quia præſcriptio etiam temporis immemorialis tantum duntaxat poteſt, quantum ipſa ſpecialis conceſſio, cuius vim habet, c. Super quibuſdam §. Præterea, extr. de verborum ſignificat. & l. 1. §. ultim. ubi Dd. ff. de aqua & aqua pluv. arcend. l. Alienationis verbum 28. in princ. & §. 1. ff. de verborum ſignific. l. Hoc jure, §. Ductus aquæ, ff. de aqua cottid. & æſt. Cùm ergò conceſſione Imperiali ditiones & bona Imperii ad alium transferri populum nequeant, nec certè jure præſcriptionis alienare poſſunt: tum quia præſcriptio quælibet etiam centum annorum, ac temporis, cuius initium memoriam omnium hominum excedit, jure Canonico bonam fidem deſiderat, c. poſſeſſor, Tit. de reg. jur. in 6. & c. ult. extr. de præſcript. qua ipſi Pontifices in detinendis hiſce Imperii Romani partibus nunquam muniti fuerunt, ſiquidem ex propria ſua legiſlatione, quæ eſt in d. c. Intellecto. extr. de jurejur. benè intelligant, ac probè ſciant; bona Imperii illicitè, etiam per ipſos Imperatores alienari: tum etiam quia contra Imperii jura præſcriptio nulla unquam currit, c. cum non liceat, extr. de præſcript. ubi Panormitan. quem ſequitur Frideric. Schenck Baro à Tautenberg ad tit. 14. de feudo Marchiæ, lib. 1. feudor.*

71 *Cæterùm ſi feudum aliquod Imperio ſit apertum*

*tum, quæritur, an Imperator denuò aliquem de eo inveſtire liberè poſſit? Dubium facit, quod in formula jurisjurandi Cæſarei apud Schleidanum lib.1. Commentar. pag. 21. inter cætera tale capitulum extat:* Imperii bona, quæ fortè vacabunt, nemini conferat, ſed ad publicum patrimonium referat[d].

*Sed eo non obſtante reor, integrum eſſe Imperatori, ad Imperium feudo aperto reverſa bona liberè alicui in feudum concedere, per text. in c. 2. extr. de feud. & confert in Aurea Bulla Caroli IV. Tit.* Von Rechten deß Pfaltzgraffen vnd Hertzogen zu Sachſen.

*Nec impedit hanc ſententiam capitulum illud jurisjurandi Cæſarei. Agit enim nominatim de bonis vacantibus, non de feudis Imperio apertis. Bona vacantia dicuntur, quæ defunctus inteſtatus, nullo ſanguinis herede eius, aut bonorum poſſeſſore exiſtente, reliquit, l. 4. C. de bonis vacantibus libr. 10. Cuiuſmodi bona ad Imperii fiſcum pertinent, Tit. 56. Quæ ſint regalia lib. 2. feud. l. 1. §. Divus, 2. & l. Eum 41. ff. de jure fiſci, l. 1. d. l. 4. & l. ult. C. de bonis vacantibus lib. 10. Proindeq; Imperator quisq; vi jurisjurandi ſui, tenetur bona iſthæc ad publicum Imperii patrimonium referre, nec poteſt ea cuiquam abſque Electorum conſenſu conferre.*

*Sed quæſtionis eſt, ſi Vaſallus aliquis Imperii* 72
*ſenex ſit decrepitus, nec filium feudi ſucceſſorem habeat*

*habeat ullum, proindeq́ Imperator Romanus, ſene illo adhuc vivo, ſub conditione mortis ipſius, de eo feudo alium inveſtierit, feudum autem illud, mortuo eo Imperatore feudi inveſtitore, aperiatur Imperio, num alius Imperator ſucceſſor inveſtitoris ex prædeceſſoris inveſtitura feudum illud novo Vaſallo præſtare teneatur, nec ne? Negantem opinionem tutari videtur commune juris pronunciatum, quod nemo ex alterius contractu, aut facto teneatur, l. Actionum 25. ff. de oblig. & act. & §. 1. Inſtit. de actionib. niſi ſit heres defuncti, l. un. C. ut actiones ab heredib. & contra heredes incip. qui heres factum defuncti præſtare tenetur, l. cum à matre, 14. C. de rei vindic. l. ſi ab eo 7. C. de liberali cauſa, l. Ex contractib. 49. ff. de oblig. & act. l. Succeſſores 10. C. de ſolut. l. ſi uxor, l. ſi quis 57. ff. de verborum. obligat. l. 7. C. de bonis autor. Iud. poſſ. & l. venditrici 3. C. de reb. alien. non alien. Imperator verò novus non hereditario jure, ſed ex libera electione Principum Electorum in Imperium ſuccedit, ut patet ex Aur. Bull. Caroli IV. Tit.* Von der Wahl eines Römiſchen Königs. *Confirmat hanc concluſionem & illud, quod ſi Archiepiſcopus, Epiſcopus, Abbas, vel Præpoſitus, de viventis Vaſalli feudo aliquem ſub conditione mortis inveſtiat, & ante decedat, qua feudum illud aperiatur, ſucceſſor ipſius Prælatus novus, qui liberis Capitularium votis eligitur, con-*

firmare

*firmare eam inveſtituram non tenetur, Tit.3. Tit.9. & Tit. 27. §. 1. lib.1. feud. & Tit. 26. §. moribus, & Tit.35. lib.2. feud.*

73 *Etſi verò non leves ſint hæ negantis concluſionis rationes, attamen Dd. communiter aientem ſententiam amplecti nihil dubitant, Curt. Iun. in tract. feud. part.2. q.2. n.8. in fin. mihi pag.167. & poſt alios Schrad. Tract. feudal. part.4. cap. 1. nu.21. hoc moti argumento, quod infeudare ſit de natura & conſuetudine officii Cæſarei. Ex contractu autem Principis, & cuiusq; alterius adminiſtratoris, officii ratione celebrato, teneri quoq; ſucceſſorem eius, per Novell.134. cap.6.*

*Verùm enimverò argumentum hoc procedere non dubito in his, quæ officio Imperatoris neceſſariò incumbunt, puta inveſtire Vaſalli ſucceſſorem de feudo veteri: non etiam in his, quæ in eius tantùm arbitrio & libera voluntate ſunt poſita, veluti feudum Imperio nondùm apertum alii denuò conferre, vel non, dict. c. 2. extr. de feud.*

*Neq; confirmat Dd. cõmunem concluſionem, quod ſi dominus feudi laicus inveſtierit aliquem de feudo Vaſalli viventis, qui feudi ſucceſſorem legitimum habet nullum, & moriatur, priuſquam decedat feudi poſſeſſor ille, heres eius feudum illud, mortuo demum eo feudi poſſeſſore novo, per defunctum dominum inveſtito Vaſallo præſtare cogitur, per text. in dict. Tit.3. verſ. ult.*

*Tit.9.*

Digitized by Google

*Tit. 9. & Tit. 27. lib. dict. Tit. 35. in prin. lib. 2. feud. His enim locis agitur de inveſtitoris ſucceſſore, qui jure hereditario ſuccedit, non etiam eo, qui ex libera aliorum electione defuncto domino ſurrogatur.*

74 *Opportunè hoc loco & illa moveri poteſt quæſtio, poſſitne Imperator Romanus, pro ſua poteſtate Cæſarea, rem alienam invito domino, vel poſſeſſori auferre; & alii cuidam in feudum concedere? Aientem ſententiam ſuadere videtur non ſolùm, quod Imperator dicitur mundi dominus, dict. l. deprecatio, 9. ff. de leg. Rhod. de jactu, quodq́; omnia Principis eſſe dicuntur, l. 3. verſ. Quæ enim differentia, C. de quadrien. præſcript. Sed & illud maximè, quod Princeps Romanus dicitur legib. ſolutus, l. Princeps. 31. ff. de legibus quodq́; cùm alterius etiam incommodo jus aliquod concedere alii poſſe dicitur in l. 2. §. Si quis à Principe, 16. verſ. Niſi fortè, ff. Ne quid in loco publ.*

*Verùm his argumentis non obſtantibus contraria negans concluſio veriſſima eſt, Imperator enim ne quidem natalium reſtitutione patrono invito jus patronatus auferre poteſt, l. ultim. in princ. ff. de natalibus reſtit. neque Principi Romano poteſtas data eſt eripiendi alicui jus ſuum contractu quodam adquiſitum, l. 3. C. de reſcind. vendit. Accedit huc quod etiam Principi Romanorum feudi domino jus denegatum eſt pri-*

vandi

*vandi vaſallum, abſque juſta cauſa feudo ſuo, tit. 7. lib. 1. feud. Quodq́; Vaſalli defuncti filium naturalem, in præjudicium agnatorum, feudi ſucceſſorum, legitimare Princeps ad feudi illius ſucceſſionem nequit, ut planum eſt ex iis, quæ ſcripta reliquerunt Dd. noſtri, in l. Gallus 29. §. Et quid ſi tantum, ff. de liber. & poſt. & Bald. conſil. 19. verſ. His præmiſſis, lib. 4. Confert eodem vulgata illa juris regula. Id quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alium transferri non poteſt, l. Id quod noſtrum, 11. ff. de Regul. Iur. Quæ regula, cum ex naturali ratione robur ſuum habeat, perpetua eſt, §. Sed naturalia, Inſtitut. de jur. natural. gent. & civil. Proindeq́; in Principis quoque perſona obtinet, ut contra alios peritiſſimus Iuriſconſultus Hiſpanus Didac. Covarruv. docet lib. 3. variar. reſolut. cap. 6. num. 8. & in c. peccatum, de regul. jur. in 6. part. 2. §. 11. num. 3. & in Epitom. de ſponſalib. 2. part. cap. 6. §. 9. num. 3. & 4. Et dignus certè non eſt Principis nomine, ſi naturali ratione parere neget, Can. ult. 2. quæſt. 1. Habet enim jurisdictionem ſuam & poteſtatem à Deo, non ut peccatis indulgeat, ſed naturalis rationis dictamen ſequatur. Bart. in l. ult. n. 2. C. ſi contra jus, vel utilitat. publ. & refert Pariſ. conſil. 12. Incipient. Tranſactio iſta celebrata, num. 200. vol. 2.*

*Quinetiam ne quidem ex cauſa utilitatis publicæ alii ſuum Princeps auferre poteſt, ſine*



Digitized by Google

*pretii ſolutione, l. venditor 13. §. 1. ibi, invito te, nec privato, nec publico nomine, ff. communia prædior. l. 2. ubi Bald. Cod. pro quibus cauſis ſervi pro præmio libertatem accipiunt, Dd. in c. Quæ in Eccleſiar. extr. de conſtit. Iaſ. in l. 3. n. 36. & ſeq. ff. de offic. prætor.*

*Poſtremò quia Romano Imperatori, jure quoque publico, Iudex eſt conſtitutus, ſi eius maieſtatem convenire in Iudicio quis velit, Elector ſcilicet Palatinus Rheni, Aurea Bulla Caroli IV. Tit.* Von Rechten deß Pfaltzgraffen/ §. Und wiewol/ *evincitur inde quod ei liberum non ſit impunè alii ſuum auferre. Pertinet eodem, quod non niſi autoritate judiciali exigere poteſt, quod ſuæ maieſtati à quoquam deberi, ut teſtatur jusjurandum Cæſareum apud Schleid. lib. 1. commentar. pag. 21.*

76 *Non tutatur adverſam opinionem ratio eius prima ex d. l. deprecatio 9. ff. de leg. Rhodia de jact. Nam, ut & ſupra expoſui, eo loco Imperator dicitur mundi Dominus, non quod res omnes, quæ ſunt in mundo, id eſt, orbe ſive imperio Romano, jure dominii, ſive proprietatis poſſideat, ſed quod eas Imperio, id eſt, juriſdictione, & protectione poſſideat ac gubernet, ut poſt alios, quos citavi ſuprà, docet etiam Cuiac. lib. 15. obſervat. cap. 30. in fin. & prolixè Gothofred. ad Novell. 105. in fin.*

Quod

Digitized by Google

*Quod attinet textum in l. 3. verſ. Quæ enim differentia, C. de quadriennii præſcript. Vbi omnia Principis eſſe dicuntur, nihil locus ille negotii nobis facit, verbo enim* omnia, *non ſignificantur ea, quæ cuiusq; civis Romani propria ſunt, ſed ut textus legis ipſe arguit, & propria, & fiſcalia Principis bona. Et licet nec fiſcalia bona propriè ſint Principis, ut Maximiliani, Ferdinandi, vel Rudolphi, cùm ea Cæſaris poſſeſſionibus opponantur in l. 3. §. penultim. ff. de jure fiſci: dicuntur tamen Principis eſſe, ut Principis, duplici ex cauſa. Primò quod in uſum Principis, ſive Imperatoris Romani in ſignum ſupremæ eminentiæ ei reſervata ſunt, ut arguit text. in Conſtit. Frider. Imp. de pace conſtant. §. Volumus ut regalia, & Receſſus Imperii de Anno 1576. §.* Dardurch dann / *ibi,* zu Unſer Keyſerlichen Hochheit unnd Reſervaten. *Deinde quod non, niſi Imperator Romanus, ea concedere aliis poteſt,* Reichs Abſchied *de Anno 1530. in fin. pag. 235. ibi,* So Regalien von Uns / oder dem Heiligen Römiſchen Reich hat. 77

*Sed quæ mens ſit d. l. Princeps. 31. ff. de legibus diſquiſitionis eſt latioris, Princeps, ait ibi Vlpianus, legibus ſolutus eſt. Hanc definitionem alii aliter intelligunt. Græci interpretantur de pœnaribus legibus, quibus ſolis Principem ſolutum dicunt. Sed hæc meritò rejecta ſententia Cuias.* 78

*lib.15. obſervat. cap. 30. de Caducariis intelligit legibus Vlpianum Iuriſconſultum. Verùm quia non his tantum Pœnariis, & Caducariis legibus Princeps eſt exemptus, ſed & quibuſdam aliis legibus, ut evincitur ex l. apud eum, 14. §. 1. ff. de manumiſſ. l. Quod Principi 56. ff. de legat. 2. l. 3. C. de teſtament. & l. Ex imperfecto, 23. ff. de leg. 3. meritò utramque illam interpretationem reiicimus.*

*Non deſunt, qui Vlpianum ex audiendum putant de ſolennibus tantum juris, à quorum obſervatione liberum pronunciant Principem, in quorum etiam numero eſt Coraſius lib. 2. miſcell. cap. 25. Ferdinand. Vaſq. lib. 1. controverſ. illuſt. cap. 26. num. 15. Donell. lib. 1. Commentar. cap. 17. in princ. Sed & horum error deprehenditur ex d. l. Quod Principi, 56. ff. de leg. 2. quæ oſtendit, licet ex lege Papia ſint in cauſa caduci legata, ſi vivo teſtatore moriatur legatarius; id tamen quod Principi legatum eſt, qui vivo teſtatore, atque ita antequam dies legati cederet, ab hominibus ſit ereptus, deberi tamen eius ſucceſſori Principi alii. Quæ ſententia quoque videtur eſſe d. l. Princeps 31. ff. de legibus ut non obſcurè arguit, quod etiam hæc lex pertinet ad legem Juliam & Papiam, ut eius inſcriptio teſtatur, ſic & dict. leg. Quod Principi 56. ff. de legat. 2. pertinet ad eaſdem illas leges, ut arguit & eius inſcriptio.*

Qui-

*Quidam verò diſtinguunt inter legis vim coactivam, & vim legis directivam; ab illa Principem liberum, huic verò eum aſtrictum tradūt, Didac. Covar. ad c. Alma mater, part. relect. 1. §. 1. n. 3. Tit. de ſent. excommunicationis, in 6. Fachin. lib. 1. controv. c. 2. Sed & hanc nō injuria repudiamus opinionem; tum quia à quarundam legum obſervatione omninò liber eſt Princeps, d. l. Apud eum 14. §. 1. ff. de manumiſſ. & dict. l. Quod Principi, 56. ff. de legat. 2: tum etiam quia invitus cogi poteſt Princeps autoritate judiciali, ut quod debet alii, præſtet, ſiquidem ei conſtitutus ſit Iudex, coram quo conveniri poteſt, Elector ſcilicet Palatinus, ut patet ex Aurea Bulla Caroli IV. Tit.* Von Rechten deß Pfaltzgraffen/ *§. ultim.*

*Nonnulli autem ſcribunt, Principem quidem videri ſolutum legibus, ſed eum revera non eſſe legibus ſolutum. Ita ſentit Gothofredus in Notis ad Novell. 105. per l. Ex imperfecto, 23. in fin. ibi, eas ſervare leges, quibus ipſe ſolutus videtur, ff. de leg. 3. Sed quamvis verbum* videri *ſæpenumero improprietatis ſit nota, l. 1. §. Dejeciſſe 12. ff. de vi & armata & l. Ædificia 139. §. 1. ff. de verborum ſignificat. quandoque tamen veritatis & dictio, ut in l. Qui occidit 30. §. ſi quis alienum 2. ff. ad legem Aquiliam. & §. Quædam actiones, Inſtitut. de actionibus & l. ſi quis fundum, 37. ff. de contrahend. empt. Sic pro* 79

*veritatis nota haberi debet in d. l. ex imperfecto 23. ff. de legat. 3. verba enim* Eas ſervare leges, *oſtendunt quibuſdam legibus ſolutum eſſe Principem, quibuſdam verò alligatum: alioqui enim non dixiſſet Paulus Juriſconſultus:* Eas ſervare leges. *ſed ſimpliciter* ſervare leges. *Dictio quippe demonſtrativa* eas *manifeſtè implicat excluſionem quarundam legum aliarum, Caſparus Caballinus, Tract. de eo, quod intereſt, nu. 160. pag. 233. Cùm ergò quibuſdam legibus ſolutus ſit Princeps, ut quæ de juris ſolennitatibus agunt, l. 3. C. de teſtam. & d. l. Apud eum 14. §. 1. ff. de manumiſſ. & de huius generis legib. loquatur etiam Juriſconſultus Paul. in d. l. ex imperfecto 23. ff. de legat. 2. certè verbum* videri *in ea lege veritatis non improprietatis eſt dictio. Et licet demus, verbum illud* videri *improprietatem ſignificare in ea lege, & verbo* leges *denotari eas leges, quib. revera ſolutus non eſt Princeps: Certum eſt tamen, quod Imperator Roman. quibuſdam legib. planè eſt exemptus, ut quæ in alicuius actu privato quandam ſolennitatẽ deſiderant, qualis actꝰ eſt teſtamenti factio, d. l. 3. C. de teſt. itẽ ſervi proprii manumiſſ. d. l. apud eũ 14. §. ff. de manumiſſ.*

*Aliqui verò ex Interpp. noſtris arbitrantur Principem naturalib. tantùm eſſe alligatum legibus, civilibus verò ſolutum, Franciſc. Connan. lib. 1. Commentar. cap. 16. n. 10. Mynſing. in Epiſtola dedicatoria, Reſponſis ſuis præmiſſa.*

*Sed*

*Sed & hanc erroneam eſſe opinionem vel ex eo conſtat, quod lege Falcidia, quæ civilis eſt, Princeps ſolutus non eſt, l.4.C.ad l.Falcid. neque etiam ſolutus eſt lege Glicia, l. Papinianus 8. §. ſi Imperator, 2.ff.de inoffi. teſtam. Vbi Iuriſconſultus dicit, quod licet Imperator heres inſtitutus ſit, poſſe tamen teſtamentum dici inofficioſum.*

*Eſt & alia opinio exiſtimantium, quod Princeps omnib. & quibuſcunq; legibus ſolutus ſit, cui opinioni ſubſcribit quoq; Dominus Vulteius ad §. ſed & quod Principi placuit, n. 5. verſ. rectius itaq; mihi feciſſe videntur, Inſt. de jur. nat. gent. & civili, arbitrariq; videntur, quod & naturalibus legib. ſit exemptus Imperator, cum in ſuæ opinionis patrocinium advocent text. in Nov. 105. c. 2. in fin. ubi Iuſtinianus dicit, Deum Imperatori ipſas ſubieciſſe leges, certumq; ſit, quod non modò civilium, ſed & maximè naturalium legũ cuſtodem & executorem Deus conſtituerit magiſtratum, ut evincitur ex Deut. c. 17. Pſ. 2. Levit. 34. Eſaiæ 49. & ex Epiſt. Paul. ad Rom. 13.*

*Sed impium eſt, affirmare Principem naturalibus ſolutum eſſe legibus, ſiquidem hæ divina quadam providentia ſint conſtitutæ, proindeq; immutabiles, & vires ſuas exerant in omnem omnemq; hominem, §. Sed naturalia, Inſtit. de jur. nat. gent. & civili. Neq; ſalva juris autoritate generaliter dicere poſſumus, quod ſolutus ſit Princeps omnibus civilib. legibus, cum ex clariſſima*

*legiſlatione Divi Hadriani, & Alexand. Impp. planiſſimum ſit, quod etiam in legato, Imperatori, quod eſt relictum, lex Falcidia, quæ civilis eſt, locum habeat, d. l. 4. C. ad legem Falcidiam ubi Alexand. Imp. Et in legatis, ait, Principi datis, legem Falcidiam locum habere* meritò *Divo Hadriano placuit. Notandum quod ait Im-*
80 *perator* Meritò, *eſt enim* Meritò † *idem quod jure, ex debito, lege deſiderante, l. Meritò 51. in pr. ff. pro ſocio, l. cum de lege 17. ibi, meritò condemnabitur, ff. de probat. l. 1. in pr. ibi, meritò judicium datur. ff. Quod juſſu, l. 1. in fin. ff. de loco publico, l. 3. §. plane 2. ff. de penu leg. Si ergo jure, & lege deſiderante Imperator leg. Falcidiam, id eſt, quartæ partis relicti legati detractionem pati cogitur, in eius certè voluntate & arbitrio poſitum non eſt, velit, nolitvé diminutionem hãc admittere. Quocirca hac civili lege Imperator ſolutus non eſt. Neq. ſolutus eſt lege Gilicia, qua inofficioſi teſtamenti querela data dicitur. Etſi enim Imperator teſtamento alicuius heres ſcriptus ſit, nihilominus tamen per querelam inofficioſi, poteſt reſcindi teſtamentum illud, ſi filius immeritò ſit exheredatus in eo, d. l. Papinian. 8. §. ſi Imperator 2. ff. de inoffic. teſtam.*

*Et fruſtra etiam hîc nobis occinitur, non jure, & ex legis præcepto, ſed ex Principis heredis, inſtituti arbitrio, benignitate, ac humanitate locum habere inofficioſi querelam, verba enim*

§. illius

Digitized by Google

§. *illius hæc ſunt*; Si Imperator ſit heres inſtitutus, poſſe inofficioſum dici teſtamentum ſæpiſſimè reſcriptum eſt. *Ecce reſcriptis Imperatorum eſt cautum, & jure definitum, ut locus ſit querelæ, etiamſi Imperator hæres teſtamento inſtitutus ſit. Si querela hæc etiam in propoſito caſu, juris eſt, & legis: non eſt certè ſolius voluntatis ſive arbitrii Imperatoris.* †*Et notandum quoque in eo §. verbum* poſſe, *ſi poteſt filius inſtituere querelam inofficioſi teſtamenti licet in eo heres inſtitutus ſit Imperator, certè id poteſt ſuo jure, & quidem invito, ac reluctante Imperatore. Id enim poſſe quis creditur, quod poteſt invito adverſario, & nemo dicendus eſt poſſe id, qui prohiberi ab alio poteſt, quo minus id poſſit, Donel. ad l. Eum qui Kalendis 41. nu. 47. ff. de verb. oblig. Sic ex ſtipulatione hac;* mihi aut Titio dabis, *dicitur Titio ſolvi poſſe. l. Quod ſtipulatus 10. & l. Si ita ſtipulatus 59. ff. de ſolutionibus, & quia poteſt ſolvi Titio, poteſt ei ſolvi etiam me invito, §. Planè ſolutio, Inſtit. de inutilib. ſtipulat. & l. verò 12. §. 1. ff. de ſolutionib. Sic etiam qui alienativè Stichum aut Pamphilum promiſit, is poteſt eligere, utrum ſolvere velit, etiam invito creditore adverſario, l. 2. §. Scævola, ff. de eo quod certo loco.* 81

*Ut autem meum quoque hîc interponam judicium, ſic ſentio, pro Regula habendum, legibus naturalibus omnibus Principem Romanorum* 82



Digitized by Google

*eſſe alligatum. Eſt enim naturæ lex non ab homine, ſed providentia Dei conſtituta, §. Sed naturalia, Inſtit. de jur. natural. gent. & civili, & omnibus hominibus à Deo data, l. Omnes 9. verſ. Quod verò, ibi, naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, ff. de juſt. & jur. atq; in cordibus omnium hominum ſcripta, Paul. ad Romanos, cap. 2. verſ. 14. & 15.*

*Quod attinet civiles leges, ſimiliter hîc regulam conſtituo hanc:* Princeps legibus ſolutus eſt, *cum enim hoc enunciatum, non modò ſit propoſitum ſub generali titulo. ff. de legibus, ſed & generalib. illis verbis in d. l. Princeps 31. conceptum: patet inde, quod pro regula haberi debeat. Verùm ut omnis alia juris regula facilè ſubvertitur, l. Omnis definitio 202. ff. de reg. Iur. aeviatur in aliquibus caſibus, ſuumq; officium perdit, l. 1. in fin. ff. d. t. Sic & hæc regula perpetua nõ eſt. Procedit primùm & vera eſt de legibus civilib. quæ ad actum aliquẽ juris ſolennia deſiderãt, l. 3. verſ. licet, ibi, lex Imperii ſolennibus Iuris Imperatorem ſolverit, C. de teſtam. Unde ſi Imperator teſtamentum condere velit, non tenetur ſervare in eo teſtamentorum ſolennitates, ut argumento l. Omnium 19. Cod. de teſtament. communiter tradunt Dd. quos refert & ſequitur Ferdin. Vaſq. libr. tertio de ſucceſſ. creator. §. 26. numer. 1. & 8. Et valet Principis donatio omnis etiam citra inſinuationis ſolennia, l. San-*

*l. Sancimus 34. in prin. verſ. exceptis, C. de donationibus.*

*Sententia quoque Principis ſubſiſtit, etiamſi non ſit ex ſcripto recitata, gl. in c. Inſtitutionis 25. quæſt. 2. & gl. in c. fin. de re Iud. in 6. Et quamvis ordo judiciarius non ſit ſervatus in judicio, cui ipſemet præſedit Princeps; attamen valet ſententia à Principe lata, c. ad petitionem, extr. de accuſat. Vaſq. dict. §. 26. numer. 17. Similiter cum ſervum proprium manumittit Princeps, ſine omni manumiſſionis ſolennitate, eum efficere liberum poteſt, d. l. Apud eum 14. §. 1. ff. de manumiſſ.*

*Deinde eadem illa regula pertinet etiam ad alias civiles leges, quæ juris ſolemnitatem non requirunt, ut ſunt leges caducariæ, puta lex Iulia & Papia, de quibus maximè intelligendus Vlpianus Iuriſconſultus in d. l. Princeps 31. ff. de legib. ut eius legis inſcriptio teſtatur. His legibus cautum erat, ut ſi vivo teſtatore legatarius moriatur, legatum relictum in cauſa ſit caduci, id eſt, fiſco obnoxiũ fiat, l. un. & ibi Cuiac. in paratit. C. de Caduc. tollend. Sed his etiam legibus Princeps ſolutus erat, legatum enim Principi relictum, etiamſi ille decederet, vivo adhuc teſtatore, attamen non fiebat caducum, ſed ſucceſſori Principis debebatur, l. Quod Principi 56. ff. de leg. 2. Et licet Iuſtiniani conſtitutione in d. l. un. C. de Caduc. tollend. ſublatæ ſint caducariæ*

illæ

*illæ leges, ſiquidem ex ea Iuſtiniani legiſlatione, legatum eiuſmodi non amplius fiſco cedat, ſed apud heredem teſtatoris maneat, d. l. un. §. pro ſecundo 4. C. d. t. hac tamen Iuſtiniani lege ſolutus eſt Princeps, cui ſit datum ſit legatum, ſed antequam dies legati cedat, ab hominibus eripiatur, legatum eius ſucceſſori non teſtatoris heredi debetur, d. l. Quod Principi 56. ff. de leg. 2. quæ lex cum nominatim abrogata non ſit, per d. l. unic. C. de caduc. tollend. vires ſuas adhuc obtinet, per regulam in l. Præcipimus, 32. §. ult. C. de appellat. & c. 1. tit. de conſtit. in 6.*

*Ad hæc, lege civili cautum eſt, ne conſules pro ſuo arbitrio miſſilia in vulgus jactent, hac tamen lege ſolutus eſt Princeps, Nov. 105. Miſſilia ſunt res illæ, & maximè pecuniæ, quas magiſtratus, puta Prætores, & Conſules in Vulgus jactare, & ſpargere ſolebant, §. Hoc amplius, Inſtit. de rer. diviſ. junct. l. 2. & Rubr. Tit. Cod. de conſulibus, & non ſpargendis ab iis pecuniis, lib. 12. Martianus quidem Imperator conſtituit, ne quid deinceps conſules in populum ſpargerent, d. l. 2. C. d. t. Imperator verò Iuſtinianus eam corrigens legem, permiſit Conſulibus miſſilia in vulgus jactare, ſed ad certum duntaxat modum, & ſepties tantùm in anno. Verùm licet & ipſe Iuſtinianus Conſul crearetur, ab hac tamen lege civili nominatim ſe exceptum voluit, dict. Novel. 105. cap. 2. in fin. Eſt ergo & hac de miſſiliis*

*non*

*non ſpargendis lege civili ſolutus Romanorum Princeps. Eſt item lege civili donatio irrita, quæ fit à patre in filiumfam. l. Cùm de bonis, 11. C. de donat. l. Donationes 25. C. de donat. inter vir. & vxor. Sed hac lege ſolutus eſt Princeps, qui ſi donationem conferat in filiumfam. rata eſt donatio, Menoch. lib. 3. præſumpt. præſumpt. 29. nu. 97. Andr. Geil. lib. 2. obſer. obſer. 38. nu. ult.*

*Ex his adductis exemplis omnibus & variis planum eſt, hanc eſſe juris regulam,* Princeps legibus ſolutus eſt, *proindeq; non de ſolis pœnariis, neque tantùm de caducariis legibus, ut nec de illis ſolùm, quæ ad actum quendam juris ſolennia exigunt, intelligi debet. Ex prædictis eorum quoque arguitur error qui ſentiunt, Principem videri, at non eſſe legibus ſolutum.*

*Cæterùm regula iſthæc vitiatur, & perdit ſuum officium in legibus quibuſdam, quibus revera alligatus eſt Princeps. Lege enim Falcidia Principem quoque teneri, ſi ei legatum ſit relictum, arguit expreſſus textus in d. l. 4. C. ad leg. Falcid. Principem quoque alligatum eſſe legi Gliciæ, teſtatur diſertè textus in d. l. Papinianus, 8. §. 2. ff. de inoffic. teſtam. Exiſtimant quidem nonnulli Interpretes, generalem regulam, qua Princeps legibus ſolutus dicitur, non vitiari in caſibus duarum illarum legum, verùm errore ducuntur, ut ex verbis earundem legum ſupra oſtendi.* Per-

Digitized by Google

*Perdit quoque officium ſuum eadem illa generalis regula, ſi Imperatori relicta ſit hereditas, vel datum legatum aut fideicommiſſum in teſtamento imperfecto. Nam lex civilis, quæ jubet, inutile teſtamentum eſſe, quod eſt imperfectum, & non omnibus ſuis ſolennitatibus abſolutum, l. Si is 25. ff. Qui teſtam. facere. poſſ. & l. Hac conſultiſſima 21. §. Ex imperfecto. 1. C. de teſtam. procedit quoque in eo teſtamento, in quo Princeps eſt heres inſtitutus, l. 3. C. d. t. §. ult. Inſtit. Quib. modis teſtam. infir. & in quo Principi eſt legatum aut fideicommiſſum datum, l. Ex imperfecto 23. ff. de legat. 3.*

83 *Autumant aliqui, regulam noſtram,* Princeps legibus ſolutus eſt, *nec in his caſibus vitiari, & officium ſuum perdere, ſed quod ex teſtamento imperfecto neque hereditatem, neque legatum Princeps capere dicatur, id ſolius eſſe arbitrii, voluntatis & humanitatis Imperatoris, cui quid datum eſt teſtamento, non etiam legis eſſe conſtitutæ. Sed horum error convincitur ex d. l. 3. C. de teſtam. & d. l. Ex imperfecto, 23. ff. de leg. 3. Priori loco Imp. Alexand. Ex imperfecto, ait, teſtamento, nec Imperatorem hereditatem vindicare poſſe, ſæpè conſtitutum eſt. Notandum quod ait,* ſæpe conſtitutum eſt. *Hinc enim manifeſtò apparet, non ſolius arbitrii Principis eſſe, ſed conſtitutionis ac legis ſæpius repetitæ, quod nec Imperator ex imperfecto teſtamento quid*

cape-

capere poteſt. Similiter notandum eſt, quod dicit Alexand. Imp. nec vindicare Imperatorem poſſe. Si non poteſt Imperator vindicare hereditatē ex imperfecto teſtamento, certè id non poteſt, lege ita volente, quæ hac de re nominatim conſtituta eſt & nō eſt in ipſius arbitrio poſitum, velit, noluitve ex imperfecto teſtamento hereditatem capere. Illud enim non poſſe dicimur, quod jure non poſſumus, l. filius 15. ff. de cond. Inſtit. l. Nemo poteſt. 55. ff. de leg. 1. & l. Nepos 125. in fin. ff. de verb. ſignif. Poſteriori loco in d. l. ex imperfecto 23. ff. de leg. 3. Paulus Iuriſconſultus, Ex imperfecto, ait, teſtamento, legata vel fideicommiſſa Imperatorem vindicare poſſe inverecundum eſt. Inverecundum quod eſt alicui, id ei jure licitum dici non poteſt. Quod enim lege permiſſum eſt, reprehenſionem meretur nullam; l. Grachus 4. C. ad leg. Iul. de adulter. & l. ult. ubi Bart. ff. Quod quiſque juris in alterum ſtatuerit. Cùm ergò, teſte Paulo Iuriſconſulto, inverecundum ſit Imperatori, ex imperfecto teſtamento vindicare legatum, eſt certè ei inverecundum ex legis diſpoſitione: legis autoritas in cauſa ut ſit, neceſſe eſt, quod inverecundè petit Imperat. legatum ex teſtamento imperfecto. Si lex permitteret ipſi vindicare legatum, ex imperfecto teſtamento ſi peteret, nentiquam ei inverecundum id dici poſſet.

Non

84 *Non obſtat, quod aliquid licitum eſſe poteſt, quod idem tamen honeſtum non ſit, l. Non omne 144. & l. Semper in coniunctionibus 197. ff. de reg. jur. & l. Semper in coniunct. 42. ff. de ritu nupt. Nam licere illud intelligitur dictis locis, quod neque legibus, neque moribus facere prohibemur: prohibemur tamen id facere alia juris parte, puta æquitatis, ſive honeſtatis ratione, Petrus Faber ad d. l. In coniunctionibus, 197. in princ. ff. de reg. jur. quamvis interdum verbo* licere *non juris ſcripti permiſſio, ſed factum cuiuſque etiam jure prohibitum ſignificetur, ut in-*
85 *fra oſtendam. Tres † ſunt juris noſtri partes, lex ſcripta, conſuetudo ſive mos, & æquitas non ſcripta, l. 2. §. Quanquam, ibi, hæc æquitas ſuggerit, etſi jure deficiamur, ff. de aqua & aqua pluv. arcend. & l. placuit. 8. C. de judiciis. Connanus quoque lib. 1. Commentar. cap. 10. nu. 3. tres juris partes conſtituit: legem ſcriptam, conſuetudinem, & æquitatem. Cæterum voce* inverecundum *in d. l. ex imperfecto 23. ff. de legat. 3. non ſignificatur tertia illa juris pars, æquitas ſcilicet, ſive honeſtas, ſed jus ſcriptum. Specialibus enim conſtitutionibus civilibus cautum eſt, ne Imperator ex teſtamento imperfecto quid capere poſſit, d. l. 3. C. ibi, ſæpe conſtitutum eſt, C. de teſtam. & l. Cùm heredes 7. C. Qui teſtam. facere poſſunt.*

*Et agimus hîc de legibus civilibus, non de æquita-*

*quitate naturali, qua etiam Princeps tenetur, ut ſupra oſtendi. Legis eſt civilis quod ex imperfecto teſtamento neq; hereditas, neq; legatum capi poteſt, cum tamen jure naturæ teſtamentum ex ſola teſtatoris voluntate conſiſteret. Inverecundum verò eſt Imperatori ex imperfecto teſtamento hereditatem, vel legatum vindicare, ergò lege ſcripta id ei inverecundum eſt.*

*Porrò cum innumeræ leges civiles indefinitè ſint ſcriptæ, & neque ad Imperatorem, neq; ad privatos ſpecialiter directæ, non immeritò hic quæritur, ſitne & illis Princeps ſolutus, vel alligatus? De hac quæſtione ſentio. Si leges ad quendam actum requirunt ſolennia Iuris, Princeps legibus illis ſolutus eſt, ſi ipſemet Princeps eiuſmodi gerat actum, ut ſcilicet non teneatur adhibere ea ſolennia, ſed actus Principis valeat etiam ſine ſolennitatibus illis, per text. in d. l. 3. ibi,* lex Imperii ſolennibus juris Imperatorem ſolverit, *C. de teſtam. & d. l. Apud eum 14. §. 1. ff. de manumiſſ. Si verò actus ille geratur ab alio, licet concernat idem actus Principem, ut ſi quiſpiam in teſtamento ſuo Imperatorem inſtituat heredem, aut ei legatum det, teneri eiſdem legibus etiam Principem, ut ſi is, qui actum gerit, non adhibeat Iuris ſolennia, inutiliter agat, licet Principis nomine actus ille fiat, per text. in d. l. Cùm heredes 7. C. Qui teſtament. facer. poſſ. d. l. 3. C. de teſtam. & d. l. Ex imperfecto,* 88

*23. ff. de legat. 3. & §. ult. Inſt. Quibus modis teſtam. infirm.*

*Quod ſi leges civiles nihil de ſolennibus juris agant. ſed quid aliud ſpectent, reor omninò, his quidem legibus ſolutum videri Principem, ſtricta juris ratione inſpecta, at revera Principem illis ſolutum non eſſe. Videtur inquam, his legibus ſolutus Princeps, ut & Paulus Iuriſconſultus loquitur, in d. l. ex imperfecto 23. ff. de legat. 3. Cùm enim harum legum fons & autor ſit Princeps, non ſibi, ſed aliis eas condidiſſe leges cenſetur, ſiquidem in omni oratione loquentis perſona excepta videatur, l. inquiſitio 18. C. de ſolut. & neque imperare ſibi, neque ſe prohibere quiſquam poſſit, l. pen. ff. de arbitr. Verùm inſpecta rei veritate etiam Princeps hiſce legibus ſuis alligatus eſt. Nam & legiſlator ſuis quoque legibus propriis tenetur, l. unic. §. Similiq; modo, ubi Bald. nu 1. C. de latin. liber. tollend. Ac populus Romanus Imperium ſuum ac poteſtatem contulit non modò ipſi Principi, ſed & in Principem ipſum, ut & is huic etiam poteſtati, & imperio ſubſit, l. 1. in prin. ibi, populus ei, & in eum, ff. de conſtit. Princip. & §. ſed & quod Principi, ibi, populus ei, & in eum, Inſtit. de jur. nat. gent. & civil. quo ſenſu dicta loca accipit quoque Cuiac. lib. 15. obſer. cap. 30. his verbis: Quinimò ut populus ipſe ſuis legib. tenebatur, ita & Princeps, cui & in quem populus omne ſuum imperium*

*rium contulerat, adeò ut & poteſtas Principis & in ipſum Principem eſſet. Accedit huc, quod lex quælibet commune eſt præceptum, l. 1. & l. 2. ff. de leg. ut proinde etiam Principem ipſum Autorem ſuum concernat. Et quia æquum eſt, imò ſummæ æquitatis, ut qui aliis jus ſtatuit, ſibi quoq; idem jus dixerit, nec aſpernare debeat, eodem uti jure, l. 1. in princ. ff. quod quiſq; jur. in alterum ſtatuerit, ut ipſe eodem utatur; certè idem etiam & multò magis de Principe intelligi debet, ſiquidem ille inprimis æquitatē amplecti, ac colere teneatur. Quando enim apud Senecam in Octavia actus 2. Scena ult. Nero quærit,* Prohibeor unus facere, quod cunctis licet? *Reſpondet ei Seneca,* Maiora populus ſemper à ſummo exigit.

*Confirmat porrò pronunciatum hoc noſtrum text. in d. l. ex imperfecto 23. ff. d. leg. 3. ubi Paulus Iuriſconſultus, decet, ait, tantæ maieſtati eas ſervare leges, quibus ipſe ſolutus eſſe videtur. Notandum quod ait Iuriſconſ.* Decet tantæ maieſtati. *Si decet maieſtatē Cæſaream eas quoq; ſervare leges, quibus ipſe ſolutus videtur, ſanè ex legis pſcripto & juris neceſſitate has quoq; leges ſervare tenetur. Verbū .n.* decet, *in legis diſpoſitione neceſſitatis ſignificationē habet, & idē ſignificat* ꝙ oportet, *l. ult. ibi, decet redemptos datum ꝓ ſe pretiū emptorib. reſtituere, C. de poſtli. rev. & c. decet, tit. de reg. jur. in 6. Sic etiā apud alios* 87

*probatos autores latinos verbum* Decet, *idem denotat plerumq; quod* Oportet, *& juris ſignificationem habet, quid ſcilicet ex juris præſcripto quemq; deceat, ut quando Cicero pro Rabirio poſthumo. Hic jam, inquit, Iudices, veſtri conſilii res eſt, veſtræ ſapientiæ; quid deceat vos, non quantum liceat vobis, ſpectare debetis, &c. Vbi verbum* deceat, *opponitur verbo* liceat, *atque hoc poſteriori factum denotatur, quam ſcilicet licentiam ſibi Iudices pro ſuo libitu vindicare poſſent; Illo autem priori ſignificatur juris præſcriptum, ut ſequentia Ciceronis verba teſtantur; hæc ſcilicet;* Si enim quid liceat quæritis, poteſtis tollere è civitate, quem vultis, &c. ubi eſt igitur ſapientia Iudicis? in hoc ut non ſolùm quid poſſit, ſed etiam quid debeat, ponderet. *Ecce in hac oratione dictio* poſſit, *opponitur dictioni* debeat, *illo ſignificatur quid liceat, id eſt, facti licentia, hoc autem quid jure deceat, ut præcedentia arguunt. Certum autem eſt quod verbum* deberi *neceſſitatem ſignificet l. 1. in princ. & ibi gl. ff. de edend. l. 1 §. 1. ff. Quod quiſque jur. in alterum ſtatuerit, l. debitor 109. ff de verb. ſign. Schrad. in tractat. feud. part. 10. ſect. 15. nu. 15. Gabriel. Mudæus, in §. Curare autem debet, nu. 10. Inſt. de actionib. Docet quoq; Bart. in l. Stipulatio iſta 38. §. Hi qui ſunt, n. 3. ff. de verb. oblig. verbum* licere, *duob. modis intelligi, uno, quod licet de jure,*

*re, altero, quod de facto licet. Seneca itē in Octavia actu 2. in ſcena per age,* Id facere, *inquit,* laus eſt, quod decet, non quod licet. *In qua ſententia verbum* decet *juris, proindeq́ꝫ neceſſitatis ſignificativum eſt, verbo autem* licet *facti licentia denotatur, ut quādo quis ſibi ſua aſſumit voluntate, quod jus nō permittit. Facere enim quod jure licet, ſimiliter laus eſt, cum vituperium non ſit. Et quando Claudianus Honorium his admonet verbis:*

——————————Sed comprime motus
Nec tibi quid liceat, ſed quid feciſſe decebit,
Occurrat, mentemque domet reſpectus honeſti.

*Verbo* decebit *ſignificat id quod juris autoritas poſtulat, dictione autem* liceat, *facti ſolùm licentia juri adverſa denotatur. Non enim veriſimile eſt, quod his verbis,* nec tibi quod liceat, *à juris tramite Honorium revocare Claudianus voluerit. Ex quibus omnibus concludendum in d. l. Ex imperfecto 23. ff. d. legat. 3. verbum* decet *juris proindeq́ꝫ neceſſitatis ſignificativum eſſe, atqꝫ idem ſignificare quod* Oportet.

*Neqꝫ huic expoſitioni adverſatur, quod Paulus Iuriſconſ. ibidem loquitur de legibus, quibus Imperator ſolutus eſſe videtur, non enim ibi contraria ſunt, ex juris neceſſitate leges ſervare, & iiſdem legibus ſolutum videri. Nam Iuriſconſ. non loquitur de legibus, quibus Imperator reve-*

*ra ſolutus eſt, has enim ſervare non tenetur, ſed loquitur de legibus quibuſdam, ut arguit pronomen* eas, *quibus videtur ſolutus Imperator, at revera ſolutus non eſt. Quibuſdam legibus Imperator ſolutus eſt, aliquibus vero eſt alligatus, nonnullis & quidem pleriſq; ſolutus videtur, ac certè alligatus illis eſt, ut ſupra oſtendi.*

38 *Poſtremò quod Imperator alligatus ſit legibus, non his tantùm, quibus ſpecialiter teneri dicitur in jure noſtro, ſed & aliis indefinitè ſcriptis, evincitur quoq; ex eleganti l. 4. C. de legib. ubi Theodoſ. & Valentinia. Impp. digna, aiunt, vox eſt maieſtate regnantis, legib. alligatam ſe Principem profiteri. Hæc oratio reſolvenda eſt in duo axiomata, quæ revera continet, unum hoc eſt;* Princeps legibus alligatus eſt, *utuntur Impp. participio paſſivo præteriti temporis* alligatum, *cuius ea natura eſt, ut nõ ſolùm ſignificet id, quod antea eſt geſtum factumve, ſed & paſſivam qualitatem perſonæ vel rei tribuat. Sic in hoc axiomate Principis perſonæ per illud præteriti temporis participium hæc tribuitur paſſiva qualitas, quod alligatus ſit legibus. Alterum axioma illud eſt;* Vox Principis, qua profitetur ſe legibus alligatum, digna eſt maieſtate regnantis. *Ecce profitetur ipſemet, id eſt, palã fatetur Princeps, quod legib. ſit alligatus, & hæc profeſſio ei in laudem cedit. Ergo id, quod revera ita eſt, fatetur, niſi mendacii argui velit. Profeſſio ſemper ſpe-*

*ctat*

*ſtat quidpiam, quod aliquis profititetur. Id autem in hac Principis voce & profeſſione eſt*, legibus alligatum eſſe, *Si vero eſt hæc Principis vox & profeſſio. ſequitur inde, quod volumus,* Principem *ſcilicet* legib. verè alligatum eſſe. *Sed eſt ea Principis vox & profeſſio vera, tum quia à Principe profertur, cuius non eſt mentiri; tum etiam quia huiuſmodi vox, & profeſſio digna eſſe dicitur maieſtate regnantis; tum poſtremò quia Theodoſ. & Valentin. Impp. ſingulari edicto eiuſdem legis indicant, quod legibus vevelint eſſe ſubmiſſi. Princeps ergo legibus verè alligatus eſt.*

*Nihil obſtat huic pronũciato text. in d. l. princeps, 31. ff. de legibus. Nam ut ſupra expoſui, Vlpian. Iuriſconſ. proponit ibi regulam juris, ut etiam ex conceptione verborum eius legis ſatis patet. Ait enim,* Princeps legib. ſolutus eſt, *verbum* ſolutus eſt *abundè teſtatur, quod ibi non proponatur edictũ aliquod, ſed referatur ſaltem, quid alibi de Principe cautum ſit. Eſt ergo regula Iuris. Nã regula Iuris eſt, quæ rem, quæ eſt breviter enarrat, l. 1. in pr. ff. de reg. jur. id eſt, quæ exponit breviter, quid antea ſit jure conſtitutũ. Cùm ergo Iuris regula ſit Vlpiani ſentẽtia, ex ea jus nõ eſt ſumendum, & generaliter concludendum, quod Princeps omnib. legib. ſit ſolutus. Non enim ex regula jus ſumitur, ſed ex jure, q. antea eſt conſtitutũ, regula extruitur, d. l. 1. ff. d. t. Vnde diſpiciendum, ex quo jure, i. e. ex quib. juris con-* 89

*ſtitutionibus petita ſit ea regula. Eſt autem deſumpta ex lege Regia, ſive Imperii lege, at non tantùm ex hac lege; Nam ea lex Principem ſolvit tantùm ſolennib. Iuris, d.l.3.verſ.licet enim, C.de teſtam. & d.l. apud eum 14.ſ.1.ff. de manumiſſ: Sed eſt quoque petita & extructa iſthæc regula ex aliis legibus, puta lege Iulia & Papia, ut arguit inſcriptio d.l. Princeps. 31.ff. de legib. junct. l. Quod Principi 56. ff. de leg. 2. Pertinet quoq; eadem regula ad legem Martiani Imp. qua cavit, ne quid deinceps Conſules in populũ ſpargerent, l.2.C. de conſulib. lib 12. Nam & hac lege Princeps ſolutus eſt, Novel.105.c.2.in fin.*

*Quia ergo hæc juris eſt regula;* Princeps legibus ſolutus eſt, *certè Catholica & perpetua non eſt: Siquidem omnis regula juris periculoſa, i.e. incerta dicatur, & facilè ſubverti poſſit, l. Omnis definitio 202.ff.de reg.jur. ſæpeq; vitietur & officium ſuum perdat. d.l.1.in fin. ff. d.t.*

99 *Deinde nihil refragatur, quod in dict. Novel. 105.c.2.in fin. Iuſtinianus Imp. affirmat. Deum Imperatori leges ſubieciſſe. Subiicit enim Deus Imperatori leges, ut civiles, ſic & naturales, non ut iis omnib. ſit ſolutus, ſed ut earũ cuſtos, & executor ſit,* Ἀρχων ἐςὶ φύλαξ νόμȣ, *Princeps eſt legis cuſtos, ait Ariſtot. lib.5. Ethicor. c.6. Idem quoq; teſtatur S. Scriptura, quando jubet, ut quælibet anima ſublimiori ſubdita ſit poteſtati, eò q; Dei ſit ordinatio, ut diſciplinã ac Iuſtitiã inter homines*

*con-*

*conſervet, & propterea gladium portet, Rom. cap. 13. 1. Petr. 2. & Sapient. cap. 6. Certum eſt quod Deus Principi etiam naturales ſubjecerit leges, inde tamen non ſequitur, quod hiſce legibus Princeps ſit ſolutus. Audienda etiam nobis eſt Plinii ſententia, cum in Panegyrico de Trajano ita ſcribit: Quod ego nunc primùm audio, nunc primùm diſco. Non eſt Princeps ſupra leges, ſed leges ſupra Principem.*

*Neque etiam obſiſtit nobis textus in §. ult. in fin. Inſtit. Quibus modis teſtament. infir. ubi Severus & Antoninus Impp. reſcripſiſſe dicuntur: licet legibus ſoluti ſimus, attamen legibus vivimus. Aut enim reſcriptum illud de quibuſdam legibus exaudiri debet, quibus verè Princeps eſt ſolutus, de quibus ſupra: aut verò ſi de omnibus accipiatur legibus civilibus, intelligi debet inſpecta ſaltem ſtricta juris ratione, quæ eſt, quod cum Imperator cæteris omnibus præſcribat leges, non iiſdem ſe quoque aſtringere videatur, ſiquidem in unaquaq; oratione Perſona loquentis excepta, & nemo ſibi imperare, aut ſe ipſum prohiberi cenſeatur, ut docui antea. Verùm ipſa rei veritate inſpecta, Princeps civilibus legibus omnibus ſolutus non eſt. Princeps enim à populo Romano poteſtatem & imperium accepit, non modò in cives Romanos, ſed etiam in ſeipſum, l. 1. in princ. ibi, populus ei, & in eum omne ſuum imperium, & poteſtatem conferat, ff. de conſtitut.* 91



Digitized by Google

*princip. & §. ſed & quod Principi placuit, ibi: populus ei, & in eum omne imperium ſuum, & poteſtatem concedat. Inſtit. de jur. nat. gent. & civili. Quibus locis verba;* & in eum, *ſignificant idem quod,* & contra eum, *ſcilicet Principem, ut quando in jure noſtro actio in aliquem dari, vel ut eſt in l. 1. §. 1. ff. Quod quiſque jur. in alter. jus in aliquem ſtatui dicitur. Item cùm maiori, & in maiorem, id eſt, adverſus maiorem jus dici ſcribitur in l. Eſt receptum 14. ff. de juriſdict.*

92 *Non quidem ignoro, quod Hotoman. Weſenbec. & quidam alii ad dict. §. Sed & quod Principi, pronomen* Eum, *pro reciproco* Se *poſitum arbitrantur, ac ſi dixiſſet Iuſtinianus Imp.* Populus ei, & in ſe *(ſcilicet populum)* omne ſuum imperium, & poteſtatem concedat. *At quia non ſolùm Imperator Iuſtinianus dicto loco ſed & Vlpian. Iuriſconſultus in d. l. 1. in prin. ff. de conſt. prin. utitur pronomine relativo* Eum, *haud temerè eius pronominis ſignificationem in vim pronominis reciproci mutare quiſquam debet: tum quia longè alia eſt illius, quam huius ſignificatio, ut Grammatici docent, ut veriſimile non ſit, pronomen unum pro alio barbarè fuiſſe poſitum: tum quia ſi impropriè ab Vlpiano Iuriſconſulto poſitum cenſuiſſet Iuſtinianus pronomen* Eum, *pro reciproco* Se, *mutaſſet dictionem illam. At quia uterq; Vlpianus & Iuſtinianus relativum*

*lativum habet pronomen, putandum non eſt, impropriè illud poſitum pro reciproco. Siquidem pro verbo* conferat, *quod habet Vlpianus, poſuerit Iuſtinianus verbum* concedat *ſive* conceſſerit, *ut quidam habent Codices, cum tamen iſthæc mutatio neceſſaria non fuerit, eò, quod inter duo illa verba ſignificationis diverſitas nulla ſit, inter pronomen verò* eum, *& pronomen* ſe *magnum ſit diſcrimen.*

*Eſt ergò utriusque illius loci hæc ſententia: Populus Romanus poteſtatem ſuam omnem, & omne imperium ſuum, atque ita omnes ſuas vices dedit Principi, & in Principem, id eſt adverſus Principem, ita ut Princeps eâdem ſibi cõceſſâ poteſtate in ſe quoque, id eſt, contra, ſive adverſus ſe uti debuerit. Et quia ipſemet quoque populus Romanus alligatus fuit propriis ſuis legib. iisque tenebatur, ut rectè ſentit Cuiac. in lib. 15. obſerv. c. 30. cur non æquè ipſe etiam Princeps, cui vices populi datæ ſunt, legibus ſuis aſtrictus eſſet, cum ſurrogatum obtineat conditionem & naturam eius, in cuius locum eſt ſurrogatum, l. ſi eum 10. §. Qui injur. 2. ubi Bartol. ff. Si quis cautionibus in judicio ſiſtendi cauſa non obtemper. & l. 1. §. hæc actio, ff. ſi quis teſtament. liber. eſſe juſſ. ſit.*

*Qui negant invitum ſuis legibus populum fuiſſe aſtrictum, audiendi non ſunt. Fateor quidem potuiſſe populum Romanum, ut* 93

*figere*

*ſigere, ſic & refigere, & abrogare leges ſuas, quas amplius valere nolebat, verùm loquimur hîc de legibus, quæ manere, & porrò etiam valere debent. Quas voluit populus Romanus manere, vigere, & valere leges, eaſdem quoque neceſſe habuit obſervare. Quis enim vigor legum, quæ virtus, ſi non ſerventur?*

*Sed aiunt, ſinguli de populo tenebantur legibus populi, non populus ipſe univerſus. Qui quæſo non univerſus populus ſuis aſtrictus eſſe potuit legibus, cum ſinguli fuerint eis allegati? Nunquid ſinguli cives Romani in unum collecti non conficiunt univerſum populum Romanum? Qui ait ſingulos cives teneri legibus, is negare non poteſt, univerſos quoque cives teneri legibus, niſi argumentum à collectione partium omnium, ad conficiendum totum integrum, ſive univerſum procedere contra Logicam neget. Si autem univerſi cives Romani tenebantur ſuis propriis legibus, tenebatur certè ipſe populus, cum populi appellatione, univerſi cives ſignificentur, §. Plebs à populo, Inſt. de jur. nat. gent. & civili.*

*Sed obiicere nobis hic quiſpiam poſſet, tenebantur quidem univerſi cives, at non ut univerſi, ſed omnes & ſinguli ex univerſitate illa tenebantur. Aliud eſt autẽ univerſos teneri cives, ut univerſos, aliud ut ſingulos de univerſitate, l. Si municipium 7. §. 1. ff. Quod cuiusq́; univerſitatis nomine, ubi Vlpianus Iuriſconſultus, ſi quid, ait,*

ait, univerſitati debetur, ſingulis non debetur. Nec quod debet univerſitas, ſinguli debent. At nihil ſtringit hoc argumentum. Nam quando plures rei debendi ex una obligatione cuiquam creditori tenentur, quamvis ſinguli unam debeant ſummam, l. 2. ff. de duobus reis conſtit. & §. 1. verſ. ex huiuſmodi obligationibus, Inſtitut. de duob. reis ſtipulan. nihilominus tamen illi univerſi eandem ſummam debere dicuntur, l. 3. in fin. ff. de duobus reis conſtit. Et quando dicimus, populum Romanum, ſive univerſos cives Romanos, propriis legibus fuiſſe alligatos, non hoc dicimus, quod univerſum illud omnium civium Romanorum corpus in concreto, nolens volens legibus ſuis fuerit aſtrictus, cum enim amplius teneri noluit, univerſus in concreto populus legibus ſuis, deſierunt eſſe illæ leges; ſed hoc dicimus, univerſos cives ita fuiſſe alligatos legibus ſuis, ut nullus eorum non fuerit iis aſtrictus, quamvis unâ cum cæteris civibus earum legum autor eſſet laudatus. Si nullus de populo Romano exemptus fuit legibus ſuis, etiamſi earum συναίτιον & concauſa, id eſt, in illis ferendis ſocius fuerit, nulla ratio eſt, cur non & ipſe Princeps ſuis legibus teneri debeat, ſuis, inquam, legibus, quas non vult abrogatas; ſed in poſterum etiam ſalvas cupit.

Depulſo igitur & hoc tertio argumento ex d. l. Princeps 31. ff. de legib. ſalva adhuc manet deciſio no-



Digitized by Google

*ſio noſtra, qua volumus, integrum non eſſe Principi bona aliena alicui auferre, eaq; alii in feudum concedere: maximè cum jus etiam naturale, cui Princeps ex omnium ſententia alligatus eſt, id ſeriò vetet, l. Nam hoc natura, 14. ff. de condict. indeb.*

94 *Reſtat argumentum quartum ex d. l. 2. §. Si quis à Principe 16. verſ. Niſi fortè, ff. Ne quid in loco publico. ex quo loco aliqui colligunt, quod Princeps etiam cum alterius incommodo, concedere jus aliquod cuipiam poſſit. Alii aliter eum locum interpretantur, gloſſ. ibidem diſtinguit inter modicum præjudicium, & incommodum magnum, de modico præjudicio intelligit Vlpianum dicto loco. Eandem diſtinctionem amplectitur quoque gl. in l. ſervitutes 14. §. publico, in verb.* incommodo, *ff. de ſervit. & in l. Sed cum ab herede 12. in fin. ff. ad Senatuſconſultum Trebell. Gloſſam ſequitur Iaſon in l. Quoties, 2. nu. 4. C. de precib. Imper. offer. & Dec. ad c. Quæ in Eccleſiarum, nu. 119. & ſeq. extr. de conſtit. Vbi tamen ſubiicit: Quod Princeps in dubio non videatur etiam in modico præjudicare alicui velle, cum intentio Principis ea non præſumatur quod tertio præjudicare velit, c. ſuper eo, extr. de offic. & poteſt. Iud. deleg.*

*Cæterùm gl. & Dd. interpretationem veram eſſe negat Arius Pinell. ad Rubr. C. de reſcind. vendit. part. 1. cap. 2. nu. 8. tum quia manifeſtè*

*ſit divi-*

Digitized by Google

*ſit divinatoria, cum non diſtinguat textus inter magnum, & parvum incommodum: tum quia in his, quæ juſtitiam concernunt, etiam parva attendantur, l. Et in maioribus, 20. C. de appellat. Bart. in l. Si proprietarius 22. ff. de damno infect.*

*Ipſe autem Pinell. explicat Vlpiani textum de interpretatione juſta, id eſt juſta ex cauſa facta. Cùm enim interpretationis ſimpliciter meminerit Iuriſconſultus, non, niſi de juſta eam eſſe exaudiendam, ut quæ ſit juſta ex cauſa, reddito etiam juris ſive commodi ablati pretio. Princeps nō niſi ex juſta cauſa adimere alii jus quoddam poteſt, l. 2. in fin. ibi, Imperatores non facilè ſolent quenquam natalibus reſtituere, niſi conſentiente patrono, ff. de natalib. reſtit. & quādo alii jus quoddam aufert Princeps, pretium commodi illius reddi debet, l. venditor 13. §. 1. ubi Dd. ff. communia prædior.*

*Non incommodè & illud reſpondere poſſumus, Vlpianum in dict. l. 2. §. ſi quis à Principe, loqui de incommodo, quod per Principem alicui privato aufertur, & alii conceditur non injuria, ſed jure. Quando enim in loco publico ædificare permittit alicui Princeps, ſuo jure utitur. Diſponendi enim Ius de loco, de aqua, & de via publica, jure Principi competit, dict. leg. Servitutes 14. §. 2. verſ. à Principe autem, ff. de ſervitut. l. 1. §. Idque à Principe, 42. ff. de aqua cottid.*

*cottid. & æſt. l. Fluminum 24. in princip. verſ. Quid ergò ſi publicè, ff. de damno infecto, l. 2. verſ. Niſi Imperator, ff. de fluminibus. Proindeq; ſi Princeps cuidam jus aliquod concedat in loco, vel in aqua, vel via publica, non intelligitur cuiquam eo ipſo injuriam facere. Et quia privatus liberè poteſt jure ſuo uti, etiam cum vicini incommmodo, l. Altius, 8. & l. ſeq. C. de ſervit. & aqua, l. cum eo. 9. & l. cuius ædificium 24. ff. de ſervit. præd. urb. l. fluminum 24. §. ultim. & l. Proculus 26. ff. de damno infecto, l. 1. §. Denique Marcellus 12. & l. Si in meo, 21. ff. de aqua, & aqua pluv. arcend. multò magis id licere debebit Principi, in his, de quibus diſponendi jus habet.*

*Neque obſtat textus in d. l. 2. §. Meritò 10. ff. ne quid in loco publico, ubi Juriſconſultus Vlp. Quoties, ait, aliquid in publico fieri permittitur, ita oportet permitti, ut ſine injuria cuiuſquam fiat. Et ita ſolet Princeps permittere. Nam hæc Iuriſconſulti verba*; ut ſine injuria cuiuſquam fiat, *intelligenda ſunt de injuria, id eſt, incommodo publico. Nam Princeps ſua conceſſione uſum publicum alicui impedire non poteſt, l. 2. ff. de fluminib. & d. l. Servitutes 14. §. ult. ff. de ſervitutibus.*

*Pleniſſimam ergò firmitatem obtinet ſententia noſtra, qua Principi denegamus poteſtatem auferendi cuipiam bona, & concedendi iſthæc in*

*feudum alii. Eaq; firmatur & confirmatur etiam exemplo Regis Achab, cui ob ereptam Nabotho vineam Deus per Eliam Theſbiten pœnas minatur graviſſimas. 3. Reg. 20. & 4. Reg. 9. quæ etiam poſtea in domum Regis converſæ fuerunt, 4. Reg. cap. 10.*

*Accedamus nunc ad exempla tertii conſectarii regulæ noſtræ in principio capitis huius tertii propoſitæ; quod conſectarium tale eſt. Inveſtitura nova rectè fit ab eo, qui rei, quæ in feudum datur, & Dominus eſt, & legitimam adminiſtrationem habet, dict. Tit. 3. §. 1. verſ. Novi verò lib. 2. feud. Dare ergo in feudum poſſunt res ſuas, Duces, Marchiones, Comites, ætate maiores, & mente ſani, Tit. 1. in princ. verſ. Dux, Marchio, lib. 1. feud. junct. principio d. Tit. 3. verſ. Quæ de veteri, lib. 2. feud.* 95

*Multò magis ergò Princeps ſummus, Imperator ſcilicet Romanus & quiſq; Rex ſua bona rectè alicui in feudum confert, per text. in Tit. 34. in princ. ibi, quorum uterq; à Rege ſe dicit inveſtitum, lib. eodem feud. & docent Andr. de Iſernia ad dict. Tit. 1. in prin. nu. 10. & ibidem Matth. de Afflict. nu. 67. lib. 1. feud. Curt. Iun. Tract. feud. parte ſecunda, ſecundæ principalis, quæſt. 1. nu. 2. & Zaſ. Tractat. feud. part. 5. Quicquid enim aliis licet, id multò magis Imperatori & Regi permiſſum cenſeri debet, l. 3. in fin. ff. de offic. prætor.*



Digitized by Google

96 *Poteſt autem Imperator novam facere inveſtituram, non ſolum de bonis ſuis propriis, ſed etjam de Provincia aliqua Imperii, puta Ducatu, Marchionatu, Comitatu Imperii, modò hæ Provinciæ deſtinatæ ſint conceſſioni feudali, dict. Titul. 14. in princip. libri primi feud. & dict. titul. 10. in princip. libr. 2. feudor. Quod ſi Imperii aliqua Provincia antea non ſit feudalis, nec ſpecialiter à primatibus Imperii deſtinata conceſſioni feudali, ut ſi jure belli à peregrino populo, quandam Provinciam nactus ſit Imperator Romanus copiis Imperii, autumo proventus illius Provinciæ omnes in commodum Imperii eſſe reſervandos, non concedendos alicui in feudum, abſque ſingulari Procerum Imperii permiſſu. In quam ſententiam deducor, ut aliis argumentis ſupra loco ſuo adductis, ſic & formula Iurisjurandi Cæſarei apud Ioan. Schleidan. libr. 1. commentar. pag. 21. fac. 2. his verbis; Imperii bona, quæ fortè vacabunt, nemini conferat, ſed ad publicum patrimonium referat; ſi quam alienam Provinciam auxiliis ordinum adquiret, Imperio coniungat.*

97 *Quæri poteſt de regalibus num & illa Imperator alicui in feudum novum concedere poſſit? Affirmat generaliter Zaſ. tractat. feud. part. 5. n. 12. quem ſequitur Ludolph. Schrader. Tract. feud. part. 4. cap. 1. nu. 9. & tradunt generaliter Dd. quod Imperator omnia regalia, maiora & minora*

*minora concedere alii poſſit, quos referunt & ſequuntur Didac. Covar. in c. poſſeſſor. §. 2. nu. 8. verſ. Tertia ſpecies, tit. de reg. jur. in 6. Menoch. conſil. 201. nu. 127. & ſeqq. Ioan. Borcholt. in explicat. c. unic. num. 7. & 8. quæ ſint regalia. Henricus à Roſenthal, in ſynopſi juris feudal. cap. 5. concluſ. 9. & Ioan. Schoner. libr. 1. diſput. feud. diſput. 4. theſ. 9.*

*Verùm exiſtimo diſtinguendum hîc eſſe inter regalia maieſtatis, quæ maiora vocant regalia. & regalia fiſci, quæ regalia appellant minora. Majora regalia omnia ſine diſcrimine in feudum rectè dari nego, jus enim indicendi bellum publicum, & condendi leges univerſales, alii concedere Imperator nequit, cum id populus Romanus ſoli Imperatori tribuerit, l. hoſtes 24. ff. de capt. & poſtlim. reverſ. l. 1. in prin. ff. de conſtit. Princip.*

*Sed obſtare videtur quo ad jus indicendi bellum textus in l. 3. §. eadem lege, ff. de lege Iul. maieſt. ubi Martianus Iuriſconſultus ſcribit, lege Iulia maieſtatis teneri & eum, qui injuſſu Principis bellum geſſit, delectumvè habuit, exercitum comparavit. Vnde ſequi videtur, quod ex juſſu Imperatoris poſſit aliquis bellum indicere, & per conſequens jus indicendi belli ex conceſſione Principis ad alium quoque tranſire. Sed reſpondendum, eſſe hanc fallaciam conſequentis. Ex juſſu Principis poteſt quis*



Digitized by Google

*bellum gerere, cum tamen jus ipſum belli gerendi non habeat. Bellum gerere, eſt executio & effectus illius juris: quæ executio alii mandari poteſt à Principe, penes quem eſt, & remanet jus illud.*

*Sic Princeps poteſt conſiliariis ſuis mandare, ut legem ſcribant, ipſum tamen jus condendi legem remanet penes Principem, nec dicitur trāſlatum in Conſiliarios, qui tantùm jus illud ex Principis mandato exequuntur.*

*Competit quoque Principi Romanorum jus concedendi alicui vectigalia c. ſuper quibuſdam. §. Præterea extr. de verb. ſignif. l. 3. C. Nova vectigalia inſtitui non poſſe, & l. vectigalia, 10. in princ. ff. de publican. & vectig. Hoc autem jus Princeps alii non poteſt cedere, ut is quoque tertius permittat ſimiliter alicui cuidam nova habere vectigalia, quippe cum hoc jus ſingulariter competat Imperatori in aliquot ſupremæ eminentiæ ſignum,* Reichs Abſchied zu Regenſpurg / *de Anno 1576. §.* Dardurch dann / *ibi,* zu Unſer Keyſerlichen ſondern Hochheit / vnd Reſervaten / *pag. 36. & eſt text. in conſtit. Friderici Imp. de pace conſtantiæ, §. Volumus ut regalia,* ea quæ ſpecialiter ad noſtram excellentiam ſpectant. *Ex quibus locis cognoſcimus hoc jus ſolius eſſe Imperatoris proprium, & eius Maieſtati quaſi infixum eſſe. Non poteſt ergò alii in feudum concedi, l. Si uſuſfructus 66. ff. de jur. dot.*

*dot. l. Privilegia 196. ff. de regul. jur. & §. Finitur autem, ibi. Nam cedendo extraneo, nihil agitur, C. de uſufruct.*

*Sunt tamen nonnulla etiam maiora regalia, quæ Princeps Romanus concedere aliis poteſt, puta jus legitimandi ſpurios, creandi tabelliones, reſtituendæ famæ & honoribus, abſolvendi à juramento ad effectum agendi, jus creandi Doctores, Licentiatos, Magiſtros, ut non ſolum arguit Receſſus Imperii Auguſtanus de Anno 1530.* Von Reformation guter Policey *in fin.* §. doch einer jeden Obrigkeit / ſo Regalien von Uns / vnd dem Heiligen Römiſchen Reich hat : *ſed & teſtatur ipſa experientia, regalia hæc concedi ab Imperatore non modò aliis Principibus, Univerſitatibus, & Civitatib. Imperialibus, ſed & perſonis privatis, quas Comites Palatinos appellamus.*

*Quando autem Imperator hæc maiora regalia in feudum alicui concedit, non privativè, ſed cumulativè ea concedere intelligitur, ut ipſemet nihilominus uſum & exercitium eorundem, ſibi quoque iiſdem in locis reſervet, in quibus locis uſum & exercitium huiuſmodi regalium alii permiſit: tum quia jura Imperii, & eius honorem alienare omninò, & eo ſe abdicare non poſſit, c. Intellecto 33. extr. de jurejurando: tùm etiam quia jura & privilegia perſonalia non prorſus egrediantur extra perſonam eius, cui* 98

ſunt tributa, dict. leg. ſi uſusfructus 66. ff. de iure dot. & §. finitur autem, Inſtit. de uſufruct. l. privilegia 196. & l. in omnibus 68. ff. de regul. jur. l. dabimus 19. ff. de rebus autor. jud. poſſeſſ. Ludolphus quidem Schrader. tract. feud. part. 10. ſect. 1. num. 131. ſcribit, quod conceſſio regalium per inveſtituram, vel alium contractum facta, intelligatur facta non cumulativè, ſed privativè, & pro hac concluſione adducit autoritatem Curtii ſenioris, conſil. 73. num. 28. Iaſ. conſil 70. volum. 3. Rolandus à Valle conſil. 88. num. 26. & 27. volum. 1. & Hieronymus Gra. conſil. 9. nu. 86. libri primi. Verùm hi loquuntur non de eo caſu, quo ſpecialiter Imperator alicui unum atque alterum jus regale conceſſit; ſed quo in Principem alicuius totius Provinciæ, aut in magiſtratum cuiuſdam magnæ civitatis omnem Imperialem poteſtatem tranſtulit, & ea ſe omninò abdicavit, totamq́; provinciam illam, aut civitatem, ab Imperio alienavit, ut Princeps, & magiſtratus ille eandem ibi habeat poteſtatem, quam in orbe Romano habet Imperator: Cuiuſmodi tamen alienatio & abdicatio facta ab Imperatore inutilis eſt, & planè nulla, ut ſupra oſtendi, ſub conſectario propoſitæ regulæ ſecundo.

Quod autem Iuriſdictio in feudum à Principe civitati cuidam conceſſa non cumulativè, ſed privativè conceſſa dicitur, ut ſentit Felinus,

*in c. paſtoralis, numero ſecundo, limitation. 6. extr. de offic. judic. ordin. Menochius libr. 2. præſumpt. præſumpt. 18. numer. 5. Matth. Colerus tractat. de proceſſibus execut. part. 2. cap. 1. numer. 129. Ludolphus Schraderus in tractat. feud. part. 10. ſect. 1. numer. 133. & Hartmannus Piſtor. lib. 2. quæſtion. quæſt. 45. num. 15. Id neutiquam ad regalia hæc jura maiora extendi debet, ſiquidem toto genere differant regalia & juriſdictio. Regalia ſunt jura Imperatoris propria, per textum in tit. 14. in princip. libri primi feudorum. Conſtit. Frider: Imp. de pace conſtantiæ, §. volumus ut regalia, dict. Receſſ. Imperii Ratiſbonenſi de Anno 1576. §.* **dardurch dann.** *Feudiſtæ ad titul. 56. quæ ſint regalia. Habent quidem & Principes Imperatore inferiores regalia, at non jure proprio, ſed beneficio Imperatoris, puta, vel ex conceſſione Imperatoria, vel præſcriptione temporis immemorialis, c. ſuper quibuſdam, §. præterea, extr. de verborum ſignificat. quæ præſcriptio etiam continet tacitam Imperatoris conceſſionem, l. alienationis 28. ff. de verborum ſignificat. Iuriſdictio verò etiam inferiori magiſtratui, & quidem jure magiſtratus proprio competit, l. 1. in pr. verſ. quæ verò jure magiſtratus, ff. de off. eius cui mandata eſt juriſd. l. more 5. ibi, qui eam ſuo jure ff. de juriſd. Iuriſdictio ipſa poteſtas dicendi jus, i.e. decernendi, & reddēdi jus in cauſis civilib. &*

criminalibus, jus, inquam, à legumlatoribus conditum. Dicitur enim juriſdictio à jure dicundo. Quod autem eſt jus dicere in l. meminiſſe 10. ff. de offic. præſid. l. 1. l. Qui juriſdictioni 10. & l. eſt receptum 14. l. Si convenerit 18. & l. ult. ff. de juriſdict: id alibi eſt jus reddere, ut in l obſervandum 19. in pr. & §. 1. ff. de off. præſid. l. 2. §. Ergo ex his, ff. de orig. jur. l. pen. ff. de juſt. & jur. & l. 3. C. de ſententiis ex peric. recitand: alibi etiam dicitur jus decernere, d. l. pen. ff. de juſt. & jur. d. l. 2. §. Poſt originem, ubi Cuiac. ff. de orig. jur. Ius ſive legem univerſalem condere eſt ſolius Imperatoris proprium, l. 1. in prin. ff. de conſtit. princip. & §. ſed & quod Principi, Inſtit. de jur. nat. gent. & civili. proindeq́; de regalibus. At jus conditum ſive conſtitutum ab Imperatore, ipſis emergentibus cauſis aptare, dicere, decernere, reddere, eſt quoque aliorum magiſtratuum, d. l. 2. §. poſt originem, 13. ibi. Quantum eſt enim jus in civitate eſſe niſi ſint, (magiſtratus) qui jura regere (reddere) poſſunt, ff. de orig. jur. d. l. 1. in prin. verſ. Quæ verò, ff. de off. eius, cui mand. eſt juriſdict. Cùm ergò ſeparata ſint juriſdictio, & regalia, haud rectè arguimus à juriſdictione ad regalia, per l. Papinianus 20. in fin. principii, ff. de minoribus. l. Naturaliter, 12. § 1. ff. de adquir. vel amitt. poſſ. & l. ult. ff. de calumniatoribus. Everhard. in Topicis legalibus in loco à ſeparatis.

Eſt &

*Eſt & illa diverſitatis ratio, cur juriſdictio in feudũ conceſſa, privativè data cenſeatur. Regalia autem illa maiora ſimiliter in feudum collata ſaltem cumulativè intelliguntur data, quod horum fructus pecuniarius eſt nullus, cum ſola dignitate contineantur. Iuriſdictionis verò aliquis fructus eſt pecuniarius, qui in pœnis pecuniariis, & mulctis conſiſtit. Sed rei in feudum datæ uſusfructus totus eſt Vaſalli, nec quicquam de eo ſibi dominus vindicare poteſt, Tit. 23. §. ult. lib. 2. feud.*

*Quod porrò attinet jura regalia minora, ut quæ fiſco Imperatoris commodum adferunt pecuniarium, de quibus eſt Tit. 56. Quæ ſint regalia, lib. 2. feud. Poteſt & hæc Imperator alii concedere, dict. c. ſuper quibuſdam, §. Præterea, extr. de verb. ſign. proindeq; etiam in feudum dare, d. t. 3. §. 1. verſ. Novi verò, lib. 2. feud.* 99

*Verùm ut hæc conceſſio robur habeat, quatuor coniunctim requirunt Dd. Primò exigunt, ut Imperator ſuo proprio motu ea tribuat alicui, per text. in l. 1. C. de petit. bonor. ſublat. & l. 3. C. de precib. Imp. offer. Secundò, ut cui tribuuntur hæc regalia, non ſit privatus, ſed cum Imperio, ſive poteſtate aliqua publica: veluti Princeps, Comes, Baro, Civitas, facit l. 3. C. de juriſdict. Tertiò ut Imperator ex rationabili, & urgente aliqua cauſa concedat regalia, l. Sancimus 21. & Auth. Præterea, C. de SS. Eccleſiis.*

*Matth. de Affict. de ad rubr. dict. tit. 56. quæ ſint regalia, num. 7. & Anton. Peregrin. lib. 1. de jure fiſci, cap. 3. nu. 74 verſ. declara tamen, & Carol. Tapia, ad l. ult. ff. de conſt. Princ. part. 2. c. 9. nu. 33. Quartò, ne iſthæc conceſſio in præjudicium fiſci nimis magnum, & læſionem eius immodicam cedat, per text. in c. intellecto, extr. de jureiurand. & docet Bart. in l. prohibere, 3. §. planè, nu. 4. & 5. quod vi aut clam. Canoniſtæ ad c. Abbate, 3. tit. de ſentent. & re judic. in 6. & alii alibi, quos refert & ſequitur Peregrinus, lib. 1. de jure fiſci, cap. 3. nu. 74. in princ.*

100 *Poteſt hoc loco & illa moveri quæſtio, ſi Princeps cuidã Comiti, Baroni, Nobili, vel civitati regalia quædam minora in quodam territorio jure feudi per novam inveſtituram conceſſerit, ut ſi ei conceſſerit in feudum jus regale aurifodinarum, argentifodinarum, theſauri inventi &c. utrum cumulativè aut privativè ea conceſſio facta intelligatur? Henning. Gæden. affirmat conſil. 3. nu. 4. 5. 6. & 7. Affirmat quoq; VVeſenbec. conſil. 95. num. 27. à quorum ſententia neutiquam ſeceſſionem facio; tum quia idem territorium, eiuſque proventus non debent diverſo atque duplici jure cenſeri, ut unam partem proventuum habeat dominus concedens, alteram Vaſallus de iis inveſtitus, niſi aliud expreſſè fuerit actum, l. eum qui 23. in princ. ubi Bart. ff. de uſurpat. & uſucap. Tiraquell. de re-*

*tracti-*

*tractibus in præfat. nu. 65: tùm quia conceſſionis feudalis ea eſt natura, ut dominium utile, id eſt, jus utendi fruendi omne à domino tranſeat in Vaſallum, tit. 23. §. ult. lib. 2. feud: tùm etiam quia Vaſallus in ſub infeudatum juriſdictionem habet, non dominus ſuperior, tit. 55. §. inſuper, verſ. illud quoque, lib. eod. feud: tùm poſtremò, quia in vindicando prædio feudali, præfertur Vaſallus domino feudi, argum. l. 2. & l. 3. ff. ſi ager vectig. junct. tit. 8. §. rei autem, lib. 2. feudorum.*

*Nihil obſtat huic concluſioni, quod maiora regalia in feudum data, cenſentur non privativè, ſed cumulativè conceſſa, vt ſupra oſtendi. Hæc enim regalia continentur ſola dignitate, nec ullum pecuniarium adferunt commodum poſſeſſori, unde parum aut nihil decedit Vaſallo, cui eà in feudum ſunt data, quando ipſemet Imperator eadem quoque in loco eodem exercet. Minora autem regalia commodum aliquod pecuniarium continent, quod omne cum ad Vaſallum pertineat, dict. tit. 23. §. ult. ibi, uſusfructus verò, lib. 2. feud. non cumulativè, ſed privativè hæc regalia in feudum data cenſeri debent. Maiora quoq; regalia ita cohærere Imperatoris oſſib. dicuntur, ut ab eo avelli non poſſint, teſte Barthol. Camerario in nervoſa repetitione ſua l. Imperialem, tit. de prohibit. feud. alien. per Frider, pag. 568, in fin. & pag. ſeq. item pag. 641. Minora ve-*



Digitized by Google

*ra verò regalia concedere etiam aliis poteſt Imperator, c. Super quibuſdam, §. Præterea, extr. de verb. ſign.*

101 *Opportunè hoc loco moveri, & expediri poteſt quæſtio anceps, elegans, & utilis, an dato alicui nobili à Principe in feudum regali jure, metalli fodinarum certi alicuius territorii, cenſeatur etiam juris eſſe regalis, & ad nobilem Vaſallum pertinere proprietas harum fodinarum, quæ in eius territorii prædiis inveniuntur hominum privatorum, aut quid aliud de jure ſit regali in fodinis hiſce, quod ex feudi conceſſione ad eum Vaſalium ſpectet? Huius autem quæſtionis deciſio pendet à vera interpretatione verbi* Argentariæ, *in Tit. 56. Quæ ſint regalia, lib. 2. feud. Vbi cum Argentariæ connumerētur regalibus, in dubium vocatur, primò quid ſint eo loco Argentariæ? Et quamvis poſt Iacobum de Alvarotis, etiam Hotoman. ad dict. Tit. in verb. Argentariæ, interpretantur Argentarias, ipſam poteſtatē menſæ argentariæ permittendæ,* Wechſel Tiſch zuhaben / *quam poteſtatem jure regali ad ſolum Principem Romanum pertinere tradunt. Attamen communis interpretatio de Argentifodinis, de qua teſtatur poſt alios Henricus à Roſenthal, in ſynopſi juris feud. cap. 5. concluſ. 85. ut aptior, ita & verior eſt. Nam eo in titulo ipſis regalibus, id eſt, juri Imperatoris proprio accenſentur etiam argentariæ. At veriſimile*

*mile non eſt, quod Imperatori in ſignum ſupremæ eminentiæ conceſſum ſit vile hoc jus, ut tribueret alicui poteſtatem exercendi menſam argentariam, ſiquidem profeſſio, & ars argentariorum parum ſit honeſta, ut arguit text. in l. Si cohortalis, 12. C. de cohortalib. lib. 12. & l. Quiſquis 16. C. Si certum petat. & ſcribit Menoch. lib. 2. de arb. jud. quæſt. cent. 1. num. 4. & 5. caſu. 91. proindeq́; etiam ſervus exercere argentariam poſſit, l. 4. §. ſed ſi ſervus. ff. de eden. Verùm in argentifodinis, aliisq́; foſſis metallicis, jus aliquod regale Imperatoris fiſco competere teſtantur textus l. 2. & l. 3. C. de metallariis & metallis, lib. 11. & l. Inter publica, 17. §. ultim. ff. de verb. ſignif. & l. Si quis 11. C. de vectigalibus.*

*Sed dubitatur ſecundò, nũ ipſæ auri, argenti, cæterorumq́; metallorũ fodinæ, etiã proprietatis jure ad fiiſcũ Imper. jure regali pertineant, licet ſint inventæ in prædiis hominum privatorum? Aientem opinionẽ firmare videtur textus in d. Tit. 56. Quæ ſint regalia, cum ibi ſimpliciter argentariæ, id eſt, ut expoſui, argentifodinæ inter regalia numerentur, nec addatur, quatenus ea ad jura regalia referri debeant, unde ſine ulla diſtinctione dicendum videtur, ipſas argentifodinas regalibus accenſeri, etiam in privatorum fundis repertas, ſiquidem ſimpliciter quod dicitur, diſtinctionem non admittat, l. 3. in fin. ff. de* 102

*offic.*

Digitized by Google

*offic. præſid. l. 1. §. 3. ff. de aleatorib. Et non deſunt, qui hunc eſſe ſenſum tit. 56. contendere auſi fuerũt, ut teſtatur Matth. de Afflict. deciſ. Neapolit. 321. nu. 8.*

*Verùm communis eſt Dd. ſententia, quod ut argenti, ſic & auri, ac cuiuſque alterius metalli fodinæ, quæ ſunt in privatorum prædiis, ipſa proprietate non ſint de regalibus, ſed in patrimonio illorum, ad quos ipſa prædia jure dominii pertinent. Atque hoc pronunciatum jure veriſſimum eſt, per text. in l. 3. in fin. junct. l. 4. & l. 5. §. 1. ff. de reb. eor. qui ſub tutel. vel cura ſunt, non alien. l. fructus, 7. §. ſi vir, ubi gl. Roman. Alexand. & §. ſequent. ff. ſolut. matrim. & l. Item 9. §. ſed ſi lapidicinas, & §. ſequent. ff. de uſufruct. l. 4. §. Salinæ 7. ff. de cenſibus & l. generali 32. §. uxori, ff. de uſu & uſufruct. legat.*

103 *Quis autem ſenſus ſit dict. tit. 56. quo ad jus regale, quod in metallicis fodinis fiſci Imperatoris eſſe dicitur, non convenit inter Interpretes. Quidam intelligunt eam Frideric. Imperat. novam legem de illis argentariis, id eſt, argentifodinis, quæ ſunt in feudo publico. Iacobin. de Sanct. Georgio, tract. de feud. in verb.* cum argentifodinis, *num. 2. & eum ſecutus Ioan. Schöner. lib. 1. diſp. feudal. diſp. 4. theſ. 78. Alii de argẽtifodinis, quæ repertæ ſunt in prædio fiſcali, quæ item ſunt inventæ in loco Cæſaris, ut teſtãtur Al-*

varot.

*varot. ad dict. tit. 56. quæ ſint regalia, num 6. Henricus à Roſenthal. in ſynopſi jur. feud. dict. cap. 5. concluſ. 85. & Herman. Vulteius lib. 1. de feud. cap. 5. num. 7. ſub exemplo 16. At quia omnis generis metalla in prædiis inventa fructus ſunt ipſorum prædiorum, d. l. fructus 7. §. ſi vir, & §. ſeq. ff. ſolut. matrim. d. l. Item 9. §. ſed ſi lapidicinas, & §. ſeq. ff. de uſufruct. & d. l. 3. in fin. ff. de reb. eor. qui ſub tutel. vel cura ſunt: & quidem fructus naturales, qui ſua ſponte provenerunt, naturali prædiorum vi & bonitate, d. l fructus 7. §. ſi vir, ibi, ut lapis renaſcatur, & § ſequent. ff. ſolut. matrim. certè eorum ſunt jure gentium, ad quos prædia pertinent, per text. in l. fructus 45. ff. de uſur. l. ſolùm 49. §. primo Digeſt. de rei vindic. l. qui ſcit, 25. §. 1. verſ. quid ad fructus, ff. de uſur. Quamvis ergò in fiſcali prædio reperta metalla ad fiſcum Imperatoris pertineant, & in Cæſaris loco inventa ſpectent ad ipſum Cæſarem, ut arguit text. in §. theſauros, Inſt. de rer. diviſ. & l. 3. §. Sed in locis fiſcalibus. ff. de jure fiſci; non tamen idipſum juri regali acceptum ferri debet, cum regalia ſint juris civilis ex Imperatorum conſtitutionibus, dict. tit. 56. quæ ſint regalia, & tit. de pace conſtantiæ, §. nos Romanorum, Receſſu Imperii Ratiſbonenſi de anno 1576. §.* Dardurch dann *pag. 36. & Receſſu Imperii Auguſtano de anno 1530.* von Reformation 100

guter

guter Pollicey/ *in fin.* §. doch einer jeden Obrigkeit. *Cum tamen ipſa metalla in fiſcali prædio inventa, ad fiſcum Imperatoris, in loco Cæſaris reperta ad ipſum Cæſarem pertineant iure gentium, ſive naturali iure, ut fructus illorum prædiorum.*

*Quidam intelligunt textum in d. tit. 56. Quæ ſint regalia, de argentariis, id eſt, argentifodinis, quæ ex conſuetudine ad Imperatoris fiſcum pertinent, cuius interpretationis autor laudatur And. de Iſernia ad dict. Tit. in verb.* Argentariæ. *Sed hunc loci illius ſenſum ideo comprobandum nego, quod Imper. Frideric. in eodem tit. ſimpliciter connumerat regalibus Argentarias, nec ullius conſuetudinis meminit, unde iuris ſcripti autoritate argentarias de regalibus eſſe putandum; maximè cum ea dicantur regalia, quæ in ſignum ſupremæ eminentiæ Imperatoriæ maieſtati ſunt tributa. Et quia ex communi Iure Iuſtinianeo apparet, qua ratione metallifodinæ ad regalia pertineant iura, ut mox oſtendam, dubitari non debet quin Fridericus Imp. in hac ſua nova legiſlatione de regalibus ad commune illud Iuſtinianeum Ius ſpectarit, ſiquidem ut leges antiquiores ad priores pertineant, ac trahi debeant, l. Non eſt novum 26. cum duabus leg. ſeqq. ff. de legib. Accedit huc & illud, quod textus, qui pro hac adducitur interpretatione, puta ex l. Venditor 13. §. Si conſtat,*

*ſtat 1. ff. communia prædior. loquitur quidem de jure cædendi lapides in agro alieno quod conſuetudine adquiſitum eſt alicui. Verùm ita adquiſitum, ut ſolitum ſolatium ſive ſolarium, id eſt, pretium ſoli illius præſtare domino teneatur adquirens. Cùm nemo ſuo dominio privari invitus debeat.*

*Rectiſſimè autem pleriq; interpretantur in dict. tit. 56. lib. 2. feud. ipſas argentarias de tributo, reditu, ſive vectigali, quod ex argentariis, id eſt, omnis generis metalli fodinis ad Imperatoris fiſcum pertinet, Alvarot. ad dict. tit. 56. Matth. de Afflict. deciſ. Neapolitan. 321. nu. 12. 13. & 14. Mynſing. Reſponſ. 39. num. 11. & ſeq. Ioan. Borch. ad c. unic. quæ ſint regal. nu. 87. & alii quos refert Henric. à Roſenthal. in ſynopſi juris feudalis, cap. 5. concluſion. 85. Hanc enim explicationem confirmat textus in l. 2. & l. 3. C. de metallariis & metallis, lib. 11. l. ſi quis 11. C. de vectigalib. & l. inter publica 17. §. ult. ff. de verb. ſig.*

*Non eſt hoc loco omittenda & hæc queſtio: Si* 104
*Imperator aliquem de Ducatu, Marchionatu, Comitatu, civitate aut pagis quibuſdam inveſtierit, vtrum tacitè intelligatur quoque eâdem inveſtiturâ conceſſiſſe novo illi Vaſallo regalia in eodem illo territorio, de quo eum inveſtivit? De minoribus regalibus quò ad Ducatum, Marchionatum & Comitatum Dd. ple-*

R rīq;

Digitized by Google

*riq, affirmant, quos refert & ſequitur Peregrinus lib. 1. de jure fiſci, cap. 2. num. 17. & Ioan. Schoner. lib. 1. diſputat. feudal. diſp. 4. th. 13. Moventur autem hoc potiſſimum argumento, quod Ducatus, Marchionatus, & Comitatus feuda ſunt regalia, ut communiter à Dd. appellantur, quos citat & ſequitur Ludolph. Schrad. in tract. feud. part. 2. cap. 3. num. 3. & quidem rectè, per text. in tit. 14. in princ. lib. 1. feud. junct. tit. 34. in princip. lib. 2. feud. Adiiciunt & hoc argumentum, quod Dux, Marchio, Comes, hodie ſunt perpetui magiſtratus, & omnia illa poſſunt in Ducatu, Marchionatu, & Comitatu ſuo, quæ poteſt Imp. in Imperio, Ioan. Borcholt. in c. unic. nu. 7. & 8. quæ ſint regalia, lib. 2. feud. ſed hæc leviora ſunt argumenta, quam ut robur adferre communi huic concluſioni poſſint.*

*Nititur firmioribus rationibus aſſertio contraria, cum enim ipſa regalia in ſignum ſupremæ eminentiæ, ac privilegii ſingularis tributa ſint Imperatori, ut ſupra oſtendi, ſine ſpeciali conceſſione tranſlata in alium cenſeri non debent, per elegantem textum in c. quod tranſlatione 4. extr. de offic. legati, ubi Innocentius Romanus Pontifex licet, inquit, in Regno Siciliæ generalis ſit tibi commiſſa legatio, ad eam tamen ſine ſpeciali mandato non debuiſti manus extendere, quæ in ſignum privilegii ſingularis ſunt tantùm ſummo Pontifici reſervata. Pertinet quoque*

huc

huc generalis illa regula Pontificis Romani Bonifacii Octavi, in c. in generali, tit. de reg. jur. in 6. his verbis concepta; in generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus. Accedit eodem, quod in generali bonorum alienatione à Vaſallo facta, non continetur feudum, niſi nominatim dictum ſit, tit. 26. ſi de feudo defuncti, contentio ſit inter domin. & agnat. §. in generali, libri ſecundi feudor. confert etiam textus, in l. obligatione, 6. ff. de pignoribus. Vbi Iuriſconſultus Vlpian. Obligatione, ait, generali rerum, quas quis habuit, habituruſvè ſit, ea non continebuntur, quæ veriſimile eſt, quenquam ſpecialiter obligaturum non fuiſſe. Poſtremò Electoribus Imperii Secularibus & Eccleſiaſticis, ſpeciali privilegio conceduntur ab Imperatore regalia metallifodinarum, omnis generis in Provinciis ipſorum, ut teſtatur Aurea Bulla Caroli Quarti, Titul. Von Gold/ Silber/ vnd ander Ertz wegen. Non ergò generali conceſſione Electoratus continentur etiam ipſa regalia. Multò minus conceſſione alterius alicuius Provinciæ, Ducatus, Marchionatus, Comitatus.

Non tuetur opinionē communem, quod Du- 105
catus, Marchionatus, Comitatus feuda ſunt regalia, non enim ex eo dicuntur feuda, quod illis

*jura regalia neceſſariò cohæreant, ut ea tacite in Vaſallum Ducem, Marchionem, Comitem, intelligantur conceſſa, id namque feudorum jure nuſquam cautum legimus, & evincitur contrarium ex Aurea Bulla Caroli IV. dicto loco. Sed ideò iſthæc feuda dicuntur regalia, quod à ſolo Imperatore, qui Rex in jure noſtro appellatur, conferuntur, dict. tit. 14. in princ. lib. 1. feud. & tit. 10. in princ. lib. 2. feud. juncto titulo 34. de lege Corradi, in princ. lib. eod. feud. Ex quo loco intelligimus omne feudum eſſe regale, quod à Rege, id eſt, Imperatore Romano tribuitur, etiamſi non ſit Ducatus, Marchionatus, aut Comitatus feudum.*

*Vnde errant feudiſtæ, quando regale definiunt feudum, quod dignitatem annexam habet, quo modo feudum hoc definiunt Martin. Laudenſ. in tit. 1. num. 30. lib. 1. feud. Iacobin. de Sanct. Georg. in tract. feud. in verb. in feudum, num. 5. Ioan. Borcholt. in commentar. in uſus feudor. cap. 4. num. 12.*

*Errore ducũtur & illi, qui regale dicunt feudum & illud eſſe, quod autoritate Imperatoris cum regali dignitate conceſſum eſt, Mozz. de diviſ. feudi, n. 142. quem ſequitur Vulteius lib. 1. de feud. cap. 8. nu. 10. verſ. rectius feudum. Sunt quidẽ feuda dignitatis ipſa Ducatus, Marchionatus, Comitatus feuda, tit. 13. in fin. lib. 1. feud. At regalis dignitatis feuda non ſunt, ſicuti ar-*

guit diſertè textus expreſſus in dict. tit. 14. in princ. lib. eodem feudor. Vbi Marchia, Ducatus, & Comitatus diſtinguuntur à regali dignitate. Regalis dignitas eſt, quam obtinet Rex in regno ſuo, quod in feudum ab Imperatore poſſidet, vt locus ille teſtatur, & docet ibidem Frider. Schenck Baro à Tautenberg.

Nullum quoque adfert patrocinium communi opinioni alterum argumentũ, quo affirmant, 106
quemq; Ducem, Marchionem, Comitem, ea poſſe omnia, in Ducatu, Marhionatu, Comitatu ſuo, quæ poteſt Imperator in vniverſo Imperio Romano. Hoc enim pronunciatum erroris eſt pleniſſimum, ut refert Iacobin. de S. Georg. tractat. de feudis, in verb. Et cum piſcationibus, nu. 2. quem ſequitur Ioan. Borcholt. in commentar. in conſuetud. feudor. cap. 5. nu. 37. in fin. Quod ſi hæc Dd. ſententia eſſet catholicè vera, nuſquam competerent in orbe Romano ipſi Imperatori regalia, atq; ita fruſtrà eſſet lata ab Imp. Friderico de regalibus legiſlatio, quæ eſt in dict. tit. 56. quæ ſint regalia, lib. 2. feud. Fruſtrà item cautum eſſet in c. ſuper quibuſdam, §. præterea, extr. de verb. ſignif. regalia jura conceſſione, itemque præſcriptione temporis immemorialis ab Imperatore, & Pontifice Rom. ad alios tranſire. Quod autem dicitur quemque inferiorem Principem, ac comitem id poſſe in ſua provincia, quod poteſt Imperator in univerſo Im-



Digitized by Google

*perio Romano, intelligendum id eſt de a-
miniſtrandi, & juriſdictionis exercendæ pot-
ſtate, non de quavis omni poteſtate, & imp-
rio, quod lege Regia, vel qua alia lege ſ-
Imperatori eſt tributum, l. 1. in princip. D-
geſt. de conſtitut. Princip. & §. ſed & qu-
Principi, Inſtitut. de jur. natural. gentium
civili.*

107 *Expeditæ jam quæſtioni proxima eſt illa,
Imperator Principem aut Comitem aliquem
inveſtierit de Ducatu, Marchionatu, aut C-
mitatu,* cum omni jure, *utrum hac inveſt-
turâ cenſeatur etiam regalia conceſiſſe, nec n-
Dd. communiter diſtinguunt inter regalia m-
iora & minora. Maiora regalia, cuiuſm-
di etiam ſunt, cudere monetam, erigere un-
verſitates, creare notarios, legitimare ſp-
rios &c. hâc inveſtiturâ non contineri tr-
dunt. Minora autem regalia autuman-
conceſſa Vaſallo novo. Prius diſtictionis mem-
brum probari videtur textu c. intellecto 3-
extr. de jureiurand. & c. quod tranſlationem
4. extr. de offic. legati. Altera diſtinction-
pars firmamentum capere intelligitur ex e-
quod regalia minora poſſunt alienari, & con-
ceſſione Cæſarea ad alium tranſire, d. c. ſup-
quibuſdam, §. præterea, extr. de verb. ſign-
etiam privativè ut ſupra docui. Cùm er-
regalia ſint ſpecies* juris, *exiſtimantur quoq-*

co-

*conceſſa generalibus hiſce inveſtituræ verbis*, cum omni jure. *Generali quippe oratione omnes continentur ſpecies, quæ ad genus pertinent. l. metum 9. §. 1. ff. quod metus cauſ. l. item veniunt. 20. §. petitam 11. in fin. ff. de petit. hereditat. l. de pretio 8. ff. de public. in rem. act.*

*Verùm in ea totus ſum opinione, ut iſthac inveſtiturâ non cenſentur maiora novo Vaſallo conceſſa regalia, ita nec minora regalia intelligi in Vaſallum tranſlata. Regalia enim non cohærent Ducatui, Marchionatui, Comitatui; ſed jura ſunt merè perſonalia, quæ Imperatoris perſonæ, in ſignum ſupremæ eminentiæ, & privilegii ſingularis ſunt tributa, ut ſupra oſtendi, maximè ex Receſſu Imperii Ratiſbonenſi de anno 1576. §.* Darburch dann / *pag. 36. & Frideric. Imper. Conſtit. de pace conſt. §. nos Romanorum. Verba autem illius Inveſtituræ*, cum omni jure, *ſpectant illud tantùm jus, quod Ducatui, Marchionatui, vel Comitatui cohæret.* 108

*Si tamen Imperator Romanus in eo Ducatu, Marchionatu, Comitatu, præter regalia non habeat ulla alia jura, cenſent aliqui ex Dd. noſtris hæc regalia etiam contineri eâ inveſtiturâ, Zaſius poſt alios in Epitom. feud. part. 8. num. 19. arg. l. fundus qui locatus, 24. ff. de inſtruct. vel inſtrum. legat.*

192 *Vocatur in quæſtionem & illud, ſi Princeps de quibuſdam regalibus, auri, itemque argentifodinarum, quodam in territorio quendam nobilem, aut civitatem aliquam per feudum inveſtierit, addita hac generali clauſula,* cum omnibus & quibuſcunque aliis regalibus, *ut ſi dicat,* Wir belehen euch mit der Herꝛligkeit der Gold vnd Silber Gruben/auch allen andern regalien in diſer Marckung/ *quæ regalia præter ea, quæ nominatim conceſſa ſunt in Vaſallum, tranſlata huiuſmodi inveſtiturâ, cenſeantur? Similia expreſſis conceſſa intelligi ſcribit Andr. de Iſern. ad tit. quæ ſint regalia, num. 3. & ibidem Matth. de Afflict. circa finem, quos ſequitur Ioan. Borcholt ad eundem titul. num. 11. & Henric. à Roſenthal. in ſynopſi jur. feud. cap. 5. concluſ. 13. Quocirca hoc modo inveſtitura facta, cuiuſcunque generis metallifodinæ in feudum datæ cenſeri debent, argumento l. ult. §. 1. & §. 2. ff. de tritic. vino, vel oleo legat. & l. cum de lanionis 18. §. Sabinus 12. ff. de inſtruct. vel inſtrum. leg. quin etiam præter metallifodinas cætera quoque regalia omnia in feudum conceſſa intelligi debent, non quidem maiora, licet ita ſentire videantur Claudius Seyſellus in ſpeculo, rubr. qui feudum dare poſſunt, & Zaſ. in epitom. feudorum part. 5. numero undecimo. Sed tantùm minora regalia omnia. Cum enim ſpecies nominatim expreſſæ ſint, de regalibus mino-*

*minoribus, convenit ſanè hanc inveſtituræ clauſulam de ciuſdem generis ſpeciebus regalium intelligi, non etiam de aliis, arg. c. ſedes, extr. de reſcript. Vbi Pontifex Innocent. 3. Cùm, ait, in commiſſionibus noſtris minores & viliores perſonæ ſolummodò deſignentur, maiores & digniores ſub generali clauſula non intelligantur includi. Confert eodem text. in d. l. ult. §. ult. ff. de tritico, vino, vel oleo legat. Quo loco Proculus Iuriſconſultus. Quod ſi, inquit, ita eſſet legatum,* vinum amphorarium, aminæum, Græcum, & dulcia omnia, *nihil inter dulcia, niſi quod potionis fuiſſet, legatum putat Labeo ex collatione vini amphorarii: Hæc Proculus Iuriſconſultus. Præter ea, quæ potionis ſunt, quædam etiam alia ſunt dulcia, ut poma nonnulla, item uvæ, paſſæ, fici, palmulæ* (Dattelkerne) *dactyli* (Palmen Nuß) *caricæ, &c.* (Dürre Feigen) *at quia ſpecies expreſſæ ex genere potionis ſunt, clauſula quoque illa generalis de hiſce intelligi dulcibus debet, quæ ſimiliter ſunt potionis, non de alterius generis dulcibus. Proindeq́, cum propoſita quæſtio ſit de caſu, quo ſpecies regalium expreßè ſunt de minoribus regalibus, clauſula quoque generalis ſubiecta exaudiri debet de eiuſdem generis regalibus. Idq́; cenſet etiam Romanus conſil. 271. Cùm, ait, primùm præcedit ſpecialis enumeratio, generalis ſubſequens clauſula ea amplectitur, quæ ſunt ſpecialiter expreſſis ſimilia. Eandem*



Digitized by Google

*dem amplectitur ſententiam Matth. de Afflict. ad titul.51. de Capitaneo, qui curiam vend. lib. 2. feud. num. 33. Ægidius Boſſius, tit. de regalibus, num. 24. & 25. Similiter Gravett. conſil. 209. num. 8. verba, ait, univerſalia comprehendunt etiam regalia non expreſſa, modò non ſint diſſimilia præcedentibus.*

*Anton. quoque Peregrinus lib. 1. de jur. fiſci, tit. 2. num. 100. verſ. item ſi in conceſſione, ſi, ait, dominus expreſſiſſet quædam ex regalibus, deinde adjeciſſet clauſulam generalem, cum omnibus & quibuſcunq; aliis ſuis juribus, alia quoq; regalia,* Similia tamen expreſſis *includuntur.*

110 *Superiori quæſtioni proxima eſt illa, utrum Princeps, qui per feudum inveſtit aliquem de duobus aut tribus regalibus, non adpoſita generali clauſula, de qua proximè, cenſeatur etiam concedere regalia cætera, quæ ſunt ſimilia nominatim expreſſis in eodem territorio illo? Ioh. Borcholt. alios ſecutus aienti inhæret ſententiæ, in d. c. un. quæ ſint regalia, n. 10. lib. 2. feud. tùm etiam Ioan. Schon. lib. 1. diſp. feud. diſp. 4. th. 10. Sed hāc opinionem Henric. à Roſ. in ſynopſi juris feudalis, c. 5. concluſ. 13. in fundamentis ſub lit. D. eatenus procedere judicat, quatenus non reſtringendi cauſa expreſſæ ſint illæ ſpecies, de quibus nominatim facta eſt inveſtitura, per text. in l. quæſitum 12. §. pen. junct. d. l. cum de lanionis 18. §. Sabinus 12. ff. de inſtruct. vel inſtrum. legat.*

*Verùm*

*Verùm neganti ſententiæ patrocinium præſtare nihil dubito: tùm quia expreſſum quod non eſt, pro omiſſo haberi debet, l. un. §. ubi autem legatari 11. verſ. ult. C. de caduc. tollend. Tiraq. ad l. ſi unquam, in verb. libertis, n. 3. C. de revocand. don. Gravet. conſ. 161. n. 8. Quod enim quis vult, id diſponit etiam. Decian Reſponſ. 55. n. 44. vol. 5. tùm quia vulgata juris regula eſt, quod unius incluſio ſit excluſio alterius, l. ſi cum dotem 22. in princ. ff. ſolut. matrim. l. maritus 21. C. de procuratorib. l. cum prætor 12. ff. de jud. c. nonne, ubi Canoniſtæ, ext. de præſumpt. Can. qualis 25. diſt. Rota Bononienſ. deciſ. 72 Corſatus in ſingularibus in verb. argumentum. Menoch. conſil. 216. num. 22. lib. 3. ex qua regula argumentum ducitur ſolidum, teſte Menochio conſ. 158. n. 29. lib. 2. tùm etiam quia poſt genus primo legatum, confeſtim ſpecies quædam nominatim enumerātur, ſolæ illæ ſpecies debentur, non aliæ quæ ſub eodem continentur genere, dict. l. cum de lanioris 18. §. cui fundum 11. & §. quidam 13. ff. de inſtruct. vel inſtrum. leg. ſecus verò ſi ex abundanti per imperitiam ſpecies quædam poſt genus ſint enumeratæ ab eo, qui ignorat, ſub præmiſſo genere contineri etiam poſtea enumeratas ſpecies, ut in l. legata. 9. in pr. ff. de ſuppellect. legat. & l. quæſitum 12. §. pen. ff. de inſtruct. vel inſtrum. legat: tùm quia cū ſtatuæ duæ marmoreæ nominatim alicui ſunt legatæ, cæteræ ſtatuæ marmoreæ legatario*

*eidem*

*eidem non debentur, licet ei omne marmor ſit legatum, l. heres 100. §. 1. ff. de leg. 3: tùm poſtremò quia Imp. Frideric. in conſtitutione de pace conſtantiæ. §. nos Romanorum, junct. §. ſeq. in princ. diſertè oſtendit quibuſdam regalibus conceſſis, cætera non intelligi conceſſa.*

*Si tamen regalibus nominatim & ſpecialiter conceſſis, quædam alia ſint annexa regalia, eadem quoque tranſlata intelligi debent. Siquidem quod de connexo uno dicitur, neceſſe ſit, ut de altero quoque intelligatur, text in c. tranſlato, ext. de conſtit. Et connexorum idem ſit judicium, Anton. Corſet. poſt alios in ſingularibus in verbo argumentum, & Menochius conſil. 250. numer. 37. lib. 3.*

111 *Quod ſi Princeps, quando inveſtit aliquem de regalibus in quodam territorio, certas ſibi regalium ſpecies reſervet, cætera autem regalia in feudum alicui concedat, nunquid omnis generis regalia, maiora & minora hac inveſtitura concedere intelligi debet? Anton. Peregr. lib. 1. de jure fiſci, cap. 2. nu. 100. verſ. item ſi Princeps, affirmare videtur, his verbis: item ſi Princeps concedendo quædam ex regalibus ſibi reſervaſſet, cætera videretur conceſſiſſe. citat in hanc ſententiam non modò autoritatem Alciati, conſil. 1. lib. 7. ſed & text. in l. cùm præter, 12. ff. de judic. In confirmationem huius concluſionis vocari quoque poteſt text. in l. quæſitum 12. §. idem*

reſpon-

*reſpondit 43. verſ. nam qui hæc excipit, ff. de inſtruct. vel inſtrum. legat. l. in poſſeſſionem 6. §.1. ff. quibus ex cauſis in poſſeſſion. eatur, l. ex eo, 18. ff. de teſtibus & can. qualis, verſ. quod autem de uno, diſtinct. 25.*

*Cæterùm exiſtimo eius tantum generis regalia cenſeri tranſlata per huiuſmodi inveſtituram, cuius generis ipſe Princeps ſibimet reſervavit, ut ſi ex minoribus regalibus ſibi quædam reſervavit, cæteris Vaſallo datis, intelligitur minora duntaxat regalia conceſſiſſe Vaſallo, non etiam maiora, argum. l. ult. §. pen. & ult. ff. de tritic. vino vel oleo legat. d. l. cum de lanionis 18. §. Sabinus, 12. ff. de inſtruct. vel inſtrum. leg. l. ſtipulationes commodiſſimum 53. ff. de verb. obl. & c. ſedes, extr. de reſcriptis.*

*Neq; obſtant textus pro opinione contraria adducti. Ex illis quippe hoc tantùm probari poteſt, quod in propoſito caſu, cætera regalia non reſervata, intelligantur in feudum conceſſa Vaſallo novo. At non hoc etiam inde evincitur, quod diverſi generis regalia cenſeantur tranſlata, id enim factum non præſumi, evincitur ex juris textibus, in confirmationem deciſionis noſtræ adductis. Et quia maiora regalia oſſibus Principis inhærere dicuntur, ut ſupra oſtendi, non niſi nominatim & ſpecialiter ab ipſo Principe ad aliũ transferri certum eſt, per tex. in d. c. ſedes ext. de reſcr. & c. in generali conceſſione, t. de R. I. in 6.*

Quem-

*Quemadmodum Imperator, itemq́ Dux, Marchio, Comes, Baro ſuas res proprias, quarum adminiſtrationem habent legitimam per inveſtituram novam dare alicui in feudum poſſunt: ſic & quilibet alius ex ſuo patrimonio, quod liberè adminiſtrat, quidpiam in feudum alii jure concedit, per generalem tex. in d. t. 3. §. 1. verſ. novi verò, libr. 2. feud. Etiamſi homo ſit privatus. Hannetonius lib. 1. feud. c. 5. & Ludolph. Schrad. in tr. feudal. part. 4. c. 1. nu. 46. & ſeq.*

112 *Hinc quæritur, an etiam quilibet homo ignobilis, puta dives ruſticus res ſuas per inveſtiturã concedere alicui in feudum poſſit? Nicolaus de Neapolis poſt Andream de Iſern. in d. tit. 3. §. 1. verſ. novi verò lib. 2. feudor. negat. Negat item Duaren. in commentar. in conſuetud. feud. cap. 6. n. 9. Atq́ hanc opinionem magis ſuſtentabilem dicit Curt. Iun. in tract. feud. part. 2. quæſt. 4. n. 12. Eandem amplectitur quoque Fachin. lib. 7. controv. jur. cap. 74.*

*Fundamenta illius opinionis aliquot ſunt. Primum, quod diligenter & ſingulariter in tit. 1. lib. 1. feud. tractatur de perſonis, quæ feudum dare poſſunt, idq́ haud dubio ea de cauſa, ut ſignificetur, quod nõ omnibus indiſcriminatim ſua allodia in feudum dare liceat, cùm ergò ibidem perſonis illis non connumerentur ignobilis, aut ex his ruſtici, conſequens inde videtur, ruſticis, aliisq́ perſonis ignobilibus, non competere jus dandi res ſuas in feudum.* *Huic*

*Huic argumento proximè addi poteſt & illud. Si ruſtico eſſet poteſtas dandi res ſuas in feudum, id ſingulariter alicubi in feudorum jure cautum legeremus, ſiquidem ea, quæ notabilia ſunt, niſi ſpecialiter notentur, omninò reiecta videantur, l. item apud. 15. §. hoc edictum, 26. ff. de injuriis. l. 1. §. dixerit aliquis, 2. ff. de public. & l. & ita, 3. §. 1. verſ. niſi fortè, ff. nautæ caupon. ſtab.*

*Tertiò accedit huc, quod Dominus in Vaſallum per inveſtituram juriſdictionem adquirit, t. 55. §. ult. lib. 2. feud. Iuriſdictio autem privatorum conſenſu puta inveſtituræ contractu nulli quæritur, cuius antea non fuit, l. 3. C. de juriſd.*

*Quartò per feudi inveſtituram domino adjungitur quædam dignitas, ſplendor, & amplitudo, quò ad ipſum Vaſallum, Vaſallus enim Domino reverentiam debet, tit. 22. verſ. Curia autem, ibi, ſalva reverentia, lib. 2. feud. & quam humiliter, quam devotè, quam benignè, quam fideliter erga dominum ſe habere debet, ut loquitur feudiſta, in tit. 23. verſ. quomodo enim lib. eod. feud. Inconveniens autem videtur hominem ruſticum, ex ſola bonorum ſuorum in feudum conceſſione, ad amplitudinem deduci, ac poni in dignitate aliqua, cum virtutis ſit præmium ipſe honor, & exiſtimatio.*

*Adhæc tenetur dominus Vaſallum, Vaſallus viciſſim dominum defendere etiam armis, tit. 6. & tit. 28. in fin. libr. ſecund. feudorum. Ruſticis*

*autem*

Digitized by Google

*autem jure interdictum eſt armis, tit. 27. §. ſi quis ruſticis, lib. eodem feud. in tantum ut de vi publica teneantur, ſi domi aut in villa ſua coegerint arma, l. 1. ff. ad leg. Iul. de vi publ.*

*Denique feuda continent plerunque clientelas militares. Sed ruſticis militares clientelas permittere, cum periculo eſt conjunctum: ſiquidem à ſuo offenſi magiſtratu, occaſione puta exactionum ſolito graviorum rebelles fieri, & movere ſeditiones in magiſtratum ſuum poſſent. Hoc igitur malum ut evitetur, ſatius eſt, ne permittatur ruſticis poteſtas in feudum concedendi prædia ſua.*

*Hæc licet admodum ſpecioſa ſint argumenta, aiens tamen opinio communiter eſt recepta, quod etiam homo ruſticus prædia ſua in feudum dare poſſit. Bald. Alvarot. & alii ad dict. tit. 1. libr. 1. feud. in dict. tit. 3. §. 1. verſ. novi verò, libr. 2. feud. Innocent. in c. verum, in verb. de feudis, extr. de foro competenti. Jac. de S. Georg. tract. de feud. in verb. in feudum, nu. 26. Zaſ. part. 2. nu. 31. Albert. Brun. conſil. 157. in prin. vol. 2. Frideric. Schenk Baro à Tautenberg ad dict. tit. 1. §. Marchio & Comes lib. 1. feud Franciſc. Sonſbeck. in commentar. ad uſus feud. n. 15. Joan. Borcholt. in Commentar. in uſus feudor. cap. 5. nu. 41. & Schrader. tract. feudal. part. 4. cap. 1. num. 57. Henricus à Roſenthal in ſynopſi jur. feud. cap. 3. concluſ. 2.*

*Atque*

Atque hanc communem opinionem veritati 113
propiorem judico, per generalem regulam in d.t. 3.§.1.verſ.novi verò, lib. 2.feud. Vbi Iuriſconſ. feudiſta, novi ait, inveſtitura feudi, non ab alio rectè fit, niſi ab eo, qui legitimè ſuorum bonorum adminiſtrationem habet. Hoc pronunciatum Duarenus quidem negatum dicit eſſe axioma in d.c.6.n.9.idq; his proponit verbis. Qui non habet rer.ſuarum adminiſtrationem, in feudum dare nequit; ac negat Iuriſconſultum dicere: Qui rer. ſuarum adminiſtrationem habet, in feudum dare poteſt. Proindeq; hanc generalem affirmantem regulam non eſſe ſtatuendam, quod eam non admittet diſpoſitio tit.1.§.1.lib.1.feud. Sed meo animo errat Duar. Iuriſconſ. enim diſertè utramq; illam propoſitionem eo in verſ. uno complexu orationis comprehendit, affirmantem ſcilicet, & negantem, & quidem principaliter affirmantem, his expreſſis verbis: Novi inveſtitura feudi rectè fit ab eo, qui legitimè bonorum ſuorum adminiſtrationem habet. Per ἀντίθεσιν verò negantem ſimul eidem orationi inſerit propoſitionem, hanc nimirum: Novi inveſtitura feudi nõ fit ab eo, qui legitimè ſuorum bonorum adminiſtrationem non habet. Cùm ergò prior illa affirmans ꝓpoſitio generalis ſit, nec diſtinguat inter potentiores dignitate florentes, & homines ignobiles ac ruſticos, nobis certè liberum non eſt, generalitatem illam ad ſolos reſtringere eos, qui

*generis aut functionis dignitate pollent. Quod enim generaliter & ſimpliciter dicitur, diſtinctionem non admittit, l.3. in fin. ff. de offic. præſidis, l.1. §.3. verſ. & eſt relatum. ff. de aleatorib. Et ubi lex non diſtinguit, neq; nos diſtinguere debemus, l. de pretio 8. ff. de publ. in rem act. l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præſtant. l. à procuratore, C. mandat. Molinæ. tr. de uſur. q. 52. nu. 363.*

*Confirmat eandem hanc concluſionem noſtrã, quod etiam valvaſor minimus, qui plebeius eſt, tit. 10. §. cæteri, libr. 2. feud. de ſuo feudo, quod à valvaſore adquiſivit ſubinveſtire alium poteſt, tit. 34. §. ſimiliter, ibi, ut dari liceat in infinitum, libr. eod. feud. Cùm hæc poteſtas data ſit in feudo valvaſori minimo, homini plebeio, cur non tribueretur etiam plebeio homini, & ruſtico licentia inveſtiendi aliquem per feudum de propriis ſuis prædiis? Siquidem in re propria plus juris habeamus, quam in re aliena, ut eſt res feudalis, quæ proprietate domini eſt. In re ſua quiſq; moderator & arbiter eſt, l. in re mandata 21. C. mandati, l. ſed etſi, 25. § conſuluit, ff. de petit. hered. & juſtum eſt ſua cuiq; committere, l. nemo exterus, 9. C. de Iudæis, & quidem ad eius arbitrium, l. 2. in fin. ff. ſi quis à parent. manumiſſ. fuerit. l dudum 14. C. de contrah. empt.*

*Adhæc jure permiſſum intelligi debet, quicquid lege prohibitum non invenitur, l. nec non, 18. §. quod eius, 2. ff. de maioribus, l. ab ea 5. in*

*princ.*

Digitized by Google

*princ. ff. de probat. l. 1. §. 1. ff. de teſtib. l. mutus 43. §. cum quæretur, 1. ff. de procur. & l. ſtatuas 7. C. de relig. Cùm ergò nuſquam in jure feudorum prohibeatur nominatim ignobilis & ruſticus, prædia ſua dare alicui in feudum; certè id ei permiſſum cenſeri debet, maximè cùm generaliter dicatur in dict. tit. 3. §. 1. verſ. novi verò, lib. 2. feud. quod novi feudi inveſtituram facere poſſit, qui rerum ſuarum adminiſtrationem habet legitimam.*

*Præterea feudi ſubſtantia & forma eſſentialis, eſt ipſa & ſola fidei præſtatio, ad quam dominus & Vaſallus invicem tenentur, tit. 3. in fin. & tit. 6. in fin. lib. 2. feud. Hanc fidem cum æquè poſſit exhibere homo ignobilis & ruſticus, atq; is, qui generis ſplẽdore, aut officii dignitate floret, ſanè & is prædia ſua rectè in feudum concedit. Cuicunq; enim forma rei, ſive ſpecifica differentia convenit, eidem convenit & res formata, ſive ſpecies ipſa.*

*Denique prædicta noſtra concluſio firmatur textu in tit. 34. §. ex eadem lege, verſ. cùm curia, ibi, etiam ruſtico, lib. 2. feud.*

*Nihil obſtat huic deciſioni noſtræ, quod in d. t.* 114
*1. lib. 1. feud. non adponitur homo ignobilis, & ruſticis his perſonis, quæ feudum dare poſſunt. Primò enim cum Friderico Schenck. Barone à Tautenberg. ad eundem tit. 1. §. Marchio, reſponderi poteſt, quod locus ille exaudiri debeat de jure antiquo. Poſt illud jus, morib. receptum fuiſſe, ut*

*omnes omninò bona ſua in feudum concedere poſſent. Deinde verius illud dicitur, in eius tituli §. 1. loqui Iuriſconſultum de perſonis, de quibus non immeritò poteſt dubitari, num feudum dare poſſent nec ne. Agitur enim ibi de prælatis non ſuā, ſed Eccleſiæ rem in feudum dantib. Item de Ducibus, Marchionibus, Comitibus, qui non propriam, rem, ſed quam ab alio, putà Imperatore, in feudum poſſident, alii in feudum concedunt. Poteſt Prælatus Eccleſiæ, ut Archiepiſcopus, Epiſcopus, Abbas, Præpoſitus in feudū alicui dare propria bona ſine diſcrimine, tit. 35. in pr. lib. 2. feud. Poteſt & res ſuæ Eccleſiæ dare alicui in feudum, d. t. 35. §. 1. ſed eas tantùm, quæ antiquitùs à prædeceſſoribus in feudum dari ſolitæ ſunt, tit. 6. §. 1. ibi, quæ antiquitus non ſit ſolita, lib. 1. feudor. c. 2. ext. de feudis, & c. ut ſuper, ext. de reb. Eccl. alie. vel non, & tit. 91. §. 1. ibi. Si antiquitùs eorum cōſuetudo fuerit, lib. 4. feud. Idq́; ſignificat etiam Iuriſconſultus feudiſt. in dict. t. 1. §. 1. ibi, ſi antiquitùs conſuetudo eorum fuerit feudum dare, lib. 1. feud. loquitur ergò nō de propriis bonis Prælati, ſed de bonis Eccleſiæ, de quib. dubitari poterat, num dari à Prælato in feudum poſſint.*

*Similiter quando Iuriſconſultus ibidem in §. 2. Dux, ait, Marchio, & Comes ſimiliter feudum dare poſſunt, qui propriè Regni, vel Regis Capitanei dicuntur, &c. non loquitur de propriis reb. ipſius Ducis, Marchonis, Comitis, ſed de bonis*

*Impe-*

Digitized by Google

*Imperii, quæ ab ipſo Imperatore in feudum poſſident; & docet, quod hæc bona feudalia, vel partẽ eorum viciſſim alii dare in feudum poſſint, ut evincitur ex collatione illius §. cum tex. in d. t. 14. in pr. & §. 1. lib. 1. feud. & t. 10. lib. 2. feud. De hac poteſtate cum dubitari nõ immeritò potuiſſet, ſiquidem res aliena ſit, quã Vaſallus ab alio in feudum poſſidet, non ipſius propria, t. 23. §. ult. lib. 2. feud. neceſſũ fuit nominatim & ſingulariter cavere, an & huius dandæ in feudum jus & poteſtatem habeat. Nihil itaq; locus ille pertinet ad eos, qui bona ſua propria alicui in feudum concedũt, de quibus eſt generalis text. in d. t. 3. §. 1. verſ. novi verò. lib. 2. feud. Proindeq; perperam inde argumentum ducitur contra communem opinionem, quod quiſq; etiam ignobilis ac ruſticus propria ſua prædia alicui in feudum jure concedat.*

*Quod attinet ſequens argumentum contrariæ opinionis, nihil fuit opus, ut nominatim, & ſingulariter caveretur etiã de ignobili, & ruſtico homine, ſiquidem generalis illa regula in d. t. 3. §. 1. v. novi verò. lib. 2 feud. verborum complexu cõtineat etiam ruſticos, aliaſq; ignobiles perſonas. Expreſſum enim dicitur & illud, ꝗ generaliter exprimitur, l. ult. ubi gl. in verbo, ſpecialiter. C. de negot. geſt. l. 3. §. 1 ff. pro ſocio. Bart. in l. ult. C. ſi contra jus vel utilit. publ. Tiraq. de legib. cõnub. gl. 7. n. 148. Pariſ. conſ 9. n. 24. vol. 2. Hier. Pantzſchman. li. 2. q. jur. q. 13. n. 71. Expreſſim quoq; &* 115

*nominatim dicitur cautum, quod diſponitur per verba, quæ ſua natura illud important, licet non ſint ſpecifica. Ang. in Auth. Sed cum teſtator, n.2. C. ad L. Falcid. Et expreſſum cenſetur, quod vi rationis continetur, l. prætor 20. in pr. junct. §. 1. ubi gl. ff. de operis novi nunciat. & c. olim extr. de cenſib. Menoch. conſ. 235. n. 41. lib. 3. Expreſſio item generalis ſufficit etiam his, quæ pro forma requiruntur, & quæ ſpecialem mentionem deſiderant, Ioan. Andr. Abb. & Ant. de Butr. in c. nonnulli, ext. de reſcrip. Caſtr. conſ. 224. Barthol. Socin. conſ. 3. In cauſa Dn. Guidi, vol. 3. Et generalis diſpoſitio nihil in tactum relinquit, ſed ad omnia refertur, atq; etiam omnia comprehendit, l. 1. §. quod ait, ff. de aleatorib. l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præſt. l. de pretio 8. ff. de publ. in rem act. Bald. conſ. 191. & conſ. 205. vol. 1. Cravet. conſ. 133. nu. 5. vol. 1. comprehendit quoq; omnes caſus, licet in uno ſit maior ratio, quam in alio, Cravet. conſ. 92. nu. 4. Rimin. conſ. 12. nu 31. vol. 1. Mar. Socin. conſil. 57. n. 22. vol. 3. Decian. reſp. 17. nu. 17. lib. 1. Roland. à Valle conſil. 2. n. 9. vol. 3. Et generaliter diſpoſita idem operantur, ac ſi ſpecialiter exprimerentur, Caſtr. in l. ſi quando, ff. de legat. 1. Rum. conſil. 56. n. 12. lib. 2. Matth. de Afflict. deciſ. Neapol. 44. nu. 11. & 12. Ioan. Cephal. conſil. 524. num. 37.*

*Tertium contrariæ ſententiæ argumentum, de juriſdictione Domini in Vaſallum, nõ parum*

*momenti*

*momenti habet. Verùm dilui hoc modo poteſt: Iuriſdictio feudalis, quam Vaſallus, itemq́ pares Curiæ in cauſis feudalibus exercent, non tribuitur ipſa privata conventione, quæ inter dominũ inveſtitorem, & Vaſallum novum in ipſa inveſtitura interponitur: ſed lege feudali confertur ea in ipſum dominum, & pares Curiæ, ut arguit tex. in d. t. 34. in pr. & tit. 55. §. ult. lib. 2. feud. Nec refert quicquam, quod perſonæ ſunt privatæ domini & Vaſalli. Nam lege itemq́ moribus concedi poteſt juriſdictio etiam privato homini, arg. l. cum prætor 12. §. 1 ff. de judic. l. viros. 8. ubi gl. & Bart. C. de diverſ. offic. & apparitorib. judic. lib. 12. & l. 1. ibi, quibus hoc facere vel legibus, vel ex longa conſuetudine conceſſum eſt, & l. fin. C. de emancip. liberor. c. irrefragabili, §. exceſſus 9. extr. de offic. judic. ord. & c. cum contingat, verſ. niſi fortè, extr. de foro competent. c. cum dilecti filii, §. quamvis, extr. de arbitris.*

*Quartum argumentum ideò nobis negotium facit nullum, quod feudum continet in ſe aliquod beneficium, quod dominus in Vaſallum ex benevolentia & liberalitate confert, tit. 27. libr. 2. feud. itemq́ domini amorem in Vaſallum, titul. 27. in fin. pr. lib. 1. feud. Sed benevolentia, amicitia & liberalitas eſt quædam virtus, ut ex Cicer. lib. de offi. & Ariſt. in Eth. diſcimus. Proindeq́ nõ immeritò huius virtutis, hoc præmiũ domino tribuitur, ut neceſſe habeat Vaſallus reverentiã &*

 honorem

*honorem ei præſtare, à quo benevolentia, amore, & liberalitate affectus eſt, etiamſi homo ſit ignobilis, aut ruſticus, ſiquidem virtutis ſubiectum commune ſit cum omnibus.*

*Quintum quod attinet argumentum, licet ruſticis interdictum ſit armis, id tamen non ita exaudiri debet, quaſi nec ſuæ, nec alterius ſalutis cauſa telum geſtare queant, l. hi qui ædes 11. §. ult. ff. ad l. Iul. de vi publ. & tenetur Vaſallus dominum, & hic viciſſim illum ſaltem defendere, & in periculo conſtitutum juvare, non etiam injuriâ offendere quenquam, tit. 28. in pr. v. ſed cum palã eſt, & §. ult. lib. 2. feud. Quod a. vaſallus domino, etjam in bello, militaria pſtare tenetur ſervitia, tit. 7. verſ. & ſi ſcivero te velle, & d. t. 28. in pr. lib. eod. feud. id nihil ad dominum pertinet eum, qui homo eſt ruſticus, vel alius ignobilis, cum hic bellum movere non poſſit, ſiquidem id ſolius Principis ſit ſummi, l. 3. ff. ad l. Iul. maieſt. qui tamẽ non, niſi de ordinum omnium, præcipuè Septemvirorum voluntate, vel intra vel extra Imperii fines bellum ſuſcipere poteſt, ut evincitur ex legib. in quas Imperator recens electus jurare tenetur, quarum meminit Schleid. lib. 1. comment. mihi pag. 21. fac. 1. in fin. & fac. 2. in princ.*

*Vltimũ contrariæ opinionis argumentum ideò nihil ſtringit, quod cum ruſticus, aliuſvè homo ignobilis prædia ſua dederit alicui in feudum ſuæ tuendæ ſalutis cauſa, atque hic finis non ſit improba-*

*probabilis, præſumptio rebellionis meritò ceſſare debeat, arg. l. meritò 51. in fin. princ. ff. pro ſocio, & c. ult. extr. de præſumpt. Et potens aliquis magiſtratus nõ ita meticuloſus eſſe debet, ut fruſtrà timeat vim unius atq; alterius ruſtici, arg. l. metum, 6. & l. ſeq. in princ. ff. quod metus cauſa maximè cum vis non præſumatur, eò quod etiam juri naturæ contraria eſt, l. 3. ff. de juſt. & jur. l. ſi quis in tantam. 7. C. unde vi, & l. nam ſi hoc natura, 14. ff. de condict. indebiti.*

*Quid verò de marito ſentiendum, nunquid & hic de prædiis dotalibus inveſtire aliquem per feudum poteſt? Eſt quidem maritus prædiorum dotalium dominus, & adminiſtrator. Inſtitut. quib. alien. licet vel non, in princ. l. quamvis 75. in princ. ff. de jur. dot. l. ſi ego. 9. §. ſi res, ff. eod. tit. l. ſi prædium 23. C. d. t. atqui eorundem alienandorum poteſtatem, prohibente lege Iulia, habet nullam, etiam conſentiente muliere, l. unic. §. & cum lex Iulia, C. de rei uxor. act. & tit. Inſtit. quib. alien. licet, vel non. Alienationis autem verbo ſignificatur in l. Iul. non modò ille actus, per quem dominium transfertur, ut in l. 1. C. de fundo dotali, ſed & quo jus aliquod prædio dotali imponitur. Veluti jus ſervitutis, l. Iulianus 5. ff. d. t. Item jus pignoris & hypothecæ, l. 4. ibi, obligare, ff. eod. tit. & annotat Thalelæus ad d. l. 1. C. de fundo dotali. Et quia ſervitus realis non poteſt per maritum imponi fundo dotali,* 116



Digitized by Google

*neq; etiam emphyteuſis aut uſusfructus jure poteſt maritus onerare, ut ſentit idem Thaleleus ad d. l. 1. C. d.t. & patet ex l.ult. C. de reb. alien. non alien. Proindeq; nec in feudum dari à marito poteſt, cum feudum ſit uſusfructus quidam, tit. 23. §. ult. ibi, uſusfr. verò illius lib. 2. feud.*

117 *Dixi quidem maritum eſſe dominum prædii dotalis, verùm enunciatio hæc non caret controverſia, ut latè oſtendi in meo commentario ad d. l. contractus, 23. ff. de reg. jur. cap. 4. nu. 10. ubi aliquot argumentis adductis eorum probo ſententiam, qui verum eſſe dominum rerum dotalium ipſum maritum affirmant.*

*Herman. Vulteius lib. diſcept. Scholaſtic. cap. 19. controverſiam illam hac diſtinctione componendam putat, ut dicamus maritum eſſe dominum dotis, hoc eſt, juris dotalis dominum, eius verò uxorem eſſe rei in dotem datæ dominam, per text. in l. ſi prædium, 23. l. licet dos, 27. & l. in rebus, 30. C. de jur. dot.*

*Verùm hanc diſtinctionem à jure noſtro alienam eſſe, varia arguunt argumenta. Et primò textus ab ipſomet Vulteio citati, l. ſi prædium 23. C d.t. diſertè oſtendit, quod dominium rei dotæ ipſi marito ſit adquiſitum. Iuſtin. quoq; Imper. in princ. d. t. Inſtit. quibus alienare licet vel non, apertè docet, prædii dotalis dominium pertinere ad ipſum maritũ. Confirmat eandem ſententiã, quod res dotalis marito ante nuptias data, non ſecutis*

*cutis nuptiis, non vindicatione; ſed condictione repetitur, & revocatur à marito, l. dotis fructum 7. § ult. ff. de jur. dot. Condicimus autem nō proriam, ſed alienam rem, §. ſic itaq; diſcretis, Inſtit. de act. Et quod dominium ipſius rei dotalis traditione ad maritum tranſeat, docet quoq; Iuſtin. Imp. in §. per traditionem, verſ. ſed ſiquidē, Inſtit. de rer. diviſ. & Iuriſc. Vlp. in l. 3. §. 1. ff. de publ. in rem act. Firmamentū adfert eidem ſententiæ & hæc ratio, quod non uxor, ſed maritus ipſemet rem dotalem à tertio poſſeſſore rei vindicatione petere poteſt, l. doce ancillam, 9. C. de rei vindic. l. de his, 11. C. de jur. dot. Rei autem vindicatio ſoli domino competit, l. in rem 24. in princ. & tot. tit. ff. & C. de rei vindic. l. Quintus Mucius. 27. §. cui. legatum 4. ff. de auro & argent. legat. Adhæc re aliena ab uxore in dotem data uſucapiendi conditio competere dicitur marito, & ipſe maritus dominium rei illius dotalis uſucapit, non uxor, l. 1. §. 2. & l. ult. ff. pro dote. Vſucapio † autem rei hoc eſt corporis, non juris, puta* 118 *ſervitutis, dominium tribuit uſucapienti, l. ſervitutes 14. in princ. ff. de ſervitutib. l. 4 §. ult. ſi aliena, 10. §. 1. ff. de uſucapion. l. ſervus 43. §. 1. ff. de adquir. rer. dom.*

*Sunt qui putant, etiam ſervitutes, quæ inter* 119 *jura numerantur, ex nova Iuſtiniani conſtitutione in l. unic. verſ. ideò per præſentem, ibi, vel eſſe intelliguntur, C. de uſuc. transformand. hodiè etiā per ſe uſucapi. Verùm errore ducūtur.*

Cùm

*Cùm enim hac nova lege ſpecialiter non abrogentur proximè allegatæ leges, de ſervitutibus non uſucapiendis loquētes, incorrectas eas manſiſſe putari debet, pro text. in l. præcipimus 32. in fin. Cod. de appellat. & cap. 1. de conſtitut. in 6.*

*Gloſſa quidem, & Dd. veteres & recentiores opinantur Iuſtinianum Imp. per verba* vel eſſe intelliguntur, *ſignificare ſervitutes. Sed opinio hæc mihi probanda non videtur, quando volunt ſervitutes etiam uſucapi, hoc maximè argumento, quod eo loco Imperator non agit de uſucapione ad res, quæ antea non uſucapiebantur, quò ad earum naturam intrinſecam, ſed de uſucapione transformanda, quo ad locum, & tempus, cum oſtendat res Italici ſoli admiſiſſe olim uſucapionem, & quidem biennii duntaxat in rebus immobilibus, non etiam res ſoli Provinciarum. Quapropter cùm olim certo jure ſervitutes non uſucaperentur, id correctum hac conſtitutione exiſtimari neutiquam debet, per jura adducta. De ſervitutibus, quæ unâ cum ipſis prædiis uſucapiuntur, per text. in d. l. ſi aliena 10. §. 1. ff. de uſucapionibus non videntur accipienda iſthæc verba* vel eſſe inrelliguutur, *eò quod per particulam ſegregativam* vel *à rebus immobilibus omninò ſeparentur res illæ, quæ ibidem immobiles intelligi dicuntur, unde colligitur, quod verba illa ſint accipienda de rebus, quarum natura in*

*earun-*

*earundem adquiſitione per ſe & abſtractim conſiderantur.*

*Haud ægrè tamen admitto, ut iſthæc verba intelligantur de ſervitutibus, modò non dicatur ex eo loco, ſervitutes quoque uſucapi, atque corrigi nova illa Iuſtiniani conſtitutione jus antiquum, quo ſervitutes uſucapi negantur. Cùm enim prægnantes adducantur rationes in d. l. ſervitutes 14. in princip. ff. de ſervit. cur uſucapi non poſſint ſervitutes, non eſt putandum, Iuſtinianum Imper. abrogare voluiſſe jus illud antiquum, cum nominatim & ſpecialiter non tollat illud, per regulam in d. l. præcipimus, 32. §. ult. C. de appellat, & c. 1. tit. de conſtitut. in 6. res tantùm corporales uſucapiuntur, d. l. ſervitutes, 14. in princ. ff. d. t. & d. l. ſi aliena, 10. §. 1. ff. de uſucap. Servitutes non uſucapiuntur, ſed longi temporis præſcriptione adquiruntur, l. ſi quis diuturno 10. in princ. ff. ſi ſervit. vindic. & l. ul. in fin. C. de præſcript. long. temporis. Aliud eſt præſcriptio, aliud uſucapio, §. ex his itaque, verſ. & hoc eſt, ibi, vel uſucapionem, aut longi temporis præſcriptionem. Inſtit. per quas perſonas cuiq; adquiritur, l. ult. §. ſin autem, ibi, nec uſucapio, nec longi temporis præſcriptio, C. communia de leg. & fideicommiſſ. l. 2. C. in quibus cauſis ceſſat longi temporis præſcript. & l. 1. C. de commun. rer. alienat.*

*Iure autem veteri, res tantùm corporales I-*

talici

talici ſoli uſucapi poterant, res provinciarũ corporales non uſucapiebantur, d. l. unic. C. de uſucap. transf. & tit. Inſtit. de uſucap. Præſcriptione tamen longi temporis adquirebantur, tot. tit. C. de præſcript. longi temporis.

Iure item veteri, Italicæ res corporales immobiles uſucapiebantur ſpacio biennii, d. l. un. verſ. ſed & ſi quis, C. de uſucap. transfor. Præſcriptione item biennii adquirebantur ſervitutes prædiorum Italicorum, ut arguit text. in l. ſicut uſumfructum 13. C. de ſervitut. & aqua. ſunt enim ſervitutes rerum immobilium, l. 2. C. d. t.

120 Vtrumq; corrigit Imp. Iuſtinian. in d. l. unic. verſ. ideò per præſentem, C. de uſucap. transfor. ubi conſtituit, ut non modò res immobiles Italicæ, ſed & provincialia prædia uſucapioni ſubiecta ſint, quæ prior eſt correctio. Cavet item, ut uſucapiendis rebus immobilibus Italicis, & Provincialibus, itemq; præſcribendis ſervitutibus Italicis non amplius breve illud biennii ſpacium ſit præfinitum, ſed exceptionum tempora currant, decem & viginti annorum, id eſt, quemadmodum Provincialium rerum immobilium præſcriptioni conſtitutum eſt tempus decem annorum inter præſentes, viginti inter abſentes, l. ult. C. de præſcript. long. temp. Sic & uſucapioni immobilium rerum, ac ſervitutum præſcriptioni etiam in ſolo Italico tempus idem obſervetur, quæ eſt altera illa correctio. Atq; hũc eſſe ſenſum

nova

*novæ Iuſtin. conſtitutionis in d. l. un. verſ. ideò per præſentem, C. de uſuc. transf. planè arbitror.*

*Non ſolùm autem in ſolis rebus Italicis uſucapiendis, itemq́; ſervitutibus prædiorum Italicorum præſcribendis, ampliat Iuſtinianus anguſtum illud biennii tempus, idq́; ad decennium, & vicennium extendit, ſed etiam quando in Italicis rebus, tempus illud longum non ſufficit, ut cum mala fide quis poſſidet eas, aut debitor jus hypothecæ præſcribit, contra creditorem, exceptionum, id eſt, præſcriptionum 30. vel 40. annorum tempora his caſibus currere jubet, in l. unic. verſ. ideò per præſentem, ibi, vel triginta annorum, & aliarum exceptionum tempora currant. C. de uſucap. transform.*

*Cùm ergo ut ſupra oſtendi, maritꝰ uſucapiat rem alienam, quam in dotem ab uxore ſua accepit, & uſucapio ſit tantùm rerum corporalium, non jurium, ut expoſui: conſequens inde eſt, defendi non poſſe dictionem illam inter dotem, hoc eſt jus dotale, & rem dotalem, ut maritus ſit dotis, ſive juris dotalis dominus, uxor verò domina ipſius rei in dotem datæ, maximè cum & alia plura ſint indubia argumenta ſupra adducta, ex quibus convincitur, rei dotalis dominium competere marito, non uxori.*

*Etſi autem maritus ſit dominus prædii dotalis, non tamen perfectè eſt eius dominus, cum ex caſu ipſi dominium auferri poſſit, idque ipſo jure*

*jure ad uxorem revertatur, puta marito ad inopiam vergente, l. ſi conſtante, 24. in princ. ff. ſolut. matrim; ſoluto item per divortium matrimonio, tot. dict. tit. ff. ſolut. matrim. l. in rebus, 30. C. de jur. dot. ut & ſi alienet maritus rem dotalem, l. 3. C. de rei vindic: perfectè rei domiminus non eſt, cui ex caſu dominium auferri poteſt, l. omnes actiones 139. §. 1. ff. de reg. jur. Gloſſa quoq; in d. l. ſi conſtante 24. §. ſi maritus 5. in verb. in alienis, ff. ſolut. matrim. affirmat, quod præſenti tempore inſpecto res dotales ſint mariti; ſed ſpe temporis futuri eas eſſe uxoris.*

*Atque de his caſibus intelligendus eſt Iuſtinian. Imp. in d. l. in reb. 30. in princ. C. de jur. dot. quando ſcribit, quod res dotales & ab initio uxoris fuerint, & naturaliter in eius permanſerint dominio. Reſpectu quoque eorundem caſuum, quibus deſinit maritus eſſe dominus prædiorum dotalium, exaudiri debet, quod maritus jubetur in dote præſtare dolum & latam culpam, l. contractus 23. ff. de reg. jur. l. etiam filios 18. §. 1. l. ſi filiofam. 25. §. maritum. ff. ſolut. matr. cum tamen aliâs in re propria nemo alii ullam præſtare culpam teneatur, per l. in re mãdata, 21. C. mandat. cum ſimilib.*

*Hoc quoque ſenſu accipiendi ſunt juris textus, quibus dos mulieris eſſe dicitur, l. quamvis 75. ff. de jur. dot. l. fructus, 7. §. ſi fundum viro, & d. l. ſi conſtante 24. §. ſi maritus, ff. ſolut. matrim.*

Digitized by Google

*trim. l. pater filiæ, 71. ff. de evictionibus, quibus item dos aſſignatur rebus uxoris, l. 4. ff. de collat. bonor. & patrimonium uxoris eſſe dicitur, l. 3. §. ergò etiam, ff. de minorib. l. unic. §. & hoc ex rei uxoriæ, C. de rei uxor. act. l. pater filiæ. 14. in princ. ff. ad leg. Falcid. Et quòd conſtante etiam matrimonio dos mulieri deberi dicitur. in l. ſervum dotalem, 21. ff. de manumiſſ. idipſum exaudiri debet de caſu, quo ad inopiam vergit maritus, ut textus legis eiuſdem arguit.*

*Vt quiſque dominus, qui liberam habet rerum ſuarum adminiſtrationem, de prædiis ſuis propriis per feudum inveſtire aliquem poteſt, ita quoque Vaſallo jure permiſſum eſt, de ſuo feudo, quod ab alio poſſidet domino, aut de feudi ſui parte, ſubinveſtire quempiam alium, tit. 3. §. ſed etiam res, verſ. per feudum tamen, tit. 9. in princip. verſ. ſi verò vel totum, tit. 26. §. beneficium, & titul. 34. §. ſimiliter, libr. 2. feudorum.* 121

*Non obſtat, quòd Vaſallus ſimilis eſt uſufructuario, titul. 23. §. ultim. verſ. uſusfructus verò, lib. eod. feud. cui denegata eſt poteſtas cedendi uſumfructum alii, quam proprietatis domino, §. item finitur, Inſtit. de uſufruct. & l. ſi uſusfructus 66. ff. de jur. dot. Diſtinguẽdum enim hic eſt inter eam uſusfructus ceſſionem, qua uſufructuarius ipſo jure utendi fruendi ſe omnino abdicat: & eam ceſſionem, qua retento ipſo utendi*

*fruendi jure, ſaltem uſusfructus commoditatem, i.e. jus percipiendi fructus, in alium transfert. Illa ceſſione uſufructuarius amittit uſumfructum ſuum, isq; ad proprietariũ revertitur, per textus proxime allegatos; hac verò poſteriori ceſſione facta, uſusfructuarius ipſum jus utendi fruendi retinet, & tantùm commoditas uſusfructus alii conceditur, §. minus autem juris, Inſtit. de uſu & habitat. l. arboribus, 12. §. uſufructuarius, l. non utitur 38. ff. de uſufruct. l. neceſſariò 8. §. ult. ff. de pericul. & commod. rei vendit. Eadem quoque conditio eſt Vaſalli. Hic enim feudum ſuum, in conſulto domino, ita in alium transferre, ut eo ſe planè abdicet, omninò prohibetur, tit. 5. in fin. tit. 21. §. ſi quis miles, tit. 13. tit. 18. §. ult. lib. 1. tit. 9. in princ. tit. 24. §. ult. tit. 26. §. feudum ea lege datum, tit. 38. tit. 44. tit. 52. §. ſi quis verò, & tit. 55. §. Callidis inſuper. lib. 2. feud. Sed de eius commoditate, id eſt, de jure percipiendi fructus inveſtire alium poteſt, ita ut ipſemet etiam ſui domini Vaſallus permaneat, & hac ſubinveſtitione ſubinfeudatus ſimiliter Vaſallus fiat, non tantùm ſubinfeudantis, ſed eius domino, cui etiam ſervire tenetur, dict. titul. 34. §. ſimiliter, & titul. 55. §. inſuper, verſ. illud quoque præcipimus, lib. 2. feud. Iulius Clarus, tamen in §. feudum, quæſt. 32. num. 6. & Hartman. Hartman. ab Eppingen, in pract. obſervat. tit. de feudor. obſervat. 39. ſentiunt, quod apud Vaſallum.*

*ſallum, qui feudum ſuum alteri per infeudationem conceſſit, neq; proprietas, neque uſusfructus remaneat. Et hos ſequitur Ioh. Borcholt. de feud. cap. 8. nu. 52.*

*Nihil quoque refragatur, quod facta ſubinfeudatione, Vaſallus amittit fructus feudi, atque hinc ineptus efficitur ad præſtanda domino debita ſervitia, cum ex fructibus feudi ſervire domino teneatur, titul. 54. in fin. & tit. 55. §. firmiter, lib. 2. feudor. Nihil enim in ſervitiis præſtandis decedit domino ſuperiori, ſiquidem inferior hic ſubinfeudatus Vaſallus, iſthæc debita ſervitia eidem ſuperiori domino præſtare neceſſe habeat, d. tit. 34. §. ſimiliter, & dict. tit. 55. §. inſuper, lib. eod. feudor. Baldus ad titul. 4. §. ultim. & ibi Baldum ſequutus Fridericus Schenck Baro à Tautenberg, libro primo feudorum & integrum ſit Vaſallo, etiam per quendam alium virum idoneum, domino ſervitia præſtare, d. tit. 55. §. firmiter, libro ſecundo feudorum.*

*Deniq; non obloquitur textus in dict. tit. 55. §. callidis, lib. eod. feudor. Etſi enim, teſte Camerario, in repetit. dict. tit. 55. pag. 32. non deſint, qui hac Frideric. Imper. nova legiſlatione jus ſubinfeudandi exiſtimant abrogatum, in qua opinione eſt etiam Franciſc. Hotoman. lib. diſput. de feud. cap. 37. pag. 176. & ad dict. tit. 3. §. 2. in verb. cuilibet dare, tit. 9. §. 1. in verb.*

*hodiè licet facere: tùm etiam ad dict. tit. 55. §. callidis, lib. 2. feud. Id tamen ex eo textu neutiquam doceri poteſt. Cùm enim ea lege novâ ſpecialiter & nominatim non tollatur ſubinfeudationis jus, hanc certè correctionem textui illi affingere non debemus, ſiquidem quod nova conſtitutione ſpecialiter expreſſum non eſt, id veterum legum, conſtitutionumq́; regulis relictum cenſeatur, l. præcipimus 32. in fin. C. de appellat. & cap. 1. tit. de conſtitut. in 6. Quinetiam idem Imp. Frider. in eiuſdem titul. 55. §. inſuper, verſ. illud quoque præcipimus, lib. 2. feud. jus illud infeudandi manifeſtò comprobat.*

121 *Vt autem ſubinfeudatio efficax ſit, tria coniunctim requiruntur. Primum eſt, ut Vaſallus non alia, ſed eadem lege, quâ ipſe feudum accepit & poſſidet, de eodem alium inveſtiat; ut ſi habeat feudum pro ſe, & heredib. ſuis maſculis, non poteſt de eodem inveſtire alium, ut is, & heredes eius maſculi & fœminæ feudum habeant, dict. tit. 34. §. profectò ille, lib. 2. feud. Alterum eſt requiſitum, ut ſyncerè, & abſq; fraude iſthæc ſubinfeudatio fiat, dict. tit. 9. in prin. verſ. ſi verò & tit. 26. § beneficium, lib. 2. feud. Puta, ut gratuitò, liberaliter, non fucata, palliatáq; venditione, non ullo pecuniæ autoramento, ſubinfeudatio fiat, d. t. 55. §. callidis, lib. eod. feud. Tertium requiſitum eſt, ut eiuſdem conditionis perſonæ per ſubinfeudationem feudum ſuum, vel partem eius concedat,*

ut

*ut ſi Vaſallus miles ſit, non alium, quam militem, ſub inveſtire de feudo poteſt, tit. 26. §. beneficiũ, ibi, dum tamen militi detur, & d. t. 34. §. ſimiliter, ibi,* ſi ſecunda perſona ſit talis, quæ feudo ſervire poſſit, ut ſi dans miles ſit, & ille qui accepit feudum inveniatur miles, *lib. 2. feud. Mynſing. centur. 1. obſer. 62. Frid. Schenck Baro à Tautenberg, ad dict. §. beneficiũ, tit. 26. lib. 2. feud. qui titulus eſt ipſi 4. lib. 2. feud.*

*Non ergo integrum eſt Vaſallo, perſonæ ſingulari, de feudo ſuo ſubinveſtire vel Eccleſiam, vel civitatem, aut pagum aliquem, per text. in tit. 3. §. inde poteſt præſumi, lib. 1. feudor. Schrader. poſt alios tractat. feudali, part. 8. cap. 2. nu. 16.*

*Neq; obſtat, quod uſusfructus etiam civitati conſtitui poteſt, & civitati datus, ad centum uſq; annos datus intelligitur, l. an uſusfructus 56. ff. de uſufruct. Argumentum enim ab uſufructu ad feudum non procedit, quando feudorum jure diverſum eſt diſpoſitum, ut arguit text. in titul. 1. lib. 2. feud. & ſentit in ſimili Everh. in Topic. legalib. in loco ab emphytheuſi ad feudum, num. 9. Iure autem feudor. Vaſallo denegatam eſſe poteſtatẽ de feudo ſuo ſubinveſtiendi civitatẽ, patet ex textu in d. t. 13. §. inde patet, li. 1. feud. & ſentit Schrad. tract. feudali, dict. p. 8. c. 2. nu. 16.*

*Non ſolùm autem Vaſallo competit jus ſubinveſtiendi aliquem de feudo ſuo, aut eius parte aliqua, ſed & ipſi ſubinfeudato Vaſallo, nec illi*

*tantùm, ſed & eius ſubinveſtito Vaſallo de eodem feudo, tit. 10. & tit. 34. §. ſimiliter, lib. 2. feudor.*

123 *Cæterùm in quæſtionem vocatur, ſubinfeudatio illa quo uſq; progredi poſſit? In infinitum eam extendi arguit text. in d. t. 34. §. ſimiliter, lib. eod. feud. Verùm text. in tit. 1. §. notandum eſt, lib. 1. feud. negat jure proprii feudi illud cenſeri feudum, quod quis à minore valvaſore de ei9 feudo poſſidet. Unde haud obſcure evincitur, quod ſubinfeudandi jus porrigat ſe tantùm ad tertiam uſq; perſonam, cum minor valvaſor ſit ille, qui à primi Vaſalli Vaſallo feudum, vel eius partem primi Vaſalli ex ſubinfeudatione poſſidet, d. t. 1. §. 1. verſ. ipſi verò, lib. 1. feud. & tit. 10. verſ. qui verò à capitaneis, junct. verſ. ſeq. lib. 2 feud.*

*Sed diſtinguendum hic eſt inter jus vetus, & novum jus. Iure veteri ſubinfeudatio ad tertiam uſq; perſonam extendi poterat, ulterius facta ſub infeudatione, propriè feudum nõ erat, unde etiã ſine culpa auferri poterat, d. t. 1. §. notandũ, & tit. 7. lib. 1. feud. & tit. 34. § ſimiliter, verſ. in quibuſdam, lib. 2. feud. Apud Mediolanenſes tamen in quarta etiã perſona ſubinfeudatio jure fieri poterat, & feudum ita datum proprii feudi naturam obtinebat, d. t. 1. §. notandũ eſt, ibi, licet aliter in curia Mediol. obſervetur, & d. t. 7. §. u. lib. 1. feud. & d. t. 10. verſ. qui autẽ, verſ. ſed hodie, li. 2. feud.*

*Ius autem illud antiquum, in quibuſdam tantum curiis retentũ fuit: In cæteris verò jus Medio-*

Digitized by Google

diolanenſium etiam poſtea receptum eſt, ut arguit text. in d.t.34.§.ſimiliter, lib. eod. feud. & in d.t.7. in fin. lib.1. feud. Idq; ſentiunt etiam poſt alios Schrad. tract. feud. part.8. c.2. n.13. & Henr. à Roſenthal. in ſynopſi jur. feud. cap.9. concluſ.56. And. tamen de Iſer. & Matth. de Afflict. in dict. tit.34.§. ſimiliter, lib. feud. ſubinfeudationem fieri ſaltem ad tertiam uſq; perſonam exiſtimant. Non tamen ultra quartam perſonam ſubinfeudandi jus extendendum puto, ut feudum proprii feudi naturam contineat, per text. in d.t.7.§. ult. lib.1. feud. & d.t.10. verſ. ſed hodie, li.2. feud. Proindeq; verba † in infinitum, in d.t.34.§. ſimiliter, lib. eod. feud. exaudienda reor de prima, ſecunda, tertia, & quarta tantùm perſona, ad hoc ſcilicet, ut feudum jure proprii feudi cenſeatur. 124

Eleganter hîc quæri poteſt, ſi pacto inveſtituræ cautum ſit, expreſſè ne feudũ alienetur, ſitne integrum Vaſallo, pactione hac non obſtante, ſubinveſtire aliquem de feudo ſuo? Dd. communiter negant, Bald. ad t.40. de capit. Corradi, §. præterea, n 3. lib.2. feud. & ibidem Alvarot. n.4. Iacobin. de S. Georg. tract. de feud. in verb. Et cum pacto de non alienando, nu.2. Curt. Iun. tractat. feudal. part.4. num.113. mihi pag.430. Bartholomæus Camerarius in ſolenni repetit. titul.55. de prohibit. feudi alienat. per Frider. lib.2 feud. pag.35. 125

Sed huic cõmuni feudiſtarũ placito parũ defert



Digitized by Google

*Dn. Vulteius libr. 1 de feud. c. 10. nu. 86. Neq; ego eidem opinioni adhærere auſim: tùm quia infeudatio non eſt alienatio, Ioan. Borcholt. de feud. c. 8. n. 49. & 53. ſiquidem in feudorum libris ab alienatione feudi, quæ prohibita eſt, ſecernatur, & expreſſè Vaſallo permittatur, ut ſuprà oſtendi: tùm etiam, quia expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, tunc aliquid operari dicitur. quando aliter facta eſt, quam ineſſe conſtat, Imol. ad d. l. ſi quis Sempronium, ff. de hered. inſt. latè Dd. ad leg. 3. ff. de legat. 1. Dec. ad l. expreſſa nocent, 155. n. 4. ff. de reg. jur: tùm, quia generali pacto non continetur jus illud, quod ſpecialiter alicui conceſſum eſt, ſed expreſſam & ſpecialem deſiderat conventionem, l. 4. §. quæſitum, ff. ſi quis cautionib. jud. ſiſtend. cauſ. fact. non obtemp.*

*Cùm ergò de non alienãdo feudo expreſſè cautum ſit in inveſtitura, non etiam nominatim de ipſa ſubinfeudatione quicquam actum; putari nõ debet, iſthac pactione ademptũ eſſe Vaſallo jus illud ſubinfeudãdi, cum à ſeparatis nihil rectè & neceſſariò inferatur, l. Papin. 20. ff. de minorib. l. ult. ff. de calumniatorib. ſed potius de diverſis & ſeparatis, ut ſunt alienatio, & ſub infeudatio, diverſum jus ſtatuendũ ſit, l. naturaliter 12. §. nihil cõmune, & l. ſi quis 17. §. 1. ff. de adquir. vel amitt. poſſ. l. ſi maritus, 10. C. de don. inter vir. & uxor.*

126 *Non obſtat, quod aiunt cõmunis opinionis autores & patroni, pactũ illud nihil operari, niſi de ſub-*

ſubinfeudatione intelligatur, ſiquidem ipſo iure, citra pactionẽ, alienatio feudi ſit ꝓhibita, ut nihil opꝯ fuerit de non alienando feudo pactũ illud interponi, fruſtrà .n. exprimitur, quod tacitè continetur, l. non rectè 3. C. de fidejuſſorib. l. hæc verba, 3. ff. de leg. 1. Non, inquam id obſtat. Regula .n. illa, quod expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operetur, procedit, quando expreſſio nullam poteſt dubitationem tollere. Cùm verò dubitatio aliqua ſubeſſe poteſt, expreſſio ſatis dicitur operari, cum declaret, & dubitationem tollat, l. qui mutum 56. in fin. princ. ff. mandati, Bart. & alii in l. quam Tuberonis 7. §. in peculio 4. ff. de pecul. l. à Divo Pio, 15. §. in pignorib. 2. ff. de re judic. & in l. poteſt 18. ff. de autor. tutor. Tiber. Decian. poſt alios reſp. 2. nu. 49. & ſeq. vol. 2.

Sed dubitatur de quibuſdam alienationis ſpeciebus, puta hypothecæ datione, & cõſtituto, num his etiam feudo alienato Vaſallus eò privetur? Hæ autem alienationis ſpecies etiam interdictæ ſunt Vaſallo, quando pacto inveſtituræ alienatio feudi prohibetur, Tiber. Decian. reſp. 35. nu. 45. vol. 2. & dict. reſponſ. 2. nu. 49. & ſeq eodem. Ea autem pactio referri etiam ad ſubinfeudationẽ non poteſt, eò quod ſub infeudatio alienationis ſpecies non eſt, atque etiam nominatim jure feudorum permiſſa eſt ſubinfeudatio.

Vocatur in quæſtionem & illud, an etiam Vaſallus Eccleſiæ de feudo ſuo Eccleſiaſtico ſubin- 127

T 5 veſtire

Digitized by Google

*veſtire alium poſſit? Bald. ad tit. 40. §. præterea, n. 1. lib. 2. feud. negat, quando ſcribit, quod favore Eccleſiæ feudum Eccleſiaſticum, abſque Prælati conſenſu, ſubinfeudari nequeat. Cæteri verò Dd. quos citat Schrader. tractat. feud. part. 8. cap. 2. nu. 10. & Henric. à Roſenthal. in ſynopſi jur. feudal. cap. 9. concluſ. 56. & Vult. tractat. de feud. lib. 1. cap. 10. num. 80. ſubinfeudationem etiam in feudo Eccleſiaſtico, locum habere, & hanc communem eſſe opinionem tradunt, cui & ego ſine hæſitatione ſubſcribo: tum quia text. omnes, qui de ſubinfeudatione agunt, veluti in tit. 3. §. ſed etiã res, tit. 9. in pr. verſ. ſi verò tit. 26. §. beneficium, tit. 34. §. ſimiliter lib. 2. feud. abſque ulla diſtinctione, inter feudum Laicum & Eccleſiaſticum, Vaſallo jus tribuunt de feudo ſuo alium ſubinveſtiendi. Cùm ergò ſimpliciter loquantur textus illi, diſtinctionem non admittunt ullam, l. 3. in fin. ff. de offic. præſidis, l. 1. §. 3. verſ. & eſt relatum, ff. de aleatoribus, Frideric. Schenck Baro à Tautenberg. ad tit. 4. § ſi quis, mihi pag. 24. lib. 1 feud: tùm quia per ſubinfeudationem conditio Eccleſiæ non deterior, ſed melior efficitur. Siquidem non modò Vaſallus non deſinat per ſubinfeudationem domini ſui Vaſallus eſſe, ut evincitur ex tit. 55. §. illud quoq;, lib. 2. feud. Sed & ipſi domino priori Vaſallus quoq; ſubinveſtitus ſervire teneatur, per text. expreſſum tit. 34. de Lege Corradi, §. ſimiliter, lib. eod. feud. licet Dd. aliter*

*aliter ſentiant. Schrad. tr. feud. p. 8. c. 2. n. 25. Atque ipſa etiam ſubinfeudatio eiuſdem cõditionis perſonæ fieri, & ead. lege, qua datũ eſt feud. priori Vaſallo, ac ſine ulla fraude, expedire jubeatur, ut ſupra oſtendi: tum etiam quia neq; domino neque feudi ſucceſſorib. agnatis ullum hic præjudicium generatur, quippe cum, mortuo ſubinveſtitore Vaſallo, extinguatur jus ſubinfeudati Vaſalli, t. 5. §. rurſus, lib. 1. feud t. 9. in pr. v. ſi autem diſſentiente. lib. 2. feud. Barthol. Camer. in repet. t. 55. lib. 2. feud. pag. 35. Hartm. Piſtor. lib. 2. qu. 44. n. 8. Extincto enim jure autoris, extinguitur etiam jus poſterioris, l. peto 69. §. prædium. ff. de legat. 2. & l. fundum 7. ff. de action. empt. & vend: tum poſtremò quia jure Canonico nuſquã prohibita eſt ſubinfeudatio de feudo Eccleſiaſtico, proindeq́; & jus feudorum civile hac in parte ſequimur, per ea, quæ tradit Schrad. tr. feud. part. 1. quæſt. 2.*

*Non caret etiam dubitatione hæc quæſtio, ſitne* 128 *integrum Vaſallo abſq; domini conſenſu, ſubinveſtire aliquem de feudo ſuo, quod habet in curte domini, vel extra curtem, ubi tamen dominus diſtrictum, vel alium honorem habet? de quo utroq; feudo eſt tex. in t. 5. §. pen. & ult. lib. 1. feud.*

*Curtis appellatione ſignificatur in jure feudorum territorium & feudum in curte domini, eſt illud feudum, quod Vaſallus in ſui domini territorio poſſidet, etiamſi illi9 territorii prædia cætera ſint aliorum, puta ſubditorum domini, t. 5. §.*

*penul-*

*penultim. & ultim. lib. 1. feud. & tit. 51. in prin. lib. 2. feud.*

*Et per territorium intelligunt Dd. non tantùm civitatis, aut pagi univerſitatem, ſed & totius Præfecturæ, itemq́; univerſæ Provinciæ ambitum, ut Ducatum, Comitatum, Baroniam, Schrader. tract. feudal. part. 10. ſect. 7. nu. 22. & ſeqq. Weſenbec. conſil. 41. num. 52. & tract. de feud. cap. 17. num. 3. Mynſing. cent. 4. obſerv. 89. in fin. verſ. territorium.*

*Curtis verò alio quoque nomine in feudorum libris Curia appellatur, ut dict. tit. 51. in princ. & tit. 34. ubi Hotoman. in verb. cum curia, lib. 2. feud. qua voce jus etiam Canonicum denotat univerſitatis cuiusq́; territorium, c. cum Bertholdus, in prin. extr. de ſent. & rejudicat.*

*Per* diſtrictum *ſignificatur coercendi jus & poteſtas, proindeq́; merum imperium;* Per alium honorem, *denotatur juriſdictio ſpecialis, quam ſimplicem vocāt juriſdictionem. Diſtrictus enim nomen à* diſtringendo *deducitur, quod verbum ſcriptores in huius generis materia uſurpant pro* coërcendo, *ut exemplis oſtendit Hotoman. in libell. de verb. feudalibus in verb.* Diſtrictus. *Cum ergò* diſtrictus, *nomen coërcendi jus & poteſtatem ſignificet, proindeq́; merum imperium, patet inde per* alium honorem, *ſignificare juris dictionem ſpecialem, id quod ſentit etiam Bald. n. 2. & Alvarot. n. 2. ad d. t. 5. § ult. lib. 1. feud.*

Quod

*Quod jam attinet propoſitam quæſtionem, negant Dd. communiter, quod de huiuſmodi feudo ſubinveſtire Vaſallus quempiam alium poſſit, quos refert & ſequitur Schrader. tract. feudal. part. 8. cap. 2. num. 18. & quidem argumento d. tit. 5. §. pen. & ult. lib. 1. feud.*

*Verùm quò minus opinioni huic ſubſcribere auſim, moveor primùm generalitate textuum, quibus ſimpliciter, & abſque ulla diſtinctione ſubinfeudatio, ſine domini conſenſu, conceditur Vaſallo, tit. 3. §. ſed etiam res, verſ. per feudum tamen, tit. 9. in princ. verſ. ſi verò vel totum, tit. 26. §. beneficium, & tit. 34. §. ſimiliter, libr. 2. feud. Cùm ergò generalis colligatur regula ex prædictis juris feudalis textibus, argum. l. 1. ff. de reg. jur. tenaciter illi inhærendum eſt, donec ſimiliter ex quodam textu exceptio proferatur de feudo, quod eſt in curte domini, aut ubi dominus diſtrictum, vel alium honorem habet. Regulæ enim tamdiu ſtandum eſt, donec exceptio dilucidè & liquidò probetur, l. 4. §. puto, ff. de hered. inſtit. & c. venerabilibus, §. poteſt quoque, extr. de ſent. excommunic. in 6. Hartman. Piſtoris poſt alios lib. 2. quæſt. jur. quæſt. 4. n. 45. quæſt. 8. nu. 33. & quæſt. 13. num. 40. Hieron. Pantzſchman. lib. 2. quæſt. jur. controverſ. quæſt. 6. nu. 71. & quæſt. 17. num. 44. & 45.*

*Deinde haud parum militat contra communem illam Dd. concluſionem, quod jura cenſen-*

tur

*tur conſtituta de his, quæ frequenter, & facilè, non quæ perrarò eveniunt, l. 4. & l. 5. ff. de legib. Rarius autem accidit, ut Princeps aliquis, vel Comes, aut Baro, in aliena curta ſive Curia id eſt territorio, alieno prædia poſſideat, vel* diſtrictum, *aut alium honorem habeat. Plerunq; verò evenit, & frequentius eſt, ut cuique domino in proprio territorio poteſtas eiuſmodi competat. Quocirca textus juris feudalis, de ſubinfeudatione loquentes, inprimis intelligendi ſunt de feudo, quod Vaſallus in propria domini curte poſſidet, vel ubi diſtrictum habet dominus, aut alium honorem aliquem. Adhæc nulla eſt ratio, cur non æquè feudum in domini, quàm aliena curte per ſubinfeudationem alii concedere poſſit Vaſallus, maximè cum nullum ex ſubinfeudatione præjudicium domino generetur, ut antea expoſui.*

*Fundamentum quo nititur communis opinio, nihil planè roboris habet. Etſi enim antiquitus abſque domini conſenſu alienare potuit feudum in curte aliena, quàm domini, in curte verò domini, vel ubi dominus diſtrictum, aliumve honorem habet, non potuit inſcio domino alienari feudum: inde tamen eadem ex ſubiecto loco petita diſtinctio, in ſubinfeudatione neutiquam recipienda eſt: tùm quia hodie feudum, ubicunq; locorum fuerit, abſque domini conſenſu alienari nequit, tit. 21. §. ſi quis miles, tit. 13. tit. 18. §. ult.*

*lib. 1.*

*lib. 1. feud. tit. 9. in princ. tit. 24. §. ult. tit. 26. §. feudum, tit. 38. tit. 44. tit. 52. §. ſi quis verò, & tit. 55. §. Callidis itaque, lib. 2. feudor. Frideric. Schenck. Baro à Tautenberg ad dict. tit. 10. lib. 2. feud: tùm etiam quia argumentum à feudi alienatione, ad ſubinfeudationem ideò non procedit, quod iſthæc ſeparata ſunt, ex quorum uno ad aliud malè infertur, l. ult. ff. de calumniatoribus quodque feudi alienatio abſque domini conſenſu prohibita eſt, ſubinfeudatio verò permiſſa, ut ſupra oſtendi.*

*Non eſt hoc loco in ſubinfeudationis argu-* 129 *mento omittendum, quod ſi ea in feudo Imperii fiat; ſubvaſallorum, in ſingulis ſubinfeudationis gradibus, certa nomina jure feudorum prodita ſunt. Ipſi Vaſalli, qui ab Imperatore feudum Imperii poſſident, ſunt Reges, Duces, Marchiones, Comitis, tit. 10. in prin. lib. 2. feud. & tit. 14. in princ. lib. 1. feud. quibus connumerantur etiam Barones, Curt. Iun. tract. feud. part. principali ſecunda, quæſt. 1. Zaſ. de feud. part. 5. nu. 29. Frideric. Schenck. Baro à Tautenberg ad d. t. 10. lib. 2. feud. Atque horum feuda dicuntur noſtrate lingua* Fahen Lehen/ *eò quod hi Vaſalli cum vexillo ab Imperatore inveſtiuntur, Schrader. tractat. feudal. part. 2. cap. 3. num. 6.*

*Quod ſi Eccleſiaſtici Principes de feudo Imperii inveſtiantur, feudum illud appellari poteſt* Scepter Lehen/ *eò quòd hi Principes cum ſceptro*

*ſceptro inveſtiri ſolent, ut notat Schneidevvin. tractat. de feud. part. 1. num. 30. & eum ſecutus Dominus Obrechtus diſputat. feudal. ſecunda. theſi 45.*

*Hi autem Vaſalli Imperii omnes, in feudorum libris, appellantur Capitanei Regni, item Regis Capitanei vocantur, tit. §. 1. verſ. Dux, Marchio, lib. 1. feudor.*

*Quod ſi Capitaneus Regni ſive Regis, qui poteſtas dicitur, ex ſuo Ducatu Marchionatu, Comitatu, Baronia, de plebe aliqua, vel parte plebis per feudum inveſtierit aliquem, Vaſallus ille inveſtitus, feudorum placitis, dicitur valvaſor Regis, item Regni valvaſor, d. tit. 1. §. 1. verſ. ſunt & alii, lib. 1. feud. Hodie etiam Vaſallus hic ſimpliciter Capitaneus vocatur, tit. 7. verſ. idem eſt, & dict. tit. 1. §. 1. verſ. ſunt & alii, lib. 1. feud. & dict. tit. 10. verſ. qui verò à Principe, & titul. 53. in princ. lib. 2. feud. Appellatur item valvaſor major, dict. tit. 7. verſ. idem eſt, & titul. 17. libr. 1. feud. dict. titul. 10. verſ. qui verò à Principe, & dict. tit. 53. in princ. verſ. Capitanei quoque lib. 2. feud.*

130 *Quid autem plebis appellatione ſignificetur in dict. tit. 10. verſ. qui verò à Principe, libr. 2. feudor. non convenit inter Iuris feudorum Interpretes. Hotomann. ibidem, voce plebis ſignificari putat vicos & pagos. At Dominus Vulteius lib. 1. feud. cap. 4. num. ult. pag. 64. & ſeq. plebem*

*plebem interpretatur rem omnem, quæ à Principe, Duce, Marchione, Comite in feudum datur, præter ipſum Regnum, Ducatum, Marchionatum, Comitatum. Similiter & ego reor, vocabulo plebis dicto loco contineri populum, non pagi tantùm, aut vici alicuius, ſed & municipii, ſive civitatis cuiuſdam: tùm quia in dict. tit. 10. feudum de plebe aliqua, vel parte plebis conſtitutum, eſt omninò proximum illi feudo, quod in tota aliqua provincia eſt datum: tùm etiam quia ipſa quoque experientia teſtatur, quod à Ducibus, Marchionibus, Comitibus Imperii, Nobiles quidam, integra municipia in feudum poſſident.*

*Quodſi valvaſor Regis, ſive Regni de ſuo feudo, vel parte eius aliquem inveſtierit, ſub inveſtitus ille Vaſallus in feudorum jure appellatur minor valvaſor, atque etiam ſimpliciter valvaſor dicitur in d. tit. 10. verſ. qui verò à Capitaneis, lib. 2. feud. tit. 1. §. 1. verſ. ipſi verò & §. notandum eſt, lib. 1. feud.*

*Ab hoc Vaſallo, qui de eius feudo aut parte feudi inveſtitus eſt, valvaſinus vocatur in dict. tit. 10. verſ. qui autem à valvaſoribus, lib. 2. feud. appellatur item valvaſor minimus, in d. t. 7. ibi; vel minimis valvaſoribus, tit. 15. & tit. ſeq. lib. 1. feud. dicitur quoq; valvaſor minor in dict. tit. 10. verſ. qui autem à valvaſoribus, lib. 2. feud. reſpectu ſcilicet ſui domini, quo minor eſt, Hotom.*



Digitized by Google

*tamen proximè citato loco pro voce* minores *legendum putat* minimi.

131 *Expoſito hactenus qui facere poſſint inveſtituram, proximum eſt ut expediamus, qui inveſtituram accipere poſſint. De his autem generalis hæc tradi poteſt regula. Omnes accipere poſſunt inveſtituram, qui nominatim jure feudorũ non prohibentur, tit. 3. §. perſonam verò libr. 2. feud. Vbi Iuriſconſultus feudiſta, perſonam, ait, inveſtituram accipientis, non diſtinguimus, per quem textum adductam illam regulam feudiſtæ communiter comprobant, Iacobus de Belviſo, Alvarotus, Bald. & alii in dict. tit. 3. §. perſonam, libro eodem feudor. Iacobus de Ardiz. in ſumma jur. feud. cap. 23. Vdalricus Zaſius in Epitom. feud. cap. 5. Antonius Contius in Commentar. in conſuetudin. feud. cap. Quibus perſonis feud. dari poſſit, Duaren. in eod. Commentar. ſuo, cap. 6. nu. 13. & VVeſemb. tract. de feud. cap. 5. num. 1.*

132 *Ex præmiſſa ergo regula conſequens eſt, quod rectè accipiat inveſtituram non modò maſculus, ſed & fœmina, tit. 30. & tit. 50. in prin. lib. 2. feud. Quin etiam ſervus de feudo inveſtiri poteſt, modo inveſtitor dominus non ignoret eius conditionem, dict. tit. 3. §. perſonam verò, verſ. nam & ſervus, lib. eod. feud.*

*Neque obſtat, quod feudum plerunque datur militiæ cauſa, tit. 19. tit. 21. & tit. 22. lib. 1. feudorum,*

*dorum, tit. 26. §. beneficium, & §. qui Clericus, lib. 2. feud. Servus autem miles eſſe nequit, l. qui ſtatus 8. & l. ab omni 11. ff. de re militar. Non inquam id obſtat: tùm quia non omne feudum datur cauſa militiæ, ut arguit text. in tit. 34. §. ſimiliter, ibi, ut ſi dans miles eſt, lib. 2. feudor. tùm etiam, quia dominus, quando ſervum ſuum de feudo inveſtit militari, libertate eum ſimul donare cenſetur, l. ſuper 6. verſ. ſin verò. C. qui militare poſſunt, lib. 12. tùm poſtremò quia dominus inveſtiendi ſervum proprium etiam de feudo paganico cenſetur eum libertatis beneficio afficere. Cùm enim Vaſallus fiat judex controverſiæ feudalis, ſervus autem Iudex eſſe nequeat, l. cum prætor, 12. §. 2. ff. de judic. colligitur inde, quod dominus tacitè ei libertatem tribuere velit, argument. §. 1. Inſtitut. qui teſtament. tutor. dari poſſ. §. 1. Inſt. de hered. inſtit. l. quidam 5. C. de neceſſar. ſerv. hered. inſtit. l. quidam conſulebant, 57. ff. de re jud.*

*Quod attinet ſervum alienum, quæri poteſt, an quis hunc de feudo inveſtire poſſit? Et quia textus in dict. titul. 3. §. perſonam verò, lib. ſecund. feudorum, non diſtinguit inter proprium, & alienum ſervum, reor & hunc [illegible]tè inveſtiri de feudo, ſed pagano tantùm, non etiam militari feudo, per vulgatam regulam, ubi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*



Digitized by Google

133 *Verùm dubitatur, utrùm domino, vel ipſi-
met ſervo adquiratur feudum, de quo inveſtitu
eſt ſervus? Diſpiciendum hîc puto, qua volun-
tate ſervum de feudo quis inveſtierit. Si enim
hoc animo inveſtitura facta ſit, ut ſervus ipſe
met, non eius dominus feudum habeat, idq́; no
minatim agatur, inutilem judico inveſtituram
Cùm enim ſervus, qui in poteſtate alterius eſt
nihil ſuum habere poſſit, §. item vobis, verſ. ipſ
enim, Inſtitut. per quas perſonas cuiq; adquir.
adquiritur, 10. §. 1. ff. de adquir. rerum domin
ſed tantùm rem peculiarem tenere, nihil ſibi ha
bere, aut poſſidere queat, l. poſſeſſio 49. §. 1. f
de adquirend. vel amittend. poſſeſſ. ſequitur in
de, nihil agi hac inveſtitura, ut vel ipſimet ſer
vo, vel domino eius feudum adquiratur, ut
Alvarot. ſentit, in d. tit. 3. §. perſonam, num.
libr. ſecund. feudorum. Servo adquiri non po
teſt, quia juris ratio impedit. Neque poteſt ad
quiri domino, quia voluntas inveſtitoris obſ
ſtit.*

*Quid ſi Dominus ſciat & patiatur ſervum
ſuum inveſtire de feudo, ut illud ſibi habeat
Fridericus Schenck. Baro, ad dict. 3. §. perſ
nam , libr. ſecund. feud. hunc ſervum
liberum, & inveſtitoris Vaſallum fieri autuma
argument. l. ſuper ſervis 6. verſ. ſin verò ſcien
tibus, C. qui militare poſſ. lib. 12. Quam ſenten
tiam veram puto, ſi militiæ cauſa datum ſit fe
du*

Digitized by Google

*dum ſervo, favore ſcilicet militiæ, ut textus in proximè citata lege arguit. Si contemplatione domini ſervus inveſtiatur, feudum adquiritur domino, per text. in dict. tit. 3. ff. ſed utrum ipſe, lib. 2. feudorum, l. ſed etſi 22. ff. de uſufructu: ut & domino adquiritur, ſi de feudo ſervus inveſtiatur ſimpliciter, per l. ſi repetendi 7. C. de condict. ob cauſ. Andr. de Iſern. Alvarot. Frideric. Schenck. Baro à Tautenberg, & alii in d. tit. 3. §. perſonam verò, lib. 2. feud.*

*In dubium vocatur, an & ſurdus, mutus, cæcus, furioſus, mente captus, novam accipere inveſtituram poſſint? dubitandi cauſam præbet, quod hi ita nati in paternum feudum ſuccedere negentur, in tit. 6. §. mutus, lib. 1. feudorum, & tit. 36. lib. 2. feudorum: quod item ad ſervitia domino præſtanda inepti ſunt, proindeq́; in feudum ſuccedere nequeunt, dict. tit. 36. lib. eodem feudorum: tùm etiam quod in ipſa inveſtitura juramentum fidelitatis ſurdus, mutus, furioſus, mente captus dare non poſſunt, tùm poſtremò, quod mutus ſurdus in militiam non admittitur cum ad obeundum militiæ munus planè ſit ineptus, l. 4. ff. de teſtam. militis.* 134

*Sed rationibus hiſce nihil obſtantibus communiter concludunt Dd. quod hæ perſonæ omnes novam inveſtituram jure capiant, poſt alios Zaſius in tractatu feudal. part. 5. Sonſbeck. in Commentar. in uſus feud. part. 7. num. 5. & 10.*

V 3 Ioannes

Digitized by Google

*Ioannes Borcholt, in Commentar. in conſuetud. feudorum, cap. 5. numer. 10. & Hartman. Piſtoris, libr. 2. quæſtion. jur. quæſt. 32. num. 7. Atque hanc concluſionem confirmat textus generalis in dict. tit. 3. §. perſonam, lib. 2. feudor. Vbi Iuriſconſultus feudiſta diſertè ſcribit, non eſſe diſtinguendum inter perſonam accipientis feudum. Tuetur idem pronunciatum & illud, quod ſi dominus non attenta iſthac perſonæ infirmitate, & defectu, beneficium feudi conferre in eam volet, impedire minimè debet, eò quod quiſque ſuæ rei moderator & arbiter ſit, l. in re mandata 21. C. mandati, ac juſtum ſit, ut cuiq; ſuum committatur arbitrium, l. nemo exterus 9. C. de Iudæis, nec cogi quiſquam debeat, ut ſuæ adminiſtrationis rationem alteri reddet, etiamſi negligenter in ea verſetur, l. etiam 19. §. 1. ubi Dd. ff. ſolut. matrimon.*

*Non impediunt commune hoc enunciatum dubitandi ratio prima, ſecunda, tertia & quarta. Cùm enim in prima inveſtitura, dominus concedens primoadquirenti ſano homini feudum dederit, cenſetur voluiſſe, ut quilibet feudi ſucceſſor ſimiliter perfecti & corporis, & animi ſit, quò feudum commodè ſervire poſſit. Quando autem dominus novam facit inveſtituram, in perſonâ corporis aut animi defectu laborante, gratiam ei facere velle præſumitur, atque etiam permittere, ut per ſubſtitutum debita*

*bita ſervitia præſtet, quin etiam feudum ei francum, & à ſervitiis liberum dare poteſt. Tertiam quod attinet dubitandi rationem, etſi prædictæ perſonæ ob animi, aut corporis vitium, fidelitatis juramentum dare per ſe non poſſint, præſtare id tamen earum nomine poteſt tutor aut curator. Poteſt enim quis inveſtituram ſuſcipere etiam per alium, titul. 3. §. ſed utrum ipſe, titul. 28. §. item inveſtitura, libr. ſecund. feudorum.*

*Vt autem utilis ſit inveſtitura in prædictis perſonis, neceſſe eſt, ut dominus inveſtitor non ignoret ipſarum vitium, alioqui inveſtitura in eius præjudicium non valet, argum. text. in dict. tit. 3. §. perſonam, ubi Dd. lib. eod. feud. Zaſius tract. feud. part. 5. num. 69.*

*Æquè novam accipere poteſt inveſtituram infans, ſed per tutorem, vel tutore authore, per generalem textum in d. t. 3. §. perſonam, junct. §. ſed & utrum ipſe, lib. 2. feudorum, & confert huc, quod jure quoque communi infanti poſſeſſio adquiri poteſt per tutorem, ſic & autore tutore, l. 3. Cod. de adquirend. & retinend. poſſeſſ. l. 1. §. per procuratorem, & l. quamvis 32. §. infans, ff. de adquirend. vel amittend. poſſeſſ. l. ſi procurator 13. §. 1. ff. de adquirendo rerum dominio, & l. 1. §. ſufficit, ff. de adminiſtrat. tutor. Denique communiter Dd. docent, quod & infans accipere novam inveſtituram poſſit per* 135



Digitized by Google

*tutorem ſuum. Alvarotus Præpoſit. Matth. a*
*Afflict. in dict. titul. 3. §. perſonam, libr. ſecund*
*feudorum. Vdalric. Zaſius tract. feudali part. ſ*
*Schrad. tract. feud. part. 4. cap. 3. nu. & Ioan*
*Borcholt. in Comment. in conſuetud. feudor. c. ſ*
*num. 46. pag. 83.*

*Non obſtat quod infans intellectum habet nu*
*lum, & non multùm à furioſo diſtare dicitur, §*
*pupillus, verſ. nam infans. Inſtit. de inutili*
*ſtipulat. Iudicium enim infantis ſuppletur au*
*toritate tutoris, idq́; utilitatis cauſa receptur*
*eſt, dict. leg. quamvis 22. §. infans, ff. de adqui*
*vel amitt. poſſ. Et poteſt alicui etiam abſenti &*
*ignoranti per procuratorem poſſeſſio adquiri, §*
*ex his itaque, verſ. & hoc eſt, Inſtit. per qu*
*perſonas cuiquam adquir. & l. ſi emptam 47. ff*
*de adquir. vel amitt. poſſeſſ. proindeq́; etiam in*
*fanti per eius tutorem, cum procurator & tuto*
*quo ad poſſeſſionis adquiſitionem, comparentu*
*in jure noſtro, dict. l. 1. §. per procuratorem 20. ff*
*de adquir. vel amitt. poſſ.*

*Quod ſi infans adhuc in patris ſui poteſta*
*conſtitutus ſit, per eum inveſtituram acciper*
*poteſt, argum. l. ſi infanti, 18. in princ. C. de jur*
*deliberand.*

*Quo minus autem parens pro filio impuber*
*quem in poteſtate conſtitutum habet, inveſtit*
*ram accipere poſſit novam, obſtare videtu*
*quod ipsâ inveſtiturâ Vaſallus domino ſuo obl*

*gatu*

*gatur, tit. 6. & tit. 23. in fin. lib. 2. feud. In poteſtate autem patris conſtitutus impubes, ne quidem autore patre obligetur, §. pupillus, verſ. ſed qui in poteſtate, Inſtitut. de inutilib. ſtipulat. Verùm quia inveſtitúra commodum adfert Vaſallo, ut cui uſusfructus prædii feudalis adquiritur, dict. tit. 23. in fin. lib. 2. feud.*

136 *Et quia feudum accipere novum poteſt infans, dubium eſt nullum, quin & impubes infante maior inveſtiri de feudo iure queat. Idq́, teſtatur etiam textus in tit. 26. §. ſi non minori, lib. 2. feud. quo loco, quod notandum, minor dicitur ille, qui adhuc impubes eſt, ut arguunt ſequentia verba;* donec venerit in maiorem ætatem, in qua doli capax eſt: *tùm etiam textus in dict. tit. 55. §. præterea ſi quis infeudatus, lib. eod. feud.*

137 *Sed quæri hoc poteſt loco, num etiam abſque tutoris ſui autoritate inveſtituram rectè accipiat impubes? Affirmativam veritati propiorem pronunciare nihil dubito. Eſt enim inveſtitura negotium ultro citroq́, obligatorium, tit. 6. in fin. lib. 2. feud. Ex cuiuſmodi negotio, etiam impubes, abſque tutoris autoritate, adquirere poteſt, §. 1. Inſtit. de authorit. tutor. Hoc noſtrum pronunciatum confirmatur etiam autoritate Zaſii, in tract. feudali, part. 5. cap. 2. & Ioan. Borcholt. in commentar. in conſued. feud. cap. 5. nu. 46.*

*Neque impedit hanc concluſionem, quod in ipſa inveſtitura juſiurandum fidelitatis præſtandum eſt, tit. 4. 5. 6. & 7. lib. 2. feud. ad quod impubes videtur ineptus, proindeq́ illud ſubire nõ cogitur, l. Iuſiurandum 34. §. pupillo, ubi gl. ff. de jureiurand. Etſi enim non cogatur impubes dare juſiurandum: ipſam tamen inveſtituram abſque juramento rectè accipit, & jurat poſtmodũ, cum in maiorem venerit ætatem, dict. tit. 26. §. ſi minori, lib. 2. feudor.*

138 *Quod ſi tamen ultrò impubes jurare fidelitatem velit, non repellitur, ſi inveſtitor dominus eum admittat, ut evincitur ex verbis* non cogatur, *in dict. tit. 26. §. ſi minori, lib. eod. feud. Sic aliâs etiam impubes juramento ſe obſtringere poteſt, c. Ex literis, ubi gl. in verb.* Iuramento, *& Panormitan. num. 6. extr. de ſponſalib. l. qui juraſſe 26. in princ. ff. de jureiurand. Bart. in Auth. Sacramenta puberum, nu. 9. & ibidem etiam Zaſ. nu. 15. & ſeqq. C. ſi adverſ. vendit.*

*Si quoq; impubes in inveſtitura per tutorẽ velit p̃ſtare fidelitatis juramentũ, admitti debet tutor ut arguit text. in t. 3. §. ſed utrũ ipſe, lib. 2 feud.*

139 *De pubere, licet Sonſbeckius in commentar. in uſus feudor. part. 7. n. 13. ſcribat, quod abſq; curatoris conſenſu feudum non accipiat, minimè tamen de eo dubitandum, cum & impubes jure feudum capiat, ut modò oſtend. Nec quicquam ſuffragatur Sonſbeckii opinioni, quod pu-*

bes

*bes minor, ne quidem lucroſam hereditatem abſq; curatoris conſenſu adquirere poſſit, l. cum quædam 26. C. de adminiſtr. tutor. & facit l. 3. C. de in integr. reſtit. Quod enim de hereditatis aditione in jure noſtro cautum eſt, id porrigi ad alia negotia non debet. Quamvis enim pupillus quandoq; obligari poſſit contrahendo abſq; tutore ſuo, ſi factus ſit locupletior, & pubertati proximus fuerit, l. cum illud 25. §. 1. ff. quando dies legator. l. ſi pupillus 127. ubi Donel. ff. de verb. oblig. l. Stichum 95. §. aditio, ff. de ſolut. & l. 1. in fin. ff. de novat. Attamen hereditatem ne quidem lucroſam abſque tutoris ſui autoritate adire poteſt, ut nec bonorum poſſeſſionem petere, aut fideicommiſſariã hæreditatem ſuſcipere, §. n.q, tamen, Inſtit. de autorit. tutor.*

*Quæſtio hic ſe nobis offert anceps, num etiam* 140
*ſpurius novam accipere inveſtituram jure poſſit? Dubitandi rationẽ præbet, quod feudum honor quidem eſſe dicitur, ut ſentiunt Dd. quos Tiraq. ſequitur lib. de nobilitate, c. 15. n. 17. quæ ſententia eò etiam firmare videtur, quod ſpurius in feudũ non ſuccedit, t. 26. §. naturales filii, l. 2. feud. quodque feuda nonnulla cum dignitate ſunt cõiuncta, t. 13. in fin. & t. 14. in pr. lib. eod. feud. Spurius aũt dignitatis capax eſſe negatur, ſiquidem infamis eſſe cenſeatur, Can. conjunctiones, 35. qu. 2. & 3. Tiraquel. tractat. de nobil. cap. 15. num. 14. & ſeq. ut qui vitio quodã laboret l. ult. C. de naturalib. liber. & ſatis injurioſum ſit nominare aliquẽ*

ſpu-

*ſpuriū, l. ſi qua illuſtris, C. ad Senatuſconſultum Orfician. Accedit quod Iehova quoq; noſter planè abominatur ſpurios maximè adulterinos, Deuter. 23. verſ. 2. Eccleſiaſt. cap. 23. circa fin. & Sapientiæ, cap. 3. verſ. Filii autem, unde etiam jure Canonico ad ſacros ordines promoveri prohibentur huiuſmodi ſpurii, c. accedens, extr. de purgat. Canonic. c. per venerabilem, extr. qui filii ſint legitimi, c. innotuit, extr. de elect. & elect. poteſt. cap. 1. & cap. ult. extr. de filiis preſbiter.*

*Verùm his nihil obſtantibus, aiens ſententia juri conſona putari debet: tùm quia generaliter definitum eſt in dict. tit. 3. §. perſonam verò, lib. 2. feud. quod diſtinguendum non ſit inter perſonas inveſtituram accipientium: tùm etiam quia ſervo quoq; jus accipiendæ inveſtituræ tributum legimus in dict. tit. 3. §. perſonam, lib. eod. feud. licet jure civili pro nullo habeatur ſervus, l. ſervitutem. ff. de reg. jur. tum poſtremò, quia etiam ſpurio civilis dignitas adiungi poteſt, l. ſpurii 16. in princ. ff. de decurionib. junct. l. ordine 15. in princ. ff. ad municipal. & l. infamia. 8. C. de decurionib. Comprobant quoque aiens pronunciatum hoc noſtrum Laurent. Sylvanus, tract. de feudo cognit. quæſt. 103. Bald. in l. eam quam, 14. C. de fideicommiſſ. Matth. de Afflict. ad tit. 26. §. naturalis, nu. 18. lib. 2 feud. Schrader. tract. feudal. part. 4. cap. 3. nu. 7.*

*Nihil*

*Nihil impedit hanc deciſionem (à qua tamen alienus eſt Dominus Obrechtus in diſputat. feudal. 4. theſi 127.) quod quidam cum feudo honor & dignitas aliqua cõiuncta eſt, cuius portæ infamibus non patent, c. infamib. tit. de reg. jur. in 6. & l. 2. C. de dignitatib. lib. 12. Non enim feudum quodlibet ſibi annexam dignitatem habet, ut arguunt text. in d. t. 13. in fin. & d. t. 14. in princ. lib. 1. feud. Et quod ſpurius à feudi ſucceſſione arcetur, non obſtat, quo minus ei novum tribui feudum poſſit. Novum enim feudum per inveſtituram ex voluntate conferentis domini adquirere poteſt quilibet, niſi jure impediatur, d. t. 3. §. perſonam verò, lib. 2. feud.*

*Neque eorum admittenda eſt opinio, qui volunt infamiâ notatos eſſe ſpurios, contraria quippe ſententia diſertè probatur text. in d. l. 3. §. ſpurios, & d. l. ſpurii, 6. in princ. ff. de Decurionib. Quibus ex locis patet, falſum eſſe quod Calixtus Papa in dict. Can. coniunctiones 35. quæſt. 2. & 3. affirmat, leges ſeculi ex damnato coitu natos filios appellare infames. Hos quidem liberos idem Pontifex loco eodem infames pronunciat, idque autoritate anteriorum Pontificum Romanorum. Atqui eos jure aduerſante infamibus connumerari ſolidis oſtendunt argumentis, Paleotus tractat. de nothis & ſpuriis, cap. 55. Hartman. Piſtoris lib. 1. quæſtionum jur. quæſt. 30. nu. 26. & ſeqq. & Iacob. Thoning. deciſ. 48. Laborant* 141

qui-

*quidem vitio ſpurii, at non proprio, ſed alieno, parentum ſcilicet ſuorum d. l. ult. C. de naturalibus liber. Infamis autem quis eſt non ex alieno ſed proprio tantùm maleficio, l. 1. & t. t. ff. de his, qui notantur infamia, etiamſi infamis ſit infamia ſaltem facti, l. 2. ff. de obſeq. parentibus & patron. præſtand.*

*Et licet injurioſum ſit appellare aliquem ſpurium, d. l. ſi qua illuſtris, 5. C. ad Senatuſc. Orfic. inde tamē non efficitur ſpurium notatum eſſe infamia, nam & qui alium quempiam contumelioſè vocat vel luſcum, vel cæcum, vel claudum, vel ſurdum, injuria quidem eundem afficit, licet ille huiuſmodi aliquo corporis vitio laboret, arg. l. 2. §. quid enim tam durum, C. quando, & quibus quarta pars debetur ex bonis decurionum, lib. 10. & l. eum qui 18. in princip. ff. de injur. & ſentiunt Dd. quos refert & ſequitur etiam Ioan. Schneid. ad tit. Inſtit. de injur. §. 1. nu. 14. Non tamen ex ea iniurioſa appellatione infamia notatur horũ aliquis, ut nec ille, qui immeritò verbis per ſe iniurioſis oneratur, per text. in l. un. C. de famoſ. libel. & docet. Donel. lib. 15. commentar. c. 38. pag. 504. verſ. nihil agit voluntas. Quin etiã in d. l. ſi qua illuſtris, appellari ſpurium, non ipſi ſpurio dicitur iniurioſum, ſed mulieri ingenuæ & illuſtri, ex qua natus eſt ſpurius.*

*Quod autem jus Divinũ, & Canonicum ſpurios ex damnato coitu natos judicat abominandos,*

*dos, & indignos, qui ſacros ad ordines promoveantur, id certè ſit odio non ipſorum ſpuriorum, ſed ſaltem parentum ipſorum, l. legem 7. Cod. de naturalib. lib. & l. 2. §. pen. ff. de decurionibus & Can. naſci diſtinct. 56. ubi diſertè traditur, quod naſci de adulterio, non ſit eius culpa, qui naſcitur, ſed illius, qui generat. Et Papinian. Iuriſc. in d. l. 6. in princ. ff. de decurionib. Spurii, ait, decuriones fiunt, & ideò fieri poterit ex inceſto quoque natus: non enim impedienda eſt dignitas eius, qui nihil admiſit. Ideò autem liberi ſpurii etiam odio parentum quodammodo premuntur, ut ipſorum parentum vitium illud hac etiam ratione refrænetur, l. ult. C. de naturalib. liber.*

*Cæterùm ulterius obiecerit hîc nobis quiſpiam, etſi infames non ſint ipſi ſpurii, attamen in feudi novi conceſſione, meritò eis præferri debēt legitimè quæſiti filii, argument. dict. l. 3. §. ſpurios 2. ff. de decurionib. ubi dicitur, ſi ſpurius in petendo decurionatus honore competitores habeat legitimè natos, hos ſpurio præferri oportere, id quod ſentit etiam Ariſtoteles, libr. 3. Politicor.*

*Verùm reſponderi ad hāc obiectionem debet, diſtinguendum eſſe inter feudum, quo Vaſallus publico alicui aſtringitur officio, cuiuſmodi feudum eſt Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Baroniæ, vel quod aliud publici muneris feudum;*

Digitized by Google

*dum; & illud feudum, quo Vaſallus obligatur domino tantùm ad privatum aliquod ſervitium. In illius conceſſione ſpurio præferendum eſſe legitimè natum, arg. d. l. 3. §. ſpurios, ff. de decurionibus quo conferunt etiam quæ ſcribit Ariſtoteles dict. lib. 3. politicor. In huius verò conceſſione in arbitrio domini eſſe, cui volet per inveſtituram novam prædia ſua in feudum dare, argum. text. in l. in re mandata 21. C. Mandati junct. text. in dict. titul. 3. §. perſonam verò, libr. 2. feudor.*

142 *Expeditæ jam quæſtioni proxima eſt illa, an etiam infames novam accipere inveſtituram, & per eam adquirere feudum novum poſſint? Et licet feudiſtæ communiter id affirment, niſi feudum tale ſit, quod annexam dignitatem habeat, Schrader. tract. feud. part. 4. cap. 3. nu. 7. Henric. à Roſenthal. in ſynopſi juris feudalis cap. 3. concluſ. 9. & Ioan. Niellius diſputation. feudal. 2. theſ. 6. mihi tamen negata opinio probabilior videtur, etiam in feudo, quod cum dignitate cõiunctum non eſt; niſi dominus homo privatus ſit, & nullos alios habeat Vaſallos; tùm quia ſi plures eiuſdem domini ſint convaſalli, conſtituitur ex illis judicium ad cauſas feudales diiudicandas, quando lis eſt de feudo inter dominum, & Vaſallum aliquem, tit. 16. in princ. tit. 20. in princ. tit. 39. §. ſi inter dominum, tit. 55. §. pen. verſ. ſi verò, lib. 2. feud. At infamis iudicis perſonam*

*ſonam ſuſtinere nequit, non ſolùm jure civili, l. cum prætor, 12. §. 2. ff. de jud. & l. 2. ff. de Senatorib: ſed & feudor. jure, ut ſentiunt feudiſtæ in tit. 37. per text. illum, ibi; hominem tradendo, ut in curia amplius ſtare non poſſit, lib. 2. feudor: Tùm etiam quia in feudorum controverſiis plerunque teſtes producuntur ipſi tantùm convaſalli; tit. 2. §. 1. tit. 4. §. item; & §. ſeq. tit. 10. & ſeq. lib. 1. feud. tit. 2. in princ. tit. 20. in princ. tit. 25. §. ult. titul. 32. & tit. ſeq. verſ. quod autem; lib. 2. feudor. Infamis autem teſtimonium dicere nequit, Novell. 90. de teſtib. cap. 1. l. 3. in princ. verſ. & an honeſtæ, & §. Lege Iulia, 5. verſ. ult. ff. de teſtib. c. teſtimonium, 54. §. 1. extr. eod. tit. proindeq; nec convaſallus eſſe: Tùm quia domino feudi, exiſtimationis integræ viro, turpe eſt & inhoneſtum cum infamibus verſari; cum tamen ex præceptis juris honeſtas inprimis obſervanda ſit, §. Iuris præcepta, Inſtit. de jur. natrali gent. & civil. l. ſemper in coniunctionibus, 42. ff. de ritu nupt. l. ſemper 197. ff. de reg. jur. l. ſi qua illuſtris, 5. C. ad Senatuſconſultum Orfic: Tùm etiam quia Vaſallus omnis domino ſuo à conſiliis eſſe tenetur; titul. 6. verſ. reſtat ut in ſex; libr. ſeund. feudorum. At nemo infamis magiſtratus cuiuſdam conſiliarius eſſe poteſt; l. 2. ff. de offic. aſſeſſor. Vnde ſi publica ſit perſona, & magiſtratum gerat, non infami perſonæ feudum jure concedit: Tùm poſtremò*

quia juris autoritate perſonis honeſtis adſociari debent ſimiliter honeſtæ perſonæ, & turpibus æquè turpes, l. lege 44. & l. Senatoris 47. ff. de ritu nuptiar.

Inprimis autem reſpuenda eſt feudiſtarum affirmata opinio, ſi feudum detur militare, quippe cum infamis in militiam non recipiatur ut miles, l. 4. §. adulteri, ff. de re militari, l. 2. §. miles. ff. de his qui notant. infam. Nec obſtat textus l. ſi quis 6. §. ſed etſi quis, 6. ff. de injuſt. rupt. irrito facto teſtamento. Etſi enim ex hac lege poſt Fabr. doceat Tiraquellus, lib. de nobilitate cap. 8. numer. 7. quod etiam infamis eſſe miles poſſit, id tamen haud rectè ex eo loco efficitur, quippe cum non dicat Vlpianus, quod miles, publico judicio ex militari delicto damnatus, non deſinat eſſe miles, ſed quod in ipſa condemnatione, teſtamentum roganti ei de caſtrenſibus bonis jure militari facere permittatur. Quod idem tradit etiam Hermogenianus Iuriſconſultus in l. ſi quis 22. §. miles, ff. §. de leg. 3. & Vlpianus in l. ex militari 11. in princip. ff. de teſtament. milit. & in l. cum hic ſtatus 32. §. ſi miles, 8. ff. de donat. inter vir. & uxor: tùm etiam Valerianus & Gallienus Impp. in l. & militibus 13. Cod. de teſtament. militis, & Iuriſconſultus Macer, in l. 1 ff. de veteranorum & milit. ſucceſſ.

Ratio, quæ Dd. noſtros in contrariam addu-

xit

duxit opinionem, triplex eſſe videtur, una continetur generalitate textus in dict. tit. 3. §. perſonam verò lib. ſecundo feudorum, ubi ſimpliciter dicitur, non eſſe diſtinguendum inter perſonas novam inveſtituram accipientium. Altera eſt, quod liceat cuique res ſuas in quem velit transferre, l. in re mandata 21. Cod. Mandati. Tertia, quod etiam ſervus novam accipere inveſtituram jure poteſt, dict. titul. 3. §. perſonam verò, libro ſecundo feudorum. Si ſervus, cur non æquè, aut multò magis homo infamis? ſiquidem hic civis ſit Romanus; ille non item, atque ille pro nullo in civilibus habeatur, quin etiam pro mortuo, l. quod attinet 32. ff. de reg. jur. & l. ſervitutem 209. ff. dict. titul. quod de perſona infami haud dici poſſe videtur.

Sed quod attinet rationem primam, refelli ea poteſt hac reſponſione; in toto jure generi per ſpeciem derogatur, l. in toto 8. ff. de reg. jur. Definitio illa generalis de perſonis omnibus, in dict. titul. 3. §. perſonam verò, libr. 2. feudorum, ſpecialiter reſtringitur in perſonis infamibus, qui nec novam accipere inveſtituram poſſunt, ut argumentis quibuſdam tàm ex feudali, quàm civili jure depromptis antea oſtendi. Nuſquã quidem in feudorũ jure id verbis exprimitur ſpecialiter. Sed † ſpecialiter expreſſũ 143
dicitur & illud, quod vi rationis cõtinetur, l. no-

*minis & rei, 6. §.1. ubi egregiè Alciatus, num.2. ff. de verb. ſignif. Bart. in l. prætor. 5. num.2. ff. de novi oper. nunciat. Bald. in l. quod verò, 14. col. 1. verſ. item quia, ff. de leg. Menoch. conſil. 235. num. 41. & ſeq. lib. 3. ut & illud dicitur expreſſum, quod per relationem ad aliud intelligitur, l. ait. prætor. 5. §. ubi Barthol. ff. de re judicat. quo etiam confert l. ſi ita ſcripſero 38. ff. de condit. & demonſtrat. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. num. 2. quod item lex præſumptione & coniectura expreſſit, ſatis dicitur expreſſum, l licet Imperator 24. ubi Iaſon. num. 8. ff. de legat. 1. Menoch de præſumpt. lib. 1. quæſt. 45. numer. 1. 3. 5. & 8. & libr. 3. præſumpt. 42. num. 21.*

*Non quidem ignoro, illud etiam pro expreſſo haberi, q in generalitate verborum cõtinetur, ſive quod in genere dicitur, l. ult. in fin. ubi Dd. C. quod cum eo, qui in alien. poteſt. eſt, negot. geſt. eſſe dicetur. Tiber. Decian. Reſp. 34. n. 102.*
144 *& reſponſ. 124. nu. 34. & tantum † operari diſpoſitionem generalem, quo ad omnia contenta ſub genere, quantum ſpecialis, quo ad comprehenſa ſub ſpecie, l ſi duo 51. in fin. & ibi Bart. ff. de adminiſtrat. tutor. l. ſi chorus 79. ff. de legat. 3. & l. Omnes 4. ubi Bald. & Angel. C. de præſcript. 30. vel 40. annor gl. in l. ſi quis mihi bona, 25. §. juſſum, in verb. Sed utrum, ff. de adquir. vel omitt. hæred. Dec. conſil. 259. col. 2. Tiber. Dec. dict. reſponſ. 124. nu. 35.*

*Ve-*

*Verùm nec illud etiam ignoti juris eſt, quod validior habetur expreſſio ſpecialis, quam generalis, per textum elegantem in l. apud Labeonem 15. §. hoc edictum 26. ff. de injur. l. ſed etſi 4. §. quæſitum 4. ubi Dd. ff. ſi quis cautionibus jud. ſiſtend. cauſa fact. c. Bonæ, extr. de confirm. util. vel inutil. c. ſuper eo, extr. de appellat. c. ad hoc, extr. de reſcript. Decian. poſt alios reſponſ. 39. nu. 59. & 3. ſeqq. vol. 2. quodq; diſpoſitio generalis reſtringi debet ſecundùm naturam rei, de qua fit diſpoſitio, l. 1. §. 1. ff. de offic. procurat. Cæſar. l. ſi ſtipulatus 4. §. Verùm, ff. de uſur. l. filiusfam. 7. §. 2. ff. de donat. Bald. ad rubric. C. de contrah. empt. quæſt. 9. & in l. à procuratore 13. verſ. nota ergo, C. Mandati, Iaſon in l. Actionum 5. col. 2. C. de procuratorib. Socin. conſil. 47. col. 3. vol. 1. Vnde cum ſpecialis ratio juris feudalis non patiatur, ut infamis novam accipiat inveſtituram, & per hanc feudum ad[quirat] novum, certè hac ipſa (ſpeciali ratione) [re]ſtringi debet generalis diſpoſitio, in dict. tit. 3. §. Perſonam verò, lib. 2. feudor. ut non intelligatur etiam de perſonis infamibus, per juris regulam ſupra adductam, in totò jure generi per ſpeciem derogatur.*

*Altera ratio opinionis contrariæ ideò ſtringit nihil, quia licet quis poſſit pro ſuo arbitrio rem propriam, cui velit concedere; ſua tamen hac voluntate ut feudum revera ſit, efficere nequit,*

cum jus commune, ſive publicum (quod eſt in feudis, ut ea infamibus perſonis non tribuantur) privatorum conventione mutari non poſſit, l. Iuriſgentium 7. §. & generaliter, 16. & l. jus publicum, 38. ff. de pact. l. illud, 5. in prin. ff. de pact. dotalib. & l. nec ex Prætorio, 27. ff. de reg. jur.

Tertia ratio ſimiliter officit nihil deciſioni noſtræ. Siquidem, feudi conceſſione ſervo factâ, ipſe ſervus liber efficiatur, & feudum acceptum ipſe, ut homo liber, poſſideat, ut ſupra docui.

145 In dubium vocatur & hæc quæſtio, num & Clericus per novam inveſtituram adquirere feudum poſſit? Negantis opinionis patrocinium ſuſcipere non dubitavit præter alios etiam Vdalricus Zaſius in Epit. feudal. cap. 5. in fin. eiq; auxilium adiungere videntur, rationum quoq; aliarum momenta non levia. Iure quippe feudorum diſertè cautum eſt, ſi Vaſallus efficiatur Clericus, aut religionis votum aſſumat, feudo ſuo privetur, tit. 21. de Vaſallo milite, qui arma bellica depoſuit, tit. 26. §. qui Clericus, tit. 36. lib. 2. feudor. Nec eſt & illud incognitum, quod Clericus militaria, aut alia ſecularia Domino ſuo ſevitia præſtare nequit, d. t. 36. lib. eod. feud. ut qui non ſeculo, ſed Chriſto, & Eccleſiæ ſervire teneatur, dict. tit. 21. in fin. tit. eod. & tit. ult. in extraordinar. capit. Can. ſi quis vult, diſtinct. 36. Can. 1. Can. Pila, Can. convenior, Can. ſi quis Epiſcopus, & Can. ſi vobis, 23. quæſt. 8. Accedit inſuper, quod Vaſallus ex inveſtitura domini &

pari-

*parium Curiæ juriſdictioni ſubiicitur, tit. 10. 18. & 22. §. ultim. lib. 1 feud. tit. 34. in pen. & tit. 55. §. pen. lib. 2. feud. Clericus autem Laicorum juriſdictioni ſubmitti nequit, in tantum, ut nec conſentire poſſit in juriſdictionem judicis ſecularis, cum eiuſmodi privilegium non perſonæ, ſed toti collegio Eccleſiaſtico ſit publicè indultum, c. ſi diligenti, & c. ſignificaſti, extr. de foro compet. Andr. Geil lib. 1 obſervat. pract. obſer. 40. nu. 7. Deniq; & illud jure cautum legimus, quod qualitas ſuperveniens, ſi actum vitiet, eadem etiam ab initio exiſtens, eundem impediat, l. qui libertate, 28. ff. de liberali cauſa, l. qui ſtatus, 8. ff. de re militari. Vnde dicendum videtur, quod Clericus, ut ob ſtatum Eccleſiaſticum, quem aſſumpſit, feudum paternum amittit, ſic & novum feudum capere prohibeatur.*

*Ceterùm licet adductæ rationes non levis ſint momenti, attamen veriſſima eſt affirmata conclusio, quod & Clericus novam accipere inveſtituram, etiam pro ſe, jure poſſit, ut arguit textus expreſſus in tit. 40. §. item ſi Clericus, lib. 2 feudor. & in c. ex tranſmiſſa, extr. de foro competent. Atque hæc communis eſt feudiſtarum opinio, ut ipſemet etiam Zaſius fatetur in Epit. feud. cap. 5. nu. 71. & ſeq. quem poſt alios ſequitur quoq; Sonſbeck. in commentar. in uſus feudor. part. 7. nu. 3. VVeſenb. tract. de feudis, cap. 5. n. 2. & Ioan. Borch. in comment. in conſuetud. feud. c. 5. n. 49.*



Digitized by Google

*Nec quicquam decerpunt huic pronunciatæ contrariæ negantis opinionis argumenta. Quod enim primum illius attinet argumentum, id hac ex cauſa robur habet in propoſito nullum, quod novi feudi conſtitutio præcipuè ex præſentis domini feudum concedentis voluntate æſtimatur, cuius in arbitrio eſt, quo velit modo, ſuis de rebus diſponere, l. in re mandata 21. C. Mandati. Paternum autem feudum ex mente primi domini cenſetur, qui cum feudum dederit Laico, præſumitur ex qualitate eiꝰ perſonæ voluiſſe, ut omnes ſucceſſores feudi ſint Laici, non Clerici, ſiquidem hi militaria, aliave ſecularia munia, ad quæ obſtrictus eſt Vaſallus, obire prohibeantur.*

*Alterum argumentum concidit ex eo, quod ſibi dominus imputare debeat, qui ſciens Clericū ad ſervitia præſtanda ſecularia eſſe ineptum, eidem feudum concedit, quodque ex hac ſcientia gratiam Clerico facere cenſetur, ut per ſubſtitutum ſerviat, arg. tit. 26. §. ſi quis deceſſerit, ibi, alius tamen pro eo faciens ſervitium admittetur, lib. 2. feud. junct. l. 2. ff. de juriſdict. & docet Præpoſitus ad dict. tit. 40. §. ult. lib. 2. feud. Andr. de Iſern. & Alvarot. ad d. tit. 26. §. qui Clericus, lib. eod. feud. & Hartman. Piſtoris lib. 2. quæſt. jur. quæſt. 33. nu. 27.*

*Tertium argumentum à juriſdictionis natura petitum, ideò nihil ſtringit, quod regula illa in feudo exceptionem recipit, ſiquidem diſertè*

*etiam*

*etiam Canonico jure ſit diſpoſitum, ut in feudis Clericus coram laico, id eſt, judice feudali, puta domino, vel paribus Curiæ neceſſe habeat litigare. c. ex transmiſſa, extr. de foro competenti, & c. verum, extr. de judic. Andr. Geyl. lib. 1. obſervat. pract. obſerv. 30. n. 30. & obſerv. 37. n. 3. Mynſing. cent. 1. obſerv. 22.*

*Poſtremum quoque argumentum ideò nihil habet roboris adverſus concluſionem noſtram, quod, ut & ſupra dictum, quo ad feudi adquiſitionem, alia ſit conditio feudi novi alia materni feudi ex diverſa ſcilicet voluntate domini conſtituentis, & ſibi dominus imputare debeat, quod eiuſmodi elegit Vaſallum, qui non per ſe, ſed per ſubſtitutum ſervitia præſtare poteſt. Nihil verò imputari poteſt domino, qui vetus feudum primitùs laico dedit, cum ille divinare non potuerit, fore, ut aliquando Vaſallus, aut eius filii futuri ſint Clerici, Vult. lib. 1. cap. 4. n. 9. verſ. nec obſtat his.*

*Si tamen dominus in feudi conſtitutione ignoret, Clericum eſſe, quem de feudo inveſtit novo, revocandi illius feudi poteſtatem habet liberam, arg. tit. 3. §. perſonam verò, lib. 2. feud. & docet Schrad. tract. feud. part. 4. cap. 3. nu. 7.*

*Vt de Clerico, ſic æquè & multò magis de Monacho dubitari poteſt, capax ſit feudi novi, necne? A Clerico, cuius etymon & ſpecies proponuntur in Can. Clericos, diſtinct. 21. differt Mo-* 146

 *nachus,*

Digitized by Google

*nachus, ut jure civili, l. generaliter 52. ibi, præcipuè Monachos, licet non ſint Clerici, & l. ſi quis Preſbyter, 20. ibi, Clericus aut Monachus, C. de Epiſcop. & Cleric. l. addictos, 6. ibi, nulli Clericorum, vel Monachorum, C. de Epiſcop. audient. Novell. 5. & 6. Sic & Canonico jure, c. ſecundùm, ibi, ne Monachi, vel Clerici, extr. ne Clerici, vel Monachi ſecularibus negotiis ſe immiſceant. Can. ſi Monachus ad Clericatum promoveatur, & Can. hinc eſt etiam, ibi, alia ex cauſa Monachi, alia Clerici, 16. q. 1. tum etiam jure feudali, tit. 36. in fin. lib. 2. feud. Quamvis ſi non abuſivè, generali tamen Clericorum ſignificatione & ipſi Monachi dicantur Clerici, ut arguit text. in Can. Pſalmiſta, in fin. & Can. ſeq. diſtinct. 23. & in tit. 40. §. ult. lib. 2. feudor. Clerici habitant ſeparatim: Monachis una eſt domus, in qua ſunt omnia communia, una cœnatio, unum cubiculum in quo tamen ſua cuiq; eſt exedra ſive cellula, dict. Novell. 5. cap. 3. & ibi Cuiac. Clerici bona habent propria, tit. 35. in princ. lib. 2. feudor. Monachi verò licet antiquitùs etiam propria habuerint bona, & teſtamenti factionem, l. generali 13. C. de SS. Eccleſiis. Ex Juſtiniani tamen conſtitutione nova, ipſo ingreſſu in monaſterium, bonorum ſuorum deſinunt eſſe domini, eaq; tacito jure ipſi Monaſterio adquiruntur, Novell. 5. cap. 5. Clerici oves paſcunt, Monachi paſcuntur, Can. alia cauſa, 16. quæſt. 1.*

Quod

*Quod jam attinet feudi adquiſitionem, Monachos novi feudi ex inveſtitura nova capaces eſſe negat Hotom. ad d. t. 21. in verbis, nec beneficium pertinet, & ad d. t. 30. in fin. lib. 2. feudor. in quam ſententiam inclinare quoq; videtur Zaſ. in Epit. feud. p. 5. n. 64. v. ego didici, & Ioan. Niellius diſp. feud. 2. theſ. 6. ſub lit. A.*

*Sed pleriq; alii affirmant, exiſtimantes, item feudum Monacho datum monaſterio adquiri, q. per ſuos officiales ſervitia domino præſtare teneatur, Sonſbeck. in Comment. in uſus feud. part. 7. nu. 23. Schrad. tr. feud. part. 4. cap. 3. n. 7. Mozz. de his, qui feudum dare poſſunt, n. 32. Vult. lib. 1. feud. cap 4. nu. 9. verſ. imò verò & Monachis.*

*Diſtinguit autem Dominus Obrechtus diſput. feudal. 4. theſ. 150. & ſeqq. inter feudum quod annexã dignitatem habet, ut eſt Ducatus, Marchionatus, Comitatus, tit. 13. in fin. & tit. 14. in princ. lib. 1. feud. & feudum quod nullam habet adiunctam dignitatem, illud Monacho nec per novam inveſtituram rectè dari affirmat, hoc verò feudum in Monachum jure cõferri, idq; Monaſterio adquiri, ait, quod ſervitia domino præſtare teneatur.*

*Ego quidem Domini Obrechti diſtinctioni ſubſcribendum judico, & prioris membri ſententiæ argumentum adjungo ex toto titulo extr. ne Clerici vel Monachi ſecularib. negotiis ſe immiſceant. Adminiſtrare enim Ducatum, Marchiona-*

chiona-

Digitized by Google

*chionatum, vel Comitatum, & ex eo Imperatori & toti Imperio ſervitia præſtare militaria maximè, non eſt Monachi, aut Monaſterii alicuius, tit. 21. tit. 36. lib. 2. feudor. Verùm in altero diſtinctionis membro de feudo, quod dignitatem ſecularem nullam habet adiunctam, non per omnia cum Domino Obrechto conſentio. Primùm autem Monacho feudum novum jure dari probo per text. in tit. 40. §. ult. lib. 2. feud. ubi caſus proponitur, quo, qui Monachorum reliquorum Princeps & Pater eſt, à Rege feudum habere dicitur. Si autem Abbas adquirere poteſt feudum novum, & cauſa diverſitatis nulla appareat, cur non æquè & cæteri Monachi accipere inveſtituram poſſint novam, maioremq́; in curam monaſterii incumbere tenetur Abbas, quàm cæteri Monachi, meritò & his novi adquirendi feudi jus tributum putari debet; maximè cum feudorum placitis cautum legamus, quod inter perſonas novam accipientium inveſtituram diſtinguere non debeamus, dict. tit. 3. §. perſonam verò, lib. 2. feudorum.*

147 *Cæterùm Monacho illud tantùm dari poſſe feudum arbitror, ex quo vel ſervitium præſtari debet, quod honeſtè convenit Monachorum ordini, & officio; puta, ut certis diebus in aula domini concionetur; vel interdum ſacras preces domini, aut eius coniugi recitet, aut difficiliores ſacrarum literarum locos explicet, &c. vel nul-*

lum

*lum neceſſe habet Monachus exhibere domino ſervitium, ſed feudum omninò francum, & ab omni ſervitio ſit liberum.*

*Quod ſi ex feudo ſecularia ſint domino præſtanda ſervitia, non puto id Monacho jure concedi poſſe, per tot. dict. tit. Ne Clerici vel Monachi ſecularibus negotiis ſe immiſceant & text. in Can. placuit, 26. quæſt. 1.*

*Sed obiicere hîc nobis quiſpiam poſſet, feudum novum Monacho datum, ſive contemplatione ipſiuſmet Monachi, ſive intuitu monaſterii, ſive ſimpliciter conceſſum ſit, ipſi monaſterio adquitur, per text. dict. Novell. 5. cap. 5. & c. cum ad monaſterium, in princ. & §. ult. extr. de ſtatu Monachorum, Andr. de Iſern. ad dict. tit. 3. §. perſonam verò, lib. 2. feud. Bald. in l. 1. §. 1. C. communia de legat. & fideicommiſſ. Monachus enim per omnia ſervo comparatur, & jura de ſervis loquentia locum habent in Monachis. Innoc. in c. cum olim, extr. de privileg. Bart. in l. cum fructus, 31. §. 1. num. ult. ff. de rebus credit. & in l. Pedius 7. §. 1. ff. arbit. Bald. in l. ſervus, 4. C. communia de ſucceſſ. Vt ergo ſervus domino, ſic Monachus monaſterio ſuo adquirit, proindeq; monaſterium ſervitia domino præſtare tenetur, quæ cum ſecularia ſint, poſſunt per ſeculares exhiberi perſonas, officiales ſcilicet monaſterii. Clarus poſt alios lib. 4. ſentent. §. feudum, n. 1. & 2. Dominus Obrecht. in dict. diſput. feudal. 4. theſ. 154. & 156.*

cum

*cum aliàs etiam Vaſallus per ſubſtitutum domino ſuo ſervire poſſit, quando ipſemet idoneus non eſt, ad præſtanda ſervitia, t. 26. §. ſi quis deceſſerit, & tit. 55. §. firmiter etiam, ibi, vel alium pro domino acceptabilem mittere, lib. 2. feud.*

*Verùm enimverò authoritas juris noſtri arguit, quod quis ſuo nomine præſtare prohibetur; id nec per alium agere debeat, l. 2. §. 1. ff. de adminiſt. rer. ad civit. pertinent. & l. unic. C. quibus ad conductionem præd. fiſcal. accedere non licet, lib. 11. Et quando monaſterium per officiales ſuos domino feudi exhibet ſervitia, implicat ſe negotiis ſecularib. multis & variis, ſiquidem conquirere perſonam idoneam & domino acceptabilem, ut ait text. in d. t. 55. §. firmiter, lib. 2. feud. eamq́; inſtruere neceſſe habeat armis, equis, aliisq́; rebus ad præſtationem ſeruitiorum neceſſariis, quæ cura certè & ſolicitudo ipſos cucullatos fratres à ſacris negotiis planè avocat, contra text. in dict. Can. placuit, 16. quæſt. 1. & c. 1. 2. 3. 4. 6. 8. 9. & 10. extr. ne Clerici vel Monachi, ſecularibus negotiis ſe immiſceant.*

*Rurſus hîc nobis occurrere quis poſſet, liberum eſt cuivis, in quem velit, rem ſuam conferre d. l. in re mandata 21. C. mandati, proindeq́; poteſt quis pro arbitrio ſuo in feudum eandem etiam Monacho dare. Sed reſpondeo, poteſt quidem quisq; prædia ſua, vel quamq; aliam rem etiam gratis concedere Monacho, verùm non in feudū, ex quo*

*ex quo ſecularia ſint præſtanda ſervitia, per quæ Monachus ille, & conventus Monaſterii à ſacris avocetur. Quod ſi datum ſit Monacho tale feudum, ob defectum cauſæ, ob quam datum eſt revocari poteſt condictione cauſa data, cauſa non ſecuta, per text. in tit. 21. lib. 1. feudorum, aut neglecto eo fine, ob quem datum eſt, alio ipſi Monacho & eius monaſterio, vel precariæ, vel meræ donationis titulo relinqui poteſt.*

*Non eſt hoc loco omittendum, quod feudum datum Monacho ob ſervitium, quod decenter ab ipſo præſtari domino poteſt, ſaltem ad vitam Monachi illius in uſu Monaſterii remanet, eo autem defuncto Monacho, ad dominum revertitur, ut poſt alios docet Iulius Clarus, libr. 4. ſententiarum quæſtion. 78. num. 2. quem ſequitur Dominus Obrechtus dict. diſputat. feudal. 4. theſ. 155. Cùm enim potiſſimum contemplatione Monachi datum ſit ei feudum, ipſo defuncto, deſinit eſſe feudum, ſiquidem ſublato feudi ſubiecto, quod eſt Monachus, ipſum quoque adiunctum ſcilicet feudum ceſſare neceſſe eſt, ut Logicæ teſtantur regulæ.* 148

*Sin Monacho conceſſum ſit feudum intuitu & contemplatione monaſterii, perpetuò illud monaſterium retinet, ut cenſet Andr. de Iſer. ad d. t. 3. §. perſonam verò, lib. 2. feud. quem ſequitur Dominus Obrechtus d. diſp. 4. theſ. 156. & rectè quidem. Beneficia enim non certæ perſonæ, ſed rei*

*ſive*

Digitized by Google

ſive cauſæ conceſſa, perpetuò durant, & ad ſucceſſores tranſeunt, l. in omnibus 68. l. privilegia 196. ff de reg. jur. l. 3. §. ult. ff. de cenſib. & l. 4. ff. de jure immunitatis. Sed obſtare videtur, quod feudum uſusfructus dicitur, in tit. 23. §. ult. libr. 2. feudorum. Vſusfructus autem civitati alicui datus, aliiq; corpori, centum duntaxat annos durat, non ulterius, l. an uſusfructus 56. ff. de uſufruct. At inſtar quidem obtinet uſusfructus ipſum feudum, propriè tamen uſusfructus non eſt, ſiquidem uſusfructus morte uſufructuarii cui conceſſus eſt, finiatur, §. finitur autem, Inſtit. de uſufruct. At non ſimiliter feudũ, ut quod ad primi Vaſalli heredes quoque maſculos regulariter transfertur, dict. tit. 23. in fin. lib. 2. feudorum.

149 De ruſtico, num inveſtituram accipere novam, & per eam feudum adquirere poſſit novum, quæſtio non immeritò movetur? Negativæ patrocinium præſtare videtur, quod plebeii nullum feudi uſum habere videntur, tit. 10. §. cæteri verò, lib. 2. feud. quodq; Vaſallus nobilis de feudo ſuo alium, qui inferioris, & ſimilis ſit conditionis ſubinfeudare nequit, tit. 26. §. beneficium, & tit. 34. §. ſimiliter, lib. 2. feudor. Cæterùm quia generaliter feudorum jure cautum eſt, quod diſtinguendum non ſit inter perſonas accipientium inveſtituram, dict. tit. 3. §. perſonam verò, lib. 2. feudor. Atque etiam minor feudum adquirere

poſſit

*novum, dict. tit. 26. §. ſi minori, lib. 2. feud. Unde feudiſtæ communiter concludunt, omnibus dari feudum poſſe, qui ſpecialiter non prohibentur. Sonſbeck. in Commentario in uſus feudor. part. 7. nu. 1. & Mozz. de his, qui feud. dare poſſ. num. 27. verſ. videamus, ſequitur inde feudum quoque ruſtico jure dari, idq; communiter ſentiunt Dd. Matth. de Afflict. ad tit. 1. nu. 8. lib. 1. feudor. Zaſius in Epitom. feudor. part. 5. nu. 68. Ludolphus Schraderus tract. feudali, part. 4. cap. 3. num. 7. Et certè quia ut plurimum militiæ cauſa feudum datur, tit. 7. verſ. & ſi ſcivero; tit. 21. verſ. ſed judicatum, lib. 2. feudor. ruſtico etiam novum feudum non injuria datur; quippe cum ruſticus ad ſuſtinendas belli difficultates ſit aptiſſimus, ut ſcribit Veget. lib. 1. de re militar. cap. 3. nec minus præclara virtutis facta gerere poſſit; quam quiſquam alius; ut teſtatur exemplum Lucii Quintii Cicinnati apud Livium, lib. 3. Decad. 1. & Valer. Maxim. lib. 4. cap. 4. Sic & primus Bohemiæ Rex ex aratore Princeps factus legitur, ut ex Ænea Sylvio refert Zaſius in Epitom. feudal. part. 5. nu. 29.*

*Quod verò in dict. tit. 10. §. cæteri verò lib. 2. feud. plebeius uſum feudi habere negatur, non de omni feudo intelligendum est, ſed eo tantum feudo, quod per ſubinveſtitionem valvaſinus de ſuo nobili feudo alii concedit: ſubinveſtire de ſuo feudo poteſt Vaſallus alium; & ſubinveſtitio illa* 150

*fieri poteſt non ſolum à primò Vaſallo, ſed & ſubvaſallo, atqui non in infinitum ſubinveſtitioni, locus eſt; ſed tantùm ad quartam uſque perſonam; ultra eam ſi facta ſit inveſtitura, feudum jure proprii feudi non cenſetur, per text. in tit. 7. §. ultim. & dict. tit. 10. verſ. ſed hodie, libr. 2. feudorum, ut & ſupra eodem hoc capite latius expoſui.*

151 *Quod attinet alterum negantis opinionis argumentum, ex dict tit. 26. §. beneficium, & dict. tit. 34. §. ſimiliter, lib. 2. feud. ideò nobis negotii facit nihil, quod ſimiliter hiſce locis de eo agitur feudo, quod Vaſallus per ſubinveſtitionem alii cedit, nos verò hîc diſſerimus de feudo novo, quod nova & prima omnium inveſtiturâ ex allodio ſuo dominus ruſtico tribuit. Subinveſtitio non eſt omninò libera Vaſallo, ſi perſonam ſpectes, cui per ſubinveſtituram feudum Vaſallus concedit. Cùm enim Dominus primus certam elegerit perſonam, & eius qualitatem, non eſt integrum Vaſallo feudum ſuum, vel eius partem, diſ- [illegible] conditionis viro per ſubinveſtitionem [illegible] -uando novum alicui per novam ſimu- [illegible] -ur in allodio, liberum tribuere. At q- [illegible] rem ſuam, inveſtituram feudum a- [illegible] -is norelinqui debet arbitrium domin- [illegible] cui volet concedi in feudum, modò ſit ta- [illegible] -vus Vaſallus, qui ſervitia domino præſtare poſſit, argument. dict. leg. in re mandata, 21. Cod. mandati.*

*Sed*

*Sed opportunè hoc loco in quæſtionem vocari* 152
*poteſt, ſi ruſtico detur feudum, an ex eo etiam nobilitatis inſignia capiat ipſe ruſticus?* † *Alva-* 153
*rot. in tit.10.verſ.cæteri, lib.2.feudor. & eum ſicutus Sonſbeck. in Commentario in uſus feud. part. 7. nu.18. & ſeq. diſtinguunt inter dominum dantem, alium atque alium. Si ab Imperatore, Rege, Duce, Marchione vel Comite inveſtiatur de feudo ruſticus, hunc inde nobilem effici tradunt: ſin feudum per inveſtituram detur ab alio domino, ruſticum non fieri nobilem autumant, niſi aliquot factis in bello egregiis ſe poſtea præſtet audacem, & notum omnibus virtute. Propriè enim nobilem dici à noſco, quaſi ex virtute vel ſcelere omnibus notus.*

*Sed vitioſa eſt hæc opinio, quippe cum & ille ſit nobilis Vaſallus, quem de ſuo feudo aut partè ſui feudi antiquitùs inveſtivit Capitaneus ſubvaſallus Ducis, Marchionis, Comitis, qui à minore valvaſore, de eius feudo antiquitus inveſtitus eſt, & valvaſinus dicitur, dict. tit. 10. §. qui verò à Capitaneis, & §. ſeq. junct. §. cæteri verò, lib.2 feudorum.*

*Duaren. in Commentar. in conſuetud. feud. c.* 154
*4. nu. 8. duo coniunctim requirit ut feudum ſit nobile, & poſſeſſorem nobilitet; unum, ut dignitatem aliquam annexam habeat feudum; alterum ut poſſeſſorem Vaſallum Imperator inveſtierit. Verum jure feudorum & eum Vaſallum*



Digitized by Google

*eſſe nobilem, quem non Imperator, ſed Du*
*Marchio, Comes, de plebe aliqua ſui feudi inve*
*ſtivit, conſtat ex dict. tit. 10. §. qui verò à Prin*
*cipe, junct. §. cæteri verò, lib. 2. feud.*

*Ex eodem loco arguitur quoque error Domi*
*ni VVeſenbecii tract. de feud. cap. 2. nu. 4. V*
*exiſtimat omne feudum eſſe ignobile, ſive pl*
*beium, quod non ſit regale feudum; cùm tame*
*non niſi illud regale ſit feudum, quod confert*
*ab Imperatore, qui in jure noſtro etiam feuda*
*Rex dicitur, tit. 34. in pr. lib. 2. feudorum.*
*feudum etiam nobile ſit feudorum jure, quod*
*alio, quam Imperatore datur, modò tamen d*
*tur de feudo, quod primitus ab Imperatore d*
*tum eſt Duci, Marchioni, Comiti, in Ducat*
*Marchionatu, Comitatu, dict. titul. 10. libr.*
*feudorum.*

155 *Alia eſt opinio Domini Vultei lib. 1. feud*
*cap. 8. num. 9. & Domini Obrechti diſput. fe*
*dal. 2. theſ. 17. & ſeqq. Arbitrantur enim p*
*feudum tribui nobilitatis jura Vaſallo novo,*
*illud datum ſit ab Imperatore, vel alio Princi*
*quodam, hoc animo, ut accipiens Vaſallus in*
*nobilis efficiatur. In dubio autem hunc præſu*
*in Imperatore vel alio Principe animum ex ci*
*cumſtantiis, ut ſi detur feudum non ruſtico, ſ*
*viro Patricio, vel Doctori, vel alii de Republi*
*benè merenti. Atqui & hæc opinio à feudoru*
*jure aliena judicatur ex eo, quod Vaſallus n*
*bi*

Digitized by Google

*bilis & ille diſertè habetur feudorum jure, qui ab alio, quam Imperatore, vel Principe inferiore feudum poſſidet, modò tamen per ſubinveſtitionem feudum acceperit in parte eius feudi, quod primitus Dux in Ducatu, Marchio in Marchionatu, Comes in Comitatu ab Imperatore adeptus eſt, atque feudum illud non excedat ſubinveſtituræ gradum quartum, dict. tit. 10. lib. 2. feudorum.*

*Meam ut prædictis addam quoque ſententiam, reor, diſtinguendum eſſe inter feuda ruſticis data. Feuda nonnulla ſunt, per quæ Vaſallus tacito jure nobilitatur, ut ſunt feudum Ducatus, feudum Marchionatus, feudum Comitatus, d. t. 10. in pr. lib. 2. feud. Vbi dignitatis titulus ex ipſo feudo tribuitur Vaſallo, non etiam feudum à Vaſallo capit dignitatis nomen; unde ſi ruſtico hujuſmodi feudum concedatur, nobilis ex eo efficitur ruſticus. Sic primus Bohemiæ Rex, ut & ſupra memini, ex aratore Princeps factus legitur, dato ei Regno in feudum, referente Zaſio in Epit. feudor. part. 5. num. 29.* 156

*Deinde etiamſi Dux de Ducatu ſuo, Marchio de ſuo Marchionatu, Comes de Comitatu ſuo quidpiam concedat ruſtico in feudum per inveſtitionem, ſubvaſallus ille ex huiuſmodi feudo nobilis efficitur feudorum jure, dict. tit. 10. §. qui vero à Principe, junct. §. qui autem, ibi, quod à Capitaneis habebatur, lib. eod. feudorum.*

*Similiter ſi Ducis, Marchionis, Comitis ſubvaſallus ſuum feudum, vel eius partem per ſubinveſtitionem conferat in ruſticum, hic Vaſallus æquè nobilis redditur feudorum jure, nõ quidem confeſtim, ſed accedente annorum ſpacio quodam, d.t.10.§.qui verò à Capitaneis, lib. eod. feud. quod temporis ſpacium feudorum jure definitum quidem non eſt, unde communiter feudiſtæ feudum hoc nobile dicunt, ſi diu in familia primi accipientis Vaſalli reſederit, Ioan. Borch. de feudis, c.4.nu.15. & 16. Hotoman. verò annis definit 20. ſiquidem tempus illud militibus vacationis privilegium poſt annos 20. concedatur, l.1.C.de excuſat.Veteran.& l.3.C.de his, qui non impletis ſtipend.ſoluti ſunt lib.10.*

*Non minus feudorum jure & illud feudum nobilitat Vaſallum ruſticum, quod ab eo ſubvaſallo, de quo proximè facta eſt mentio, per ſubinveſtituram ipſi ruſtico antiquitus eſt conceſſum, per text.in dict.tit.10. §. qui autem à valvaſoribus, lib.2.feudorum.*

*Idem quoque judico de feudo quod Imperator in plebe quadam, id eſt, civitate, aut pago uno atque altero tribuit cuidam ruſtico; & quod idem Vaſallus ex ſuo hoc feudo per ſubinveſtitionem alii antiquitus conceſſit; quodq́; hic alius ſimiliter per ſubinfeudationem in ruſticum contulit, per text.in d. t.30. §. qui verò à Principe, junct. §§.ſeqq.lib.eod.feud.*

*Vt au-*

*Vt autem prædictis caſibus omnibus ſubinveſtitio illa jure procedat, neceſſe eſt, ut ruſticus, qui de feudo ſubinveſtitur, miles eſſe & æquè ſervire feudum poſſit, tit. 34. §. ſimiliter, ibi, ut ſi dans miles eſt, & ille, qui accepit feudum, inveniatur miles, lib. 2. feud.*

*Solius quidem Imperatoris eſt nobilitare aliquem, l. ſacrilegii, 5. ubi Bart. & alii, C. de diverſ. reſcript. l. ult. §. viros illuſtres, C. ubi Senatores vel Clariſſ. l. unic. C. de his, qui à Principe vacationem acceperunt, lib. 10. & l. pen in prin. §. 1. ff. de decurionib. Tiraq. tract. de Nobilitat. cap. 6. Carol. Tapia ad rub. ff. de conſtit. Princip. cap. 4. num. 112. & ſeqq. Verùm hinc conſequens non eſt, hoſce Vaſallos qui per ſubinveſtitionis gradum, primum, ſecundum, vel tertium, ex regali feudo quidpiam in feudum acceperunt, haud effici nobiles. Cùm enim ipſummet regale feudum, dignitas quædam ſit per ſe, tit. 13. in fin. ibi, in feudo Comitatus, vel Marchiæ, vel aliarum dignitatum, lib. 1. feudorum: ſequitur inde, quod ab ea etiam quidpiam participet & ſubvaſallus, maximè cum authoritas juris feudorum in tantum nō adverſetur, ut etiam expreßè id permittat in dict. tit. 10. ubi Dd. lib. 2. feudor. Nec abſurdè dicitur hîc etiam nobilitatem promanare à Cæſareæ maieſtatis authoritate, ſiquidem ſolus Imperator regale conferat feudum, tit. 14. in prin. lib. 1. feud. proindeq́ inveſtitione ſua*

*permittere cenſeatur, ut nobilitatis jura tranſeant quoque ad ſubvallos, qui per ſubinfeudationem ex regali feudo quidpiam infeudum conſequuntur, quippe cum non ignoret Imp. feudorum jure ſubinfeudationem eſſe licitam etiam in Regali feudo, ex dict. tit. 10. lib. 2. feudorum. Accedit huc, quod uxor plebeia efficitur ipſo jure nobilis, ſi nubat viro nobili, etiamſi non ſpeciali Imperatoris diplomate renuncietur & declaretur nobilis, l. mulier 13. C. de dignitatibus, lib. 12. & l. ult. C. de Incolis, lib. 10. Confert eodem, quod etiam ſubvaſallus feudi ſui nomine, domino, ſui domini ſervire tenetur, tit. 34. §. ſimiliter, lib. 2. feudor. Vnde ſi Dominus ille ſuperior ſit Vaſallus Imperatoris, ipſe etiam ſubvaſallus nobilis inde habetur, arg. l. unic. C. de præpoſit. labor. lib. 12.*

157 *Quid ſi Dux, Marchio, Comes, ruſticum inveſtiet de feudo quodam, non ex regali ſuo feudo, ſed patrimonio ſuo allodiali, nunquid inde ruſticus ille nobilis efficitur? Negatam concluſionem juri conſonam affirmare nihil dubito: tum quia ſolus Imperator nobilitatis jura tribuit, ut antea oſtendi: tùm etiam, quia nulla eſt cum hoc feudo conjuncta dignitas, quæ tamen regali cohæret feudo, proindeq; etiam ad ſubvaſallos transfertur. Lucas quoque de Penna, in l. mulieres 13. colum. 2. verſ. quarto ex Comitatu, C. de dignitatib. lib. 12. concludit, non veram eſſe nobilita-*

*tem,*

*tem, ſi quis ab alio, quam Imperatore caſtrum teneat in feudum, arg. dict. tit. 10. lib. 2. feud. & l. 1. C. de domeſticis & protectoribus, lib. 12. & l. unic. in fin. C. de præpoſit. labor. lib. eodem.*

*Moveri hoc loco & illa poteſt quæſtio, ſi ruſticus feudum emat nobile, num ex hoc nobilis efficiatur ipſe ruſticus? Lucas de Penna in l. cum neque. 4. C. de incolis lib. 10. negat, per text. in dict. leg. 4. C. d. tit. & in l. 2. C. de præd. & omnibus rebus naviculariorum, libr. 11. & ſequitur eundem Tiraquell. tractat. de nobilit. cap. 7. nu. 9. & 14. At quia feudum nullum vendi poteſt inſcio domino, tit. 52. & tit. 55. in pr. lib. 2. feudor. Conſequens inde eſt, ſi feudum nobile ſit, primitùs ab Imperatore datum, conſentiente in huius feudi alienationem ipſo Imperatore, nobilitatis quoque jura ex voluntate Cæſareæ Maieſtatis in ſubvaſallum devolvi, ſiquidem & hic ſervire Imperatori nomine feudi cogatur, dict. tit. 34. §. ſimiliter, lib. 2. feudorum, & eius Vaſallus, & Conſiliarius fiat, titul. 55. §. penultim. junct. tit. 6. & 7. lib. 2. feud proindeq; hinc etiam nobilis efficiatur. argum. dict. l. unic. C. de præpoſitis labor. lib. 12.* 158

*Quæri poteſt ulterius & hoc, num deportatus novam jure capiat inveſtituram, nec ne? Aiens autem opinio firmatur regula in dict. titul. 3. §. perſonam verò, libr. 2. feudorum. Tuetur eandem, quod etiam ſervus de novo rectè inſtituitur* 159



Digitized by Google

*feudo, text. eſt in dicto §. perſonam verò, libro eodem. Accedit quod inveſtitura eſt contractus juriſgentium, ſiquidem ex eo naſcatur condictio cauſa data, cauſa non ſequuta, titulo vigeſimo primo, libri primi feudorum, quæ eſt ex contractu innominato, lege naturalis, quinta, §. primo & ſecundo, ff. de præſcriptionibus verborum, juncta lege juriſgentium ſeptima in principio & §. ſecundo, ff. de pactis. Ea autem quæ juriſgentium ſunt, competunt quoque deportatis, lege, ſunt quidam, decima ſeptima, in fine. ff. de pœnis. Denique feuda plerunque cauſa militiæ conferuntur; in militiam verò conſcribi poſſunt etiam peregrini.*

Cap.

Digitized by Google

# CAPVT Quartum.

## De SVBSTANTIA ET SOLENNIBVS INVESTITVRÆ.

### *SVMMARIA.*

1 SVbſtantia inveſtituræ quæ: Et quomodo aliàs à Iuriſconſultis appellitetur ſubſtantia.
2 Subſtantia inveſtituræ, quibus in rebus ſubſiſtat.
3 Prima pars inveſtituræ ſolennis quæ.
4 Altera ſolennis inveſtituræ pars quæ.
5 An homagium ſive hominium idem ſit ac fidelitatis promiſsio.
6 Homagium quid: Et quomodo fiat.
7 Homagii forma.



Digitized by Google

8 An ſubiectio perſonæ, quæ fit per Homagium, ſit ſervitus?
9 Homagii jus quomodo ſit introductum.
10 Fidelitatis feudalitiæ promiſſio quid.
11 Fidelitatis ſpecies quæ: Et fidelitatis nomine quid aliàs ſignificetur.
12 An impubes per ſe, aut per alium fidelitatem facere cogi poſſit?
13 Quæſtio: An de feudo modico juramentum fidelitatis ſit præſtandum?
14 Num & in feudo franco fidelitas juramento ſit præſtanda?
15 An eius quoque feudi nomine juratoria fidelitas præſtanda ſit, ex quo Vaſallus annuum canonem Domino præſtare cogitur?
16 Quæſtio: Si plures ſint Vaſalli conſortes, iique unius defuncti Vaſalli heredes, an omnes & ſinguli ad juratoriam fidelitatis promiſſionem teneantur, ſi diviſum feudum teneant?
17 Senſus tit. 26. §. omnes filii lib. 2. F. & textus tit. 77. in extraord. capit.
18 Caſus aliquot, in quibus Vaſallus Domino fidelitatem præſtare non tenetur.
19 Vaſalli per non ſacramentum qui.
20 Qua forma Vaſallus Domino ſuo fidelitatem promittere debeat?
21 Cautelæ conſiliariis Principum & aliorum Dominorum in præſcribenda juramenti formula notandæ.
22 An Vaſallus juramentum fidelitatis per ſe præſtare cogi poſſit?
23 Quoties quis dicitur aliquid poſſe, poteſt id ipſum etiam invito alio.
24 Senſus L. ut juriſiurandi. 7. ff. de oper. libert.
25 Quæſtio: Si univerſitati cuidam datum ſit feudum, puta civitati, utrum ſinguli cives per ſe fidelitatis juramentum domino præſtare teneantur: an verò hoc per Syndicum expediri poſſit, eumque Dominus etiam invitus admittere cogatur?
26 Quæſtio; Si Vaſallus primitùs juſiurandum fidelitatis præſtiterit pro ſe, & heredibus ſuis, an defuncto eo legitimi ipſius ſucceſſores ſimiliter in inveſtitura juramentum hoc dare teneantur?
27 Quæſtio: Si Vaſallus in actu inveſtituræ fidelitatem jura-

juraverit Dominor,ecipienti pro ſe & ſucceſſoribus ſuis utrum idem Vaſallus, mortuo domino, eius heredibus iterum juramento fidelitatem promittere cogatur?

28 De natura feudi quæ ſunt, niſi ſpeciali tollantur pacto, neceſſariò impleri debent.

29 Obiectio movetur.

30 Iuramentum aſſumit omnes qualitates eius actus, cui adiicitur, illudque juxta eius naturam interpretandum.

31 Intellectus C. veritatis extr. de jurejurando.

32 Quæſtio: An Vaſallus ut domino ſuo, ſic & eiuſdem filio, ſuperſtite adhuc ipſo Domino, fidelitatem jurare compellatur?

33 An tutor Vaſalli pupilli juramentum fidelitatis etiam ſine mandato præſtare poſſit?

34 Quæſtio anceps: An Vaſallus teneatur domino fidelitatem jurare etiam contra ſuum patrem?

35 Fundamenta ſententiæ affirmativæ.

36 Rationes ſententiæ negativæ.

37 Varia explicatio tit. 28. §. ult. lib. 2. F.

38 Opinio Vultei.

39 Interpretatio Zaſii & Sonsbeckii.

40 Cuiacii interpretatio.

41 Sententia Authoris.

42 Quæſtio: An mortuo domino pluribus relictis filiis, horum uni tantùm, vel omnibus præſtandum ſit fidelitatis juramentum?

43 Fundamenta primæ opinionis.

44 Secunda opinio.

45 Tertia & ultima opinio.

46 Quæritur: Cùm omnium communi heredum nomine promittenda ſit fidelitas, num omnibus, an verò uni tantùm ſervitia præſtare Vaſallus cogatur?

47 Quæſtio: Vtrum Dominus obligatus ad præſtandum Vaſallo ſuo fidelitatis juramentum?

48 Senſus tit. 6. §. ult. lib. 2. F.

49 Tertium & ultimum ſubſtantiæ inveſtituræ requiſitũ.

50 Inveſtituræ teſtatio quid.

51 Teſtationis inveſtituræ ſpecies quæ: Et quid in qualibet ſpecie conſiderandum.

52 Pares curiæ qui.

53 Ad inveſtituræ teſtationem qui teſtes adhibendi.

54 Quæ

Digitized by Google

54 Quæ ſit ratio quod ad novæ inveſtituræ teſtationem tantum pares curiæ adhibeantur teſtes, & non alii.

55 Si pares curiæ inveſtitionis tempore abfuerint, num reditus ipſorum expectandus ſit, & differenda inveſtitura in eorum reditum, nec ne?

56 Variæ opiniones de conciliatione tit. 26. §. teſtes verò lib. 1. F. & tit. 33. §. nec dicatur, verſ. qui etiamſi abſint. lib. 2. F.

57 Quamdiu dominus abſentes curiæ pares expectare teneatur, antequam extraneos inveſtituræ negocio teſtes adhibere poſſit?

58 Quod jure definitum non eſt, neque in univerſum definiri poteſt, judicis arbitrio æſtimandum relinquitur.

59 Quæſtio: Vtrum pares curiæ, ſi ad inveſtitionis negocium vocati venire recuſent, dictione mulctæ cogendi ſint: an vero extranei teſtes adhiberi debeant?

60 Vtrum ad inveſtituram novam, quam Clerici faciunt, pares tantū curiæ teſtes vocari debeant, ſi quos Dominus Clericus habeat, an vero extranei quoq; adhibendi?

61 Tit. 32. in pr. lib. 2. F. conciliatur cum tit. 26. §. hæc omnia verſ. in clericorum lib. F.

62 Hotomanni conciliatio.

63 Vulteii conciliatio.

64 Alia conciliatio, quam autor approbat.

65 Quæ ſit ratio diverſitatis, quod Clericus de rebus Eccleſiaſticis, non ſolum corā paribus curiæ, ſed & coram extraneis teſtib. novum Vaſallū inveſtire poſſit.

66 Quæritur: Si extranei ſint teſtes, qui tempore inveſtituræ communi hominum opinione pro paribus curiæ judicati fuerunt, num inveſtitura dicatur inutiliter facta?

67 Si poſt inveſtitionis actum conſtiterit de extranea cōditione eius, qui priùs pro pare curtis habitus fuit, an poſtmodū extraneus ille de ipſa inveſtitura probanda teſtis produci poſſit?

68 Altera teſtationis inveſtituralis ſpecies.
Item: Breve teſtatum in libris feudorum quid.

69 An breve teſtatum à tabellione tantùm confici poſſit?

70 Quæ ſint requiſita, ut ſigillum obliget ſigilli dominum.

71 Quæ-

71 Quæſtio: An ſolum ſufficiat ſigillum, ut probet inſtrumentum contra ſigillantem, aut verò ſigillantis quoque ſubſcriptio ſit neceſſaria?

72 Breve teſtatum ut ſit legitimum, quid requiratur: Et unde nomen habeat.

73 Quæſtio: utrum teſtes, qui ad inſtrumentum inveſtituræ requiruntur, debeant eſſe pares curiæ: an verò ſufficiant extranei?

74 Pares curiæ ſi adhibentur inveſtituræ ſolennitati, an adhuc requiratur, ut breve teſtatum de inveſtitura fiat.

75 Si de inveſtiturali inſtrumento dubium incidat, ſitne verum vel falſum, cui hac de re incumbat probatio.

76 Factâ inveſtiturâ & fidelitate ſubſecutâ, an dominus ad traditionem poſſeſſionis rei feudalis cogi poſſit?

77 Traditio poſſeſſionis in libris feudorum etiam inveſtitura dicitur.

*SUBSTANTIAM inveſtituræ, dico formalem inveſtituræ cauſam, per quam ipſa inveſtitura cõſiſtit, quaq; non adhibitâ, ipſo jure inveſtitura nulla eſt. Cuiuſq; enim rei formam, per quã ipſa res eſt id quod eſt, & à cæteris reb. diſtinguitur, juris autores ſubſtantiam appellant, l. pacta conventa 72. in prin. verſ. Quoniam, ibi, emptionis ſubſtantia conſiſtit ex pretio, ff. de contrah. empt. & vendit. Interpretes ſubſtãtiale vocant, gl. & Dd. proximè citato loco, Zaſ. ſingul. jur. intellectuũ c. ſubſtantialia & naturalia contractuũ quæ ſint, & tract. de feud. cap. 1. in fin. Curt. Iunior tract. feudal. part. 1. cap. 7. nu. 24. & ſeq. Schrad. tract. feudal.*

part.

*part. 10. in præambulo nu. 7. & ſectione 4. nu. 96. & ſeq. Alio nomine ſubſtantiam & ſubſtantiale cuiusq; rei conditores juris vocant ſolenne, l. qui teſtamento, 20. §. ſervus. 7. ibi, ad ſolennia adhiberi, & § ſeq. ibi, propter ſolennia teſtamenti, ff. qui teſt. facere poſſunt, l. ſciendum 30. ibi, omnia ſolenniter acta, ubi præter alios etiam Bolognet. num. 4. & 7. ff. de verb. obligat. & ibidem Donell. nu. 1. Solennia, ait, alicuius rei dicuntur, quæ deſiderantur jure ad rem aliquam conficiendam; & ſine quibus, quod geritur nullum eſt.*

2 *Sic & inveſtitura feudi ſuum habet ſolenne; ſuam ſolennitatem deſiderat, tit. 2. in princ. ibi; ſolenniter fieri debet; & tit. 32. ibi, quia tamen ſine hac ſolennitate facta eſt, non valet; libr. 2. feudorum, diſpiciendum ergò quibus rebus contineatur inveſtituræ ſubſtantia; ſolenne, ſive ſolennitas, ubi ſciendum inveſtituræ nomen in libris feudor. maximè triplicis eſſe ſignificationis. Primò enim inveſtitura eſt modus adquirendi realiter ipſum feudum, ut quando dominus inveſtitor poſſeſſionem rei feudalis novo Vaſallo tradit; tit. 1. in fin. junct. tit. 2. in prin. lib. 2. feudor. Deindè inveſtitura ſignificat actum ſolennem, quo Vaſallo feudum ceditur, ſed abſque poſſeſſionis traditione, tit. 4. & tit. 7. in fin. & tit. 26. §. ſi facta, lib. 2. feud. quam ſolennem inveſtituram; ſi novum ſit feudum; traditio poſſeſſionis ſequi ſolet: Et vel confeſtim factâ ſolenni inveſtitu-*

*veſtitura, neceſſe habet dominus inveſtitor præſtare Vaſallo novo poſſeſſionem rei feudalis, tit. 7. in fin. & tit. 26. §. ſi facta, lib. 2. feudor: vel, conditione feudi ita exigente, ex intervallo, ut ſi inveſtitus ſit novus Vaſallus de feudo, quod alius adhuc poſſidet, tit. 3. tit. 4. & tit. 9. lib. 1. feudor. Si feudum ſit vetus, ſucceſſione adquiſitum, plerunque poſſeſſionis adquiſitionem ſequitur ſolennis illa inveſtitura, ut quando ſucceſſor feudi, mortuo poſſeſſore Vaſallo, primùm occupat rei feudalis poſſeſſionem; & poſtmodùm intra tempus legitimum inveſtituram à domino petit, tit 24. in pr. tit. 4. in pr. tit. 52. §. ult. & tit. 55. in princ. verſ. præterea ſi quis, lib. 2 feudor.*

*Tertiò, eſt inveſtitura, quæ dicitur abuſiva; ut quando inveſtiens dominus ipſam poſſeſſionem realiter non præſtat Vaſallo, ſed vel mittit eum in abſentem poſſeſſionem, tit. 33. in pr. lib. 2. feud: vel loco poſſeſſionis porrigit ei ſymbolum aliquod, puta haſtam, enſem, vel quod aliud corporeum, tit. 2. in princ. lib. 2. feudor.*

3 *Solennis autem inveſtitura tribus continetur rebus, quæ ad eius ſubſtantiam deſiderantur. Prima eſt verbalis ceſſio feudi, ut ſi dominus, vel eius procurator ad hoc conſtitutus dicat:* Ego te inveſtio de hoc prædio, ut illud in feudum habeas, *tit. 2. in princ. lib. 2. feudor Mozz. tractat. de feud. cap. de ſubſtantia feudi, num. 36. Duaren. in commentario in conſuetud. feudor.*

*feudor. cap.2.nu.2. VVeſenb. tract. feudal. cap. 8. nu.10. Eguin. Baro ad tit. 4. & tit. 2. lib. 2. feudor. Atque iſthæc inveſtituræ verba ſolennia eſſe dicit Duaren. dict. cap. 7. nu. 2. Et ſentit VVeſenbec. dict. cap. 8. nu. 10. Solenne, ait, eſt, ut dominus ſaltem verbaliter Vaſallum poſt petitionem inveſtiat, unde hæc inveſtitura à nonnullis dicitur verbalis, Baro civilem appellat inveſtituram dictis antea locis.*

*Et quia hæc verbalis feudi ceſſio potiſſima pars eſt ſolennis huius inveſtituræ actus; iccircò in feudorum libris per ſe & ſimpliciter inveſtitura dicitur, tit. 3. & tit. 4. in pr. lib. 1. feudor. tit. 3. §. ult. tit. 4. & tit. 7. in fin. lib 2. feudor.*

4 *Res altera, quæ ad ſolennis inveſtituræ ſententiam deſideratur, eſt fidelitatis promiſſio,* die Lehenspflicht / *eaq; in ſolennis inveſtituræ negotio proximè ſequitur verbalem feudi ceſſionẽ, dict. tit. 3. §. ult. tit. 4. & tit. 7. §. ult. lib. 2. feudor. quibus locis inveſtitura, & fidelitas opponuntur, & per inveſtituram tantùm verbalis illa feudi ceſſio ſignificatur, quamvis alibi inveſtituræ nomen denotet totum illud inveſtituræ negotium ſolenne, puta in dict. tit. 26. §. ſi facta de feudo inveſtitura, lib. 2. feudor. Vbi Iuriſconſ. feudiſta docet, quod facta de feudo inveſtiturâ, dominus præcisè teneatur poſſeſſionem rei feudalis Vaſallo novo præſtare: quæ ſanè ſententia de ſola verbali inveſtitura accipi non poteſt, quippe cum dominus*

*nius ad præſtandam feudalis rei poſſeſſionem cogi non poſſit, niſi poſt verbalem feudi ceſſionem: fidelitatis quoque promiſſio à Vaſallo facta ſit Domino, dict. tit. 7. §. ult. lib. eod. feudor.*

*Hanc ſolennis inveſtituræ partem, fidelitatis* 5
*ſcilicet promiſſionem, quidam alio nomine homagium dici cēſent, aliqui hominium appellant. Alvarot. in præludiis feudor. col. 8. verſ. inſuper ſciendum Ioan. Borcholt. de feudis cap. 2. nu. 16. Hotom. diſp. feudal. cap. 24. Vult. lib. 1. de feudis, cap. 7. nu. 3. Et hominii vocem concinniorem & vetuſtiorem eſſe, quam homagii autumat Cuiac. lib. 8 obſer. c. 14. & in præludiis feud. mihi pag. 5. & in c. veritatis, 14. extr. de jureiur. ubi etiam Ivonem Cartonenſem non malè hominatum vocari putat, ſiquidem promiſcuè dominium aut dominatum dicamus.*

*Verùm aliud eſſe homagium ſive hominium,* 7
*aliud fidelitatem, patet ex oppoſitione harum vocum, in d. c. veritatis, ibi, & homagii, & fidelitatis, extr. de jureiurand. c. ex diligenti, ibi, ut ei homagium faceres & fidelitatem præſtares. Item ibi, homagio & fidelitate, extr. de Simonia, c. 2. ibi, fidelitate, homagio, tit. de ſupplēda negligentia prælator. in 6. & apud Radevicum lib. 1. c. 11. his verbis; Tunc ad curiam venientes Friderico fidelitatem fecerunt, atq; hominium.*

*Ipſa quoq; definitio homagii arguit abundè, aliud eſſe homagiū ſive hominiū, aliud item fide-*
*litatem feudalitiam. Eſt † enim homagiū ſolen-* 6

*nis quædam promiſſio, qua quis potẽtioris cuiuſ dam efficitur homo, id eſt, perſonam ſuam ei ſub jicit, & quaſi ſervum ſe illi ad temporale ſervi tium conſtituit. Eſt ſolennis quædam promiſſi homagium ſive hominium. Fit enim vel genibu flexis, vel manibus intra manus potentioris i lius poſitis, vel quo alio juxta loci conſuetudinen ritu, Iacob. de S. Georg. tract de homagio, nu.1 Maſcard. de probat. vol.3. concluſ.1397. n.2. Ho tom in diſput. de feudis, cap.24. mihi pag.134.*

7 *Iſthæc autem promiſſio fit potentiori alicui a inferiore, d.c. 2. de ſupplend. negligent. prælato in 6. Chaſſanæus in conſuetud. Burgund. rubr. §.3. in verb. Et homage, nu.6. Hotoman. in dict diſp. de feudis, cap. 24. Et quidem hac ut plur mum forma: Ego Petrus ex cauſa homagii pro mitto tibi Hermanno, quod tuus eſſe volo hom perpetuus, & ſtare cum meis heredibus ad tuan maioriã ſignoriam, & præſtare tibi annatim ta & tale ſervitiũ, conſtituens atq; confitens, me tu eſſe hominem. Speculator tit. de feudis, cap. Homagiis, n.2. ſponſione promiſſor efficitur hom illius potentioris, id eſt, perſona eius jure ſubie ctionis illi obligatur. Iacobin. de S. Georgio, tra ctat. de homag. nu. 2. 7. & ſeqq. Molinæ. in con ſuetud. Pariſienſ. tit.1. §.2. gl.3. nu. 2. & Hoto man. dict. diſput. de feud. cap.24. Vbi duas Ho minii partes eſſe dicit, Iuſiurandum fidelitatis, & notam ſubiectionis. Hinc illæ loquendi formulæ*

*face*

*facere ſe hominem alicuius: Conſtituere ſe cuiuſdam hominẽ: Eſt homo meus, tuus eſt homo: Filius hominis mei eſt homo meus. Iacobin. de S. Georg. dict. tract. de homag. nu. 7. & ſeqq. Item homo hominis mei nõ eſt homo meus, Speculator lib. 4. tit. de feud. cap. de homag. & fidelitatib. nu. 28. Chaſſanæ. In conſuetud. Burgund. rubr. 3. §. 3. in verb. & hommage. nu. 6. Differt ergo & hæc nota fidelitatis feudalitiæ promiſſio, & homagium ſive hominium. Cùm fidelitatis feudalitiæ promiſſione Vaſallus ad ſubiectionis jus non obligetur.*

*Subiectio autem illa perſonæ, quæ homo dicitur, ſervitus quidem propriè non eſt, continet tamen ſpeciem ſervitutis, ut non modò ſcribunt Speculator tit. de feudis, cap. de homagiis, nu. 7. & 35. Iacobin. de S. Georg. tractat. de homagiis, nu. 22. Chaſſanæ. in conſuetud. Burgund. dict. rubr. 3. §. 3. in verb. & Hommage, nu. 3. Molin. in conſued. Pariſ. dict. tit. 1. §. 2. gl. 3. nu. 1. in fin. & nu. 2. Hotomann. dict. diſputat. de feud. cap. 24. Sed patet etiam ex eo, quod in jure noſtro ſpeciali hominis appellatione, ſervus ſignificatur, ut docet Cuiac. in prælud. feudor. mihi pag. 4. & homo, unde hominium ſive homagium, non abſimilis eſt colono, maximè adſcriptitio, qui ſimiliter in libris noſtris homo ſpecialiter dicitur l. 4. C. de dignitatib. lib. 12. l. un. in pr. C. de conductorib. & procuratorib. ſive actoribus prædior. fi-* 8

*ſcal:lib.11.l.1. ibi, potentiorum quoq; homines, C. de commerciis. Hic enim Colonus quaſi ſervus eſt, revera & propriè ſervus non eſt, l:unic. C. de Colonis Thracenſib. & l. 2. C. In quibus cauſis coloni cenſiti dominos accuſare poſſint, lib.11. Atque ita ſui domini terræ addictus eſt hic colonus, ut nec eā dimittere, nec ab ea temporis punctum abeſſe poſſit, l. Colonos 15. C. de agricol. & cenſit. & d: l. unic. C. de colonis Thracenſib. lib.11. quæ conditio quoq; hominis eſt, de quo hîc agimus, ut formula homagii, quam ſupra adduxi, diſerte arguit, & oſtendit Alvarot. in dicto proœmio, ſive præludiis feudor. pag. 4. verſ. inſuper ſciendum, his verbis: habemus homagium quando aliquis promittit, ſe eſſe hominem alicuius domini, & ſtare & habitare, ubi voluerit dominus, & ea ſervitia exhibere, prout dominus voluerit. Hinc ergò ſimiliter apparet diſcrimen inter homagium, & feudalitiæ fidelitatis promiſſionem, quæ ſpeciem perſonalis ſervitutis, ſive quaſi ſervitutem non inducit: ſiquidem Vaſallus etiam invito domino feudum ſuum refutare, ac relinquere, ac deſinere Vaſallus eſſe poſſit, tit.38. lib. 2. feudor.*

*Adiicio deniq; in definitione homagii,* ad temporale ſervitium, *pro ſpiritualibus enim homagium fieri non poteſt, c. ult. extr. de reg. jur. & d. c. ex diligenti, extr. de Simonia, Molinæ. in conſuetud. Pariſ. d. t. 1. §. 2. gl. 3. nu. 13. quare jus homagii*

*magii æquè differt à feudo, quod etiam pro ſpirituali ſervitio dari poteſt, puta ut Vaſallus, Eccleſiaſtica perſona, cui feudum conferri poteſt, tit. 40. §. ult. lib. 2. feud. certis temporibus domino feudi, eiuſq́ familiæ concionetur, aut preces ad menſam domini recitet.*

*Poſtremò juris quoq́ Canonici autoritas abundè arguit, quod alius ſit homo, unde hominiũ, alius item Vaſallus, quamvis ambæ hæ qualitates in eandem perſonam ſimul cadant. Clement. Paſtoralis, §. rurſus non eſt ſilentio, ibi, homoq́ ligius, & Vaſallus, tit. de ſentent. & re judicat. Vbi Papa Clemens V. Regem Siciliæ & ſuum & Eccleſiæ Romanæ, ratione Regni Siciliæ, ſubditum, hominemq́ ligium, & Vaſallum dicit. Sic Pontifex Hadrianus Imperatorem Fridericum I. arroganter hominẽ ſuum aſſeruit. Cùm enim, teſte Radevico lib. 1. cap. 10. à Papa coronatus Imperator fuiſſet Romæ in templo Lateranenſi, ſub eius coronationis imagine verſus iſti duo conſcripti ſunt.*

Rex venit ante fores jurans prius urbis honores
Poſthomo fit Papæ; ſumit quo dante coronam.

*Vt autem feudorũ jura, ſic & homagii jus moribus & conſuetudine introductum eſt, non ſcriptis legibus, quibus tamen juvatur, ut ex comparatione hominis, & Coloni adſcriptitii ſupra oſtendi, & tradunt Specul. d. c. de homagiis nu. 3. & 9. Iacobin. de S. Georg. tract. de homag. nu 7.* 9

*in fin. & Alvarot. in dict. proœmio ſive prælud. feud. pag. 4. verſ. inſuper ſciendum, in fin.*

*Quia verò homagium, ut hactenus oſtendi, à fidelitate feudalitia differt non niſi impropriè, & abuſivè: hæc etiam homagium appellari poteſt, id quod ſentit etiam Molinæ. in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 2. gl. 3. nu. 1. in fin. & num. 2. in princip.*

10 *Cæterùm promiſſio fidelitatis feudalitiæ eſt cautio quædam, qua Vaſallus domino feudi ſpondet, ſe illi fidelem fore, commoda ipſius promovere, damna avertere, & venerationem ei præſtare velle,* Er wölle jhme dem Lehenherrn/ getrew vnd hold ſein/ deſſen Nutzen fürdern/ ſeinen Schaden wendē/ jhme auch gebürende Ehr erzeigen/ *ut arguunt textus in tit. 5. 6. 7. & 22. §. Curia autem, lib. 2. feudor.*

11 *Eſtq́; duplex fidelitatis promiſſio. Alia ſimplex & nuda eſt ſine juramento: alia eſt juratoria, tit. 3. in fin. lib. 2. feudor. ut aliàs etiam cautio ſive promiſſio, alia eſt nuda, alia juratoria, §. ſed hodie, Inſtit. de ſatiſdation. Et quidem fidelitatis promiſſio ſemper eſt juratoria, niſi eo pacto conſtitutum ſit feudum, ut ſine juramento fidelitatis habeatur, dict. tit. 3. in fin. & tit. 24. §. eſt & alia ingratitudo, verſ. ſi tamen beneficium, lib. 2. feud. Atq; hinc etiam fidelitatis nomine in libris feudorum ſimpliciter juramentum ſignificatur, quod domino à Vaſallo præſtatur, tit. 4. lib. eod. feudor.*

*At*

*At in tantum fidelitatis juramentum eſt neceſſarium, ut neque Clerico in inveſtitura remittatur, ut tradunt Canoniſtæ in c. verum, ext. de foro compet. & in c. nimis, & c. petitio extr. de jurejurand. Alvarot. in tit. 5. qualiter jurare debeat Vaſallus, lib. 2. feud. & Schneidewvin. tract. de feud. part. 4. nu. 7. Exigitur enim hîc juratoria fidelitas, ut hoc ſanctiore vinculo obligatum ſibi habeat Dominus Vaſallum, VVeſenbec. tractat de feudis cap. 8. nu. 29. Et cum fides juramento danda eſt, nec religioſæ illud remittitur perſonæ, c. nuper nobis, 51. extr. de teſtibus, & ne Cardinali quidem, Felin. poſt gloſſ. in c. tuis, num. 1. extr. d. t.*

*Non obſtat text. in tit. 101. in extraord. cap. tùm quia loquitur de feudo, non quod Clericus, ſed Eccleſia aliqua detinet: tùm etiam quia extraordinaria illa capitula authentica non ſunt, ut inde probatio ſatis tuta deſumi poſſit. Duaren. de feud. cap. 10. num. 7. & Iaſon. conſil. 30. nu. 21. volum. 1.*

*Si tamen minori, id eſt, impuberi datum ſit feudum, nec ipſe per ſe, nec per alium fidelitatem facere cogitur; donec in maiorem ætatem, qua doli capax erit, pervenerit, tit. 26. § ſi minori, & §. ſeq. lib. 2. feudorum. Quibus locis minor dicitur pro impubere, ut arguit text. in tit. 55, §. præterea ſi quis, lib. eodem feud. Atque evincitur quoque ex eo, quod Iuriſconſultus feudiſta* 12



Digitized by Google

*in dict. §. ſi minori, de maiori ætate infert, quod in eam qui venerit, doli capax ſit.*

*Notandum autem, quod Iuriſconſultus dicto loco ſcribit, minorem non cogi facere fidelitatem, id eſt, præſtare jusjurandum fidelitatis: Vnde ex contrario ſenſu colligi videtur, quod volens jurare, admitti poſſit, ut ſentiunt Alvarotus & Præpoſitus ibidem. Quæ ſententia eo quoque firmatur, quod licet jure communi pupillus invitus jurare non cogatur, l. jusjurandum 34. §. pupillo 2. ff. de jurejurand. ſi tamen ultrò præſtet delatum jusjurandum, pro rato illud haberi debeat, qui tamen peierare non videtur, cum ſciens fallere non cenſeatur, l. qui juraſſe 26. in pr. ff. dict. tit.*

13 *Sed in quæſtionem vocatur, an etiam de feudo modico juramentum fidelitatis præſtandum ſit? Quidam negant, ut Ludovicus Romanus, conſil 367. verſ. fallit tertiò, & ſingul. 119. ac eum ſecuti Curtius Iunior tradat. de feud. part. 3. membr. 1. num. 14. & VVeſembec. tractat. eordem cap. 15. num. 7. & Schrader. tractat. feud. part. 5. cap. 3. nu. 5. Aliqui verò affirmant quibus ſubſcribunt Henricus à Roſenthal. in ſynopſi juris feudal. cap. 6. concluſ. 67. & Vulteius lib. 1. de feud. cap. 7. num. 39. Atque horum opinio & mihi probatur: Tum quia generaliter cautum eſt in dict. tit. 3. in fin. lib. 2. feud. quod nulla inveſtitura fieri debeat illi, qui fidelitatem facere*

cere recuſat, cui regulæ inhærendum eſt, donec exceptio planè probetur l. ſi ſervitus 23. ff. de ſervitut. prædior. urbanor. Dec. Cagnol. & alii, in l. 1. & l. omnis deſinitio, ff. de regul. jur. Tùm etiam quia unicus tantùm dicto loco, & in tit. 24. §. eſt & alia, libro eodem feud. proponitur caſus, quo fidelitatis juramentum Vaſallo, puta ſi in feudi conſtitutione ſpeciali pacto id actum ſit, nec juratam hanc ſidelitatem Vaſallus præſtare cogatur. Poſita autem regulæ exceptione una, arguit cæteras exceptiones eſſe excluſas, l. quæſitum 12. §. idem reſpondit domo inſtructa, 43. ff. de inſtruct. vel inſtrument. leg. Quod & Cicero ſentit in oration. pro Balbo, ubi, ſi, ait, exceptio fecit, ne liceat, ibi neceſſe eſt licere, ubi non eſt exceptum: Tùm poſtremò quia opinio contraria nititur tantùm authoritate Baldi, in dict. tit. 24. Quæ ſit prima cauſa beneficii amitt. §. eſt & alia, libr. 2. feud. ut Roman. & Curtius Iunior dictis locis oſtendunt, cum tamen Baldus in meo Codice ne verbo quidem huius exceptionis meminerit.

Vſu tamen obſervari, ut in modico feudo juramentum fidelitatis non præſtetur aſſerit Vulteius dict. libr. 1. cap. 7. numer. 39. verſ. & ſanè. At quia conſuetudo facti eſt, probari debet à Vaſallo, qui juramentum hoc præſtare recuſat de feudo modico, ſi nitatur loci conſuetudine.

Quæris.

14 *Quæritur de feudo franco, id eſt eo feudo, quod à ſervitiis liberum eſt, num in eo etiam juramento promittenda ſit fidelitas? VVeſenbec. negat in tract. de feud. cap. 8. num. 20. verſ. e a definitio. At poſt Ioann. Andr. & Speculat. quos citat, aientem amplectitur opinionem Iacobinus de S. Georg. tract. de feud. in verb. qui quidem inveſtiti, nu. 74. Cui pronunciato fundamenta quoque poni poſſunt duo priora argumenta deciſionis quæſtionis præcedentis. Adponi & illa poteſt ratio, quod ſi feudū in aliquo recedat à natura, & proprietate feudi, in reliquis omnibus propriam feudi naturam retineat, titul. 48. ubi feudiſtæ, lib. 2. feudorum, Zaſ in Epitom. feud. part. 3. nu. 3. Sonſbeckius in Commentar. in uſus feudor. part. 4. n. 5. & 6. Iul. Clar. in §. feudum quæſt. 16. num. 2. Rolandus à Valle, conſil. 2. nu. 15. volum. 3. & conſil. 1. num. 12. volum 4. Molinæus in conſuetud. Pariſ §. 30. n. 100. circa fin. Quamvis ergò feudum francum recedat à natura feudi in eo, quod à ſervitiis liberum eſt, quæ Vaſallus domino exhibere tenetur, titul. 23. in fin. lib. 2. feud. cogitur tamen jurato fidelitatem domino promittere.*

15 *Dubitatur de feudo, ex quo Vaſallus annuum Canonem domino præſtare tenetur, an huius feudi nomine juratoriam quoque fidelitatem facere compellatur? Bald. negat in l. liberti, 10. n. 63. C. de oper. libert. quem ſequitur Curt. Iun. tract.*

*tract.de feud.part.3.memb.1.n.7.& Alex.conſ. 126.viſo & examinato,vol.1.*

*Sed ab his diſſentit præter alios quoque Henric. à Roſenthal. in ſynopſi jur. feudal. cap. 6. concluſ. 67. Cui meum etiam adiicere calculum nullus dubito, per regulam proximè adductam, quod feudum, mutata eius naturâ in aliquo, reſervet propriam ſuam naturam in cæteris. Quò facit & illud, quod diſpoſitio limitata limitatum producit effectum, l. in agris limitatis 16. ff. de adquir. rerum. dominiis, & l.3. ubi Iaſon, & alii, C. de tranſactionibus, quod item pactum ſuper una re interpoſitum, ad rem aliam non extenditur, l.ſi unus 28. §. ante omnia ff.de pact. l. ſi domus 2. ff. de ſervitut. præd. urban. & l.ſi de certa,31. C.de tranſactionibus.*

*Eſt & illud hîc monendum, ſi plures ſint Vaſalli conſortes, licet unius defuncti Vaſalli heredes fuerint, eos omnes ad juratoriam fidelitatis promiſſionem teneri, non ſolùm ſi omnes indiviſum teneant feudum, ſed & ſi diviſum, ut ſinguli partem poſſideant, tit.26.§.omnes filii, & tit. 55. §.Ducatus, Marchia,lib.2.feud.* 16

*Non obſtat, quod in dict. tit. 26. §. omnes filii, lib. eodem Iuriſconſultus feudiſta, utitur particula* maximè, *non enim iſthæc particula additur ibi propter feudum inter plures Vaſallos diviſum, quaſi in eo non teneantur ſinguli juratoriam præſtare cautionem de fidelitate: ſed, ut ſequentia* 17

*quentia arguunt verba, inſeritur ibi particula* maximè *ob caſum, quo ex diviſione feudum ad unum ex filiis defuncti Vaſalli pervenit, quo caſu non omnes illi filii, ſed ille tantùm ad quem pervenit feudum, fidelitatem præſtare tenetur. Et licet ibidem pro* indiviſum, *cum Cuiacio legamus* diviſum, *non tamen idcircò ex verbis textus ſequetur, feudo indiviſo unam tantùm fidelitatem deberi; maximè verò & præcipuè ex diviſo. Sic vox,* maximè, *uſurpatur in l. ultim. C. unde liber. & in l. actio, 49. ff. de negot. geſt.*

*Deinde nihil moveri debemus textu in titul. 77. Si plures ſint domini, vel Vaſalli, in extraordin. capit. ubi ſtatuitur, ut ex feudo indiviſo, una tantùm fidelitas domino fiat. Nam ut ſupra monui, extraordinaria illa capitula authentica & Canonica non ſunt, proindeque argumentum & probatio ſatis tuta inde peti non poteſt, Iaſon. conſil. 30. nu. 21. volum. 1. & Duaren. in Commentar. in uſu feudorum, cap. 10. num. 7. Poteſt & illud ad eundem locum reſponderi, quod fidelitas una ibi dicatur etiam ea, quæ à pluribus præſtatur filiis defuncti Vaſalli, indiviſum feudum tenentibus, ut ſentit Hartman. Piſtor. lib. 2. quæſt. iur. quæſt. 47. n. 11.*

18 *In omni ergò feudo, Vaſallus omnis, ut ex prædictis conſtat, fidelitatem domino promittere tenetur, duobus caſibus exceptis. Primus eſt, ſi feudum*

dum hoc pacto ſit datum, ut ſine juramento fidelitatis habeatur, tit. 3. in fin. & tit. 24. §. eſt & alia, lib. 2. feudorum: Alter eſt, ſi Eccleſiæ conceſſum ſit feudum, tit. 101. Eccleſiam fidelitatem non facere, in extraordin. cap. Cùm enim Eccleſia ſit cultrix & auctrix juſtitiæ, nec patiatur contra juſtitiam quid fieri in ſe, vel in alterum: Privatus verò ſæpè obviet juſtitiæ, tit. 13. verſ. Eccleſiæ, lib. 1. feudor. meritò jusjurandum fidelitatis remittitur Eccleſiæ, ut de qua ſuſpicio ſiniſtra nulla eſſe poteſt.

Etſi verò juramentum fidelitatis quidam Vaſalli præſtare non teneantur: liberati tamen non ſunt à nuda fidelitatis promiſſione, dict. tit. 3. §. nulla, lib. 2. feudor. Curt. Iun. tractat. de feud. part. 1 quæſt. 12. n. 2. Weſenb. tract. eodem cap. 8. n. 20. in fin. junct. n. 21. 19

Et hi Vaſalli, qui ſimplici & nudæ cautioni relinquuntur, in libris feudorum appellantur Vaſalli per non ſacramenum, tit. 47. in fin. lib. 2. feudorum.

De forma quæritur, qua Vaſallus domino ſuo fidelitatem promittere debeat? Iure civili cautum eſt, ut in negotiis ſequamur inprimis id, quod ſpecialiter actum eſt: Et ſi nihil ſit actum, id ſequamur, quod in regione, in qua actum eſt, frequentatur: utroque verò deficiente, ſpeciali ſcilicet conventione, itemque conſuetudine, juris communis diſpoſitioni inhærendum 20

*dum eſt, l. ſemper. 34. ff. de regul. jur. junct. l. de quibus, 32. ff. de legibus.*

*Sic & jure feudorum in inveſtituris ſpectamus primum conventionem, ſive pactum inter dominum & Vaſallum interpoſitum, tit. 2. §. penult. & ult. lib. 2. feud. Nulla ſpeciali facta pactione, inſpicimus conſuetudinem loci: ea non extante, ſequimur commune feudor. jus, titul. 1. & d. tit. 2. §. ult. ibi, pactum ſpeciale contra feudi conſuetudinem, lib. eodem feud.*

*Quocirca ſi primitùs convenerit inter dominum & Vaſallum, quâ forma facienda ſit fidelitas, pactum illud ſervandum erit, ut etiam rectè ſentit Herman. Vult. lib. 1. de feud. cap. 7. nu. 40. verſ. quod ſi de eo. Modò conventio illa non ſit contra ſubſtantiam feudi, vel contra juris prohibitionem, l. 1. §. ſi convenit, 6. ff. depoſiti, l. contractus 23. §. ſed hæc ita, ff. de regul. jur. & l. juriſgentium, 7. §. ait prætor, ff. de pactis, junctò text. in dict. titul. 2. §. penultim. & ultim. lib. 2. feudorum.*

*Quod ſi nullum de fidelitatis formâ interpoſitum ſit pactum, ſpectanda eſt loci conſuetudo ſpecialis, argument. dict. tit. 1. lib. eodem feud. & l. ſemper, 34. ff. de reg. jur. & tradit poſt alios Zaſius in Epitom. feud. part. 7. num. 16. Frideric. Schenck. Baro à Tautenberg. ad titul. 7. lib. 2. feudor. Ludolph. Schrader. in tract. feud. part. 6. cap. 4. num. 2. & ſeq.*

*Si nec*

*Si nec ſpecialis extet conſuetudo, quâ formâ ſit promittenda fidelitas; cautionem hanc præſtābit Vaſallus eâ formâ; quam commune feudorum jus communiter receptum præſcribit in tit. 7. ubi Baro à Tautenberg. nu. 2. verſ. quia ceſſante, lib. 2. feud.*

*Quin etiam ſufficiens eſt & hæc cautio, quâ Vaſallus ſimpliciter his conciſis verbis fidelitatem domino promittit: Ego Titius juro, quod ab hac hora in ultimum uſque vitæ meæ diem tibi domino meo, ut Vaſallum decet, fidelis eſſe, atque ea, quæ ad tuam incolumitatem tuendam, ſecreta tua occultanda, honeſtatem conſervandam, & utilitatem promovendam pertinebunt; fideliter curare; nec in eo, quod tibi facilè & poſſibile fuerit, impedimentum tibi creare ullum, tum etiam conſilium & auxilium in his omnibus tibi ſedulò præſtare velim, ut evincitur ex tit. 5. & 6. lib. 2. feudor. Vnde lingua noſtrate ad formam ſequentem promittere fidelitatem Vaſallus hodie poteſt;* Jhr ſollen globen vnd ſchworen / daß jhr dem N. N. als ewerm Lehen Herrn wollen Trew vnd Hold ſein/ ſeinen Schaden wenden/ vnd warnen / wie auch die ſchuldige Dienſt gebürlich leiſten / vnd auff erfordern im Lehen Gericht gehorſamblich erſcheinen/ auch ſonſten alles thun / was ein Lehen Mann ſeinem Lehen Herrn zuthun ſchuldig/ vnd verpflichtig / vnnd ſolches Lehens Recht vnnd Gewonheit iſt: *Hoc*

*enim modo intelligitur Vaſallus ad ea omnia ſe obligare, quæ in fidelitatis forma propoſita ſub titul. 6. & 7. lib. 2. feud. continentur, ut poſt alios, quos citant, tradunt Tyber. Decian. conſil. 19. numer. 200. & ſeq. volum. 3. Fridericus Schenck. Baro à Tautenberg. ad dict. titul. 7. numer. 2. & Zaſ. in Epitom. feudorum, part. mihi pag. 38.*

21 *Quia verò alia atque alia eſt feudorum conditio, nec ſervitia omnia generis ſunt unius, ſolent Principum aliorumq́; dominorum conſiliarii, pro conditione feudi Vaſallis juramenti formam præſcribere, idq́; ut fiat ſuadet Hotoman. in diſp. de feud. cap. 24. pag. 134.*

*Verùm hîc cavendum, ne forma illa nimis ſit generalis, cum enim nimia generalitas cenſeatur captioſa, l. ult. C. de pact. convent. & l. cum Aquiliana 5. ff. de tranſact. non cogitur Vaſallus domino ſuo præſtare fidelitatis juramentum nimis generale, Bald. in tit. 3. §. nulla, num. 4. lib. 2. feud.*

*Similiter cavebunt hîc Principum cæterorumq́; dominorum conſiliarii, cum de renovatione inveſtituræ agitur, ne inſolita fidelitatis formæ inſerant: Tùm quia omne negotium, actumq́; omnem inſolitæ clauſulæ ſuſpectum reddunt, Can. quiſquis, diſtinct. 41. Bald. in l. ſi quis ſub conditione. 7. ff. de condit. inſtitut. & in titul. 27. in prin. num. 8. & ibidem Matth. de Afflict.*

lib. 2.

*lib. 2. feudorum, & alii quos refert & ſequitur Cæpolla in tract. de ſimulat. contract. numer. 48. verſ. nona præſumptio, & Tiraquellus de retractu conventional. in præfation. 71. Tùm etiam Menochius de præſumptionibus lib. 3. præſumpt. 122. nu. 67. Tùm etiã quia huiuſmodi fidelitatis juramentum de inſuetis clauſulis, ſi antiquum ſit feudum, præſumitur metu extortum, Bald. in titul. 5. num. 1. ubi affirmat, ſe ita conſuluiſſe, libr. ſecund. feud. & ibidem Petrus Ravennat. verſ. & nota quod conſulendo, & Iacob. de Alvarot. num. 2. Rolandus à Valle conſil. 18. num. 10. Iacob. in de S. Georg. tract. de feud. in verb. qui quidem inveſtiti, num. 2. Ioan. Borcholt. in Commentar. in conſuetudin. feud. cap. 7. num. 39. modò tamen alia conjectura metus ſive vis concurrat, Laudenſ. in dict. titul. 5. num. 4. lib. 2. feud. argument. dict. leg. ſi quis ſub conditione, 7. junct. gloſſ. ff. de condit. inſtitut. Tùm poſtremò, quia Vaſallus formam juramenti fidelitatis clauſulis inſolitis refertam recuſare poteſt, Martin. Laudenſ in dict. tit. 5. num. 2. & 3. lib. 2. feud. Ioan. Borcholt. dict. cap. 7. num. 39. Et Hermannus Vulteius lib. 1. de feud. cap. 7. num. 40. verſ. debet autem juramentum. Domino enim integrum non eſt, in renovatione inveſtituræ mutare fidelitatis formam, ut communiter ſentiunt Dd. quos refert & ſequitur Tiraquell. de retract ligmagier, §. 32. nu. 39.*

22 *Præſtat autem fidelitatis juramentum Vaſallus vel per ſe, vel per procuratorem ſuum, tit. 3. §. ſed utrum ipſe vel alius, & titul. 58. libr. 2. feudorum. Zaſ. in Epitom. feud. part. 7. nu. 21. Bald. in l. 1. §. ne autem C. de caducis tollend. VVeſenbec. tract. de feud. cap. 8. n. 24.*

*Arbitrantur autem Dd. quod ipſemet Vaſallus plerunque præſtare hoc juramentum cogatur per ſe, ut ſentit Cuiac. in tit. de inveſtitura veteris & novi beneficii, & Bodin. libr. 1. de republ. maximè ſi dominus ipſummet Vaſallum videre malit, ut poſt alios tradit Bald. in tit. 22. libr. 1. feudorum. num. 12. Hartman. Piſtoris lib. 2. quæſt. jur. quæſt. 47. num. 59. Schrader. part. 6. cap. 4. nu. 34. Cuius rationem Molinæ. in conſuetud. Pariſ §. 40. n. 1. hanc adfert, quod juramentum fidelitatis annexam habeat reverentiæ exhibitionem, quæ in præſentia perſonarum fieri debeat, non per nuncium, ſive procuratorem, Bald. in l. 1. ad fin. quæſt. 56. ff. de rerum diviſion. Et ſcribit idem Bald. ad c. 2. in fin. extr. ordin. cognit. quod homagium requirat corporalem præſentiam. Confert eodem quod idem Bald. in l. quiſquis 16. C. de Epiſcop. & Clericis, & in l. unic. §. ne autem. C. de caduc. tollend. tradit, quod ea quæ ſunt dignitatis ſeu honoris, & reverentiæ, aut aliâs ſua natura perſonalia, non poſſint regulariter per alios expediri, facit l. nullus 60. C. de decurionib. lib. 10.*

*Verùm*

Digitized by Google

*Verùm iſthæc Dd. concluſio, licet ſit communis, lubrica tamen non ſine cauſa videri poteſt. Primò enim in libris feudorum, disjunctiva oratione permittitur Vaſallo inveſtituram accipere, vel per ſe, vel per nuncium ſive procuratorem ſuum, titul. 58. §. item inveſtiturâ, libr. 2. feud. Quando autem duæ res disjunctiva oratione alicuius arbitrio tribuuntur, tunc is eligere poteſt ulterutram, etiam invito alio, §. 4. v. planè ſolutio, Inſtit. de inutilib. ſtipulat. & l. Lucio Titio. 23. ff. de legat. 2. & l. ſi heredi 5. ibi, ſi disjunctim ſint, cui libet, ff. de condit. inſtit. l. ſi ſtipulatus fuero, 11. & l. ſi quis 57. §. 1. ff. de ſolut. & c. in alternativis, tit. de reg. jur. in 6.*

*Secundò in feudorum libris dicitur Vaſallus* 23 *poſſe per procuratorem ſuum accipere inveſtituram, tit 3 §. ſed utrum ipſe, & d. tit. 58. §. item inveſtitura, libr. 2. feudorum. Quod autem quis poteſt, id ſuo jure etiam alio invito poteſt. Cùm nemo dicendus ſit poſſe id, in quo, quo minus poſſit, jure poſſit ab alio prohiberi: ſic ex hac ſtipulatione: Mihi aut Titio dabis? dicitur Titio ſolvi poſſe. in l. quod ſtipulatus, 59. ff. de ſolut. Idq́; omnes dici intelligunt, poſſe etiam me invito, d. verſ. planè, Inſtit. de inutilibus ſtipulat. & l. verò, 12. §. 1. ff. de ſolut. Similiter qui Stichum, aut Pamphilum promiſit, dicitur eligere poſſe, utrum ſolvat, l. 2. §. Scœvola, ff. de eo, quod certo loco, l. ſtichum 95. in princ. ff. de ſolut. & l. illud. 25.*

*ff.de conſtit.pecun. Poteſt ergò idipſum creditore etiam invito. Denique ex duobus reis ſtipulandi, unus ſolidum petere poſſe dicitur: & ſi non ſint ſocii, poteſt etiam unus novare obligationem, & promiſſorem vel acceptilatione, vel pacto liberare, l.ſi unus 27.in pr.ff.de pact.& l.2.ff. de duobus reis. Idq́; poteſt etiam invito altero ſtipulandi reo, §.ex huiuſmodi, Inſt.de duob.reis. Quoties ergò quis dicitur aliquid poſſe, poteſt hoc ipſum etiam invito alio, ut ſentit etiam Donel.in l.eum qui Calendis 41.§.quoties autem, num.47.ff.de verb.oblig. Proindeq́; cum Vaſallus dicatur poſſe inveſtituram accipere per ſe., vel per ſuum procuratorem, poteſt pro ſuo arbitrio alterutrum, etiam invito feudi domino.*

*Quæ ſententia tertiò & hoc probatur argumento, quod libertus, qui patrono ſuo operas jurato promittere tenetur, l. ut jurisjurandi 7.in princ.ff.de oper.libert.l.ſervum 36.in fin.ff.de manumiſſ.l.& per jusjurandum 13.in princ.ff. de acceptilat.& l.ultim.ff.de liberal.cauſ. promiſſionem hanc juratoriam facere poteſt etiam per procuratorem, arg.l.certum, 6.§.ſi quis abſenti, ff.de confeſſ.*

24 *Nec obſtat text.in l.ut jurisjurandi.7.in prin. ff. de oper. libert. Senſus enim loci illius hic eſt, non obligari aliquem ex juratoria promiſſione de operis patrono præſtandis, niſi libertus ſit, qui jurato promittit operas, nec additur, quod ipſe-*

*ipſemet libertus per ſe juramentum illud præſtare cogatur, libertus ergò eſſe debet, ut obligetur, neque tamen refert, utrum ille per ſe, aut per procuratorem, juramentum illud præſtet. Cùm igitur libertus operas jurato promittere poſſit patrono ſuo etiam per alium procuratorem ſuum, licebit & Vaſallo fidelitatis juramentum domino præſtare etiam per procuratorem, quippe cum argumentum à liberto ad Vaſallum probabile ſit, ut docet Everhard. in Topic. legalibus in loco à liberto ad Vaſallum.*

*Poſtremò quicquid in feudorum jure expreſsè deciſum non eſt, in eo ſequimur jus Cæſareum commune. titul. 1. §. ſtrenuus autem, lib. 2. feudorum. Sed in feudorum libris nuſquam requiritur, ut ad nutum & voluntatem domini teneatur Vaſallus ipſemet in ſua perſona accipere inveſtituram & fidelitatis juramentum præſtare. Quocirca cum Jure communi Cæſareo integrum ſit alicui juramentum quodvis præſtare, etiam per ſuum procuratorem invito adverſario, c. ult. tit. de jurament. calumniæ in 6. c. qui ad agendum in fin. tit. de procuratoribus in 6. l. jusiurandum 17. in fin. ubi gloſſ. & l. jusjurandum 34. §. defenſor, ff. de jureiur. Conſequens inde eſt, liberum eſſe Vaſallo fidelitatis præſtare juramentum per procuratorem ſuum etiam invito domino.*



Digitized by Google

*Neque obſtat, quod jusjurandum hoc annexam reverentiæ habet exhibitionem. Poteſt enim Vaſallus hanc domino ſuo exhibere reverentiam etiam per procuratorem. Quod ſi argumentum hoc quicquam valeret in propoſito, ſequeretur inde, quod neque volenti domino per procuratorem fidelitas juratoria fieri poſſit.*

*Nec quicquam juvat communem opinionem, quod ex Baldi ſententia, homagium corporalem deſiderat præſentiam, & ea, quæ reverentiæ ſunt, per alium expediri non poſſunt. Neutrum enim pronunciatum hoc, ut Catholicum & perpetuum, ullo certo fundamento nititur.*

*Eſt autem neceſſe ut procurator, qui ad accipiendam inveſtituram mittitur, ſpeciale à Vaſallo habeat mandatum, ad præſtandum fidelitatis juramentum. Iuramenti enim præſtatio jure civili communi, ſpeciale deſiderat mandatum in procuratore, c. pen. & ult. tit. de juram. calumniæ, in 6. l. jusjurandum 17. in fin. ubi gl. in verb. univerſorum, & l. juſiurandum 34. §. defenſor. ff. de jurejurand. Andreas Geyl. lib. 1. practic. obſerv. obſervat. 83. Mynſinger. cent. 2. obſer. 53. & cent. 4. obſerv. 99. in fin. Cùm ergò feudorum jure aliud diſpoſitum non ſit; ſequimur & hîc jus commune, per text. in titul. 1. §. ſtrenuus, lib. 2. feud. Atque in hanc ſententiam de ſpeciali mandato ad præſtandum fidelitatis juramentum communiter abierunt Dd. feudiſt.*

*in d.*

*in d.t.3. §.ult. lib.2.feudor. Iacobin. de S. Georgio, tract. de feud. in verb. qui quidem inveſtiti, nu.10. verſ. & ſecundum iſtam, Laurent. Sylvan. de feudi cognitione, quæſt. 94. Zaſ. in Epit. feudor. part. 7. nu. 20. Mozz. de ſubſtant. feudi. Pariſ. tit. 1. §. 49. in princ. & nu. 5. & 6. Iul. Clar. in §. feudum, quæſt. 49. n.3. Menoch. conſil. 1. nu. 78. vol.1. & conſil. 426. nu. 38. vol. 5. Ludolph. Schrader. in tractat. feudal. part. 5. cap.3. num. 11. & part. 6. cap. 4. nu.31. & Hartmann. Piſtoris lib. 2. quæſt. jur. quæſt. 47. numer. 58.*

*Cæterùm quia in praxi periculoſum fuerit à communi recedere opinione Doctorum, qui exiſtimant, teneri Vaſallum perſonaliter coram domino comparere, & inveſtituram ob eo accipere, ſi corporalem eius præſentiam deſideret dominus. Sciendum eſt, cõmune illud pronunciatum limitationem admittere in caſu, quo ob legitimum impedimentum comparere nequit Vaſallus, tunc enim procuratorẽ cum ſpeciali mandato mittere, & per eum inveſtituram accipere poteſt, eumque dominus admittere jubetur, Matth. de Afflict. in tit. 22. quo tempore miles, nu. 56. lib. 1. feudor. & Molinæ. dict. tit. 1. §.49. num. 2. & 3. Hartman. Piſtoris lib.2. quæſt. jur. quæſt. 47. nu. ult.*

*Non incommodè hoc loco in quæſtionem vocari poteſt, ſi univerſitati cuidam datum ſit feudũ,* 25

*puta civitati, num ſinguli cives accipere inv ſtituram, & per ſe fidelitatis juramentum domi no præſtare teneantur, aut verò huius negoti expediendi cauſâ Syndicum ſuum ipſa Vnive ſitas mittere poſſit, eumq́; dominus etiam invit admittere cogatur? Poſterius hoc & juris fe dalis autoritas arguit in dict. tit. 3. §. ſed utrum & tit. 58. §. item inveſtitura, lib. 2. feudorum commune jus comprobat, quādo generaliter pe mittit univerſitati per Syndicum cuncta ſua n gotia expedire, l. 1. §. 1. & l. item 6. §. 1. in fin. quod cuiuſq; uniuerſit. nomin. cum item oſte dit, ſi quid ad univerſitatem pertineat, non a ſingulos id pertinere cives, l. ſicut. 7. §. 1. ff. d. t. quod pro univerſitate fit, non fieri pro ſingulis c vibus, ſed pro ipſa Republ. l. 2. ff. eod. tit. und conſequens eſt, nō ſingulos teneri cives, ſed ipſa univerſitatem, per Syndicum ſuum ex juris d ſpoſitione inveſtituram accipere, & fidelitat juramentum præſtare. Id quod ſentiunt etiam Iacobin. de S. Georg. in dict. verb. qui quide inveſtiti, nu. 27. Laurent. Sylvan. de feud. rec gnit. quæſt. 94. Ioan. Blancus tract. de feudis, li 1. cap. 7. nu. 25. Ludolph. Schrader. tractat. feu part. 6. cap. 1. nu. 2.*

*Mandatum verò Syndico dabunt non ſolu Conſules, & Senatores pro ſe & civib. ſuis, ſed ne ceſſum eſt, ut Tribuni quoq; plebis, cæteriq́; Pr mates juxa cuiuſque loci conſuetudinem cum*

*man*

*mandato eum inſtruant. Admittitur autem procuratorium Syndici hoc modo conceptum:* Wir Burgermeiſter / Raht / vnd alle Burger gemeinlich der Statt N. *&c. uti arguit ordinatio Cameræ Imperialis, part. 1. tit. 38. §.* Zum ſechſten / *verſ.* Vnnd dann dieweil / *& docet Mynſinger. cent. 1. obſerv. 76. & cent. 3. obſervat. 18.*

*Quemadmodum verò quilibet alius procurator cum ſpeciali mandato ad fidelitatis juramentum præſtandum mitti debet; Ita quoq; univerſitatis Syndicus non admittitur ad inveſtituræ actum, niſi de ſpeciali mandato fidem domino faciat, ad præſtandum fidelitatis juramentũ, ut ſentit Bald. in tit. 3. §. nulla lib. 2. feudorum, Iacobin. de S. Georg. tractat. de feud. in verb. qui quidem inveſtiti, nu. 11. Mozz. tractat. de feud. tit. de ſubſtantia feudi, nu. 16. quem ſequitur Vulteius lib. 1. de feudis, cap. 7. nu. 35. & quidem rectè. Syndicus enim fungitur partibus procuratoris, & quæ conditio eſt procuratoris, eadem quoq; eſt Syndici ratio; d. l. item eorum, 6. §. ult. ff. quod cuiuſq; univerſ. nomin. Quin etiã quo caſu juſiurandum præſtandum eſt, tenetur quoq; Syndicus univerſitatis de ſpeciali mandato ad juriſiurandi dationem docere, l. juſiurandum 34. §. 1. ff. de jureiurand.*

*In quæſtionem hoc loco vocari & illud poteſt, ſi primitùs juſiurand. fidelitatis præſtiterit Va-* 26

*ſallus,*

*ſallus, pro ſe & heredibus ſuis, an defuncto eo, legitimi ipſius ſucceſſores ſimiliter in inveſtitura juramentum hoc dare teneantur? Quidam negant, ut Bald. in l. unic. §. excepto, nu. 4. C. de caduc. tollend. & eum ſecutus Iaſon, conſil. 159. nu. 4. verſ. quod autem, vol. 2. Pleriq; verò alii affirmant, ut idem Bald. ſibi contrarius in c. quæ in Eccleſiarum, nu. 45. extr. de conſtit. Alvarot. in tit. 24. quæ fuit prima cauſa beneficii amitt. in princ. nu. 7. lib. 2. feud. Iacobin. de S. Georg. tract. de feud. in verb. qui quidẽ inveſtiti, nu. 36. Carol. Molinæ. in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 2. gl. 4. num. 49. Et Iul. Clar. in §. feudum, quæſt. 49. in pr. & horum opinionem de jure veriſſimam judico: tum quia fides juramenti non tranſit ad heredes jurantis, l. generaliter 12. in princ. C. de reb. credit. tùm etiam quia juramentum non ligat niſi animam jurantis, ut ſcribit Bart. in Auth. quod obtinet, nu. 3. C. de probat. & Iacob. de S. Georgio in dict. verb. qui quidem inveſtiti, nu. 35. & 36. Id quod ex eo quoque non obſcurè colligitur, quod in alterius animam jurare nemo poteſt, niſi ab eo ſpeciale mandatum ad juramenti præſtationem habeat, ut ſupra docui. Atque hinc juramentum ex parte jurantis merè perſonale dicitur, Innocent. in c. veritatis, in fin. & ibidem Bald. in fin. princ. aliiq; Canoniſtæ, extr. de jureiur. Iacobin. de S. Georg. in dict. verb. qui quidem inveſtiti, nu. 36. & Sichard. in*

*in d.l. generaliter 12. num. 9. 10. & 11. C. de reb. credit. Et quia fidelitas quædam ſpecies eſt perſonalis ſervitutis, ut ſcribit Bald. in d. c. veritatis, nu. 4. extr. de jurejurand. proindeq́ue Vaſalli quoque ſucceſſores feudales domino fidelitatem jurare cogantur, tit. 24. in princ. lib. 2. feudor. manifeſtum inde eſt promiſſionem hanc juramento factam etiam pro ſucceſſoribus non ſufficere, ſed & hos ad juratoriam cautionem illam ſingulariter obſtrictos eſſe.*

*Præmiſſæ quæſtioni proxima eſt illa, ſi Vaſallus in actu inveſtituræ fidelitatem juraverit domino, recipienti pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, utrũ Vaſallus idem mortuo illo domino eius heredib. iterum juramento ſimiliter fidelitatem promittere cogatur? Dd. communiter in hanc abierunt ſententiam, quod quidem hic Vaſallus petere teneatur ac recipere inveſtituram à ſucceſſore defuncti domini, atqui eum non ad juramenti præſtationem obligatum eſſe, tradunt. Ita ſentiunt Speculator, tit. de feud. c. de homagiis, & fidelitatibus, nu. 6. verſ. quæro, quid ſi Vaſallus juraverit, Iacob. de Belviſo, & alii in dict. tit. 24. quæ fuit prima cauſa beneficii amitt. in princip. lib. 2. feudor. Iaſon in d. conſil. 159. nu. 4. verſ. quemadmodum è contra, vol. 2. Iacobin. de S. Georgio tractat. de feud. in verb. qui quidem inveſtiti, nu. 35. Molin. in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 2. gl. 4. num. 49. verſ. ſed quid è converſo, &* 27

*Iacob. Cuiac. in c. veritatis, extr. de jureiurand. Qui omnes communi huic pronunciato ſubſternunt fundamentum ex d. c. veritatis, extr. d. t. ubi Clemens III. Pontifex Romanus reſcribit, ſatis eſſe, juſiurandum à Vaſallo ſemel præſtari uni Pontifici, defuncto eo Papa, ſequentibus id non eſſe præſtandum, re ipſa tamen ipſis exhibendam eſſe fidelitatem, ac ſi eiſdem jurejurando fidem dediſſet.*

*Verùm enimverò quo minùs acquieſcere in communi hac poſſim opinione, moveor textu in dict. tit. 24. in princ. & tit. 40. in princ. libr. 2. feudor. Priori loco Iuriſconſ. feudiſta diſertis oſtendit verbis, quod domino mortuo Vaſallus neceſſe habeat à domini defuncti herede intra annum & diem & inveſtiturā petere & fidelitatem ei polliceri. Quo certè loco fidelitatis nomine proculdubio ipſum juramentum fidelitatis ſignificatur; ſiquidem in feudorum libris per fidelitatem denotetur juſiurandum, quod à Vaſallo domino præſtatur, tit. 4. in fin. lib. eod. feud. Poſteriori loco Iuriſconſulti verba hæc ſunt:* Conſtituit *(Rex Conradus)* ut ſi poſt mortem domini Vaſallus per annum & diem ſteterit, quod heredem domini non adierit, fidelitatem pollicendo, & inveſtituram petendo, ſi tale ſit beneficium, ut fidelitas ſit præſtanda, ipſum perdat. *Ecce his quoque verbis ſignificatur clariſſimè q etiam Vaſallus, qui antea*

domi-

*domino ſuo in negotio inveſtituræ juramentum fidelitatis præſtitit, denuò teneatur defuncti illius domini ſui heredi fidelitatis juramentum dare. Nam ſimiliter & hoc loco fidelitatis nomine ipſum juſiurandum fidelitatis ſignificatur, uti patet non ſolum ex dict. tit. 4. in fin. lib. eodem feudorum. Sed etiam ex eod. illo tit. 40. his verbis:* Si tale ſit beneficium, ut fidelitas ſit præſtanda. *Ex quibus verbis evidentiſſimè conſtat, per fidelitatem ibi non nudam & ſimplicem, ſed juratoriam fidelitatis promiſſionē ſignificari, collato ſc. cum eod. loco textu in tit. 3. §. ult. lib. 2. feud. Cuius verba hæc ſunt;* Nulla inveſtitura debet ei fieri, qui fidelitatē facere recuſat, niſi eo pacto adquiſitū ſit ei feudum, ut ſine juramento fidelitatis habeatur. *Confert etiā text. in dict. tit. 24. §. 1. in fin. ibi. Si tamen beneficium tale ſit, ut pro eo juſiurandum fidelitatis fieri debeat, lib. 2. feud.*

*Adhæc de natura feudi quæ ſunt, niſi pacto ſpeciali tollantur impleri neceſſariò debent, id quod de juramento fidelitatis expreſſè traditur in d. t. 24. §. Eſt & alia, in fin. lib. 2. feudor. Cùm ergò nominatim in inveſtitura, qua dominus pro ſe, & heredibus ſuis fidelitatis juſiurandū (quod eſt de natura feudi) recepit, non ſit expreſſè actum, ne heredi domini Vaſallus juramentum hoc præſtet, tenetur omninò Vaſallus etiam ſucceſſori ſui domini dare fidelitatis juramentum.* 28

Poſtre-

*Poſtremò quod de uno correlativorum e cautum, intelligitur quoque diſpoſitum de alter Everhard. in Topic. in loco à Correlativis, nu & ſeqq. Quapropter cum heres Vaſalli nece habeat fidelitatem domino ſuo jurare, etiam defunctus Vaſallus pro ſe & ſucceſſoribus ſuis j rato fidelitatem promiſerit, conſequens inde eſt heredi quoque domini dandum hoc eſſe juſi randum, licet ipſimet domino Sacramentum i lud præſtitum ſit etiam pro eius hæredibus.*

29 *Sed obiecerit hîc nobis quiſpiam, textus in tit. 24. in princ. & dict. tit. 40. in princ. lib. feudor. loqui de Vaſallo, qui ſoli domino fidelita tem juravit: Dd. verò opinionem eſſe conceptar de Vaſallo, à quo dominus & pro ſe & pro futur ſucceſſoribus ſuis juramentum fidelitatis recepi proindeq́ prædicta feudorum jura non adverſ ri communi Dd. opinioni, ut quæ eſt de alio diverſo caſu.*

30 *Ad hanc obiectionem reſponderi poteſt vari Primò nihil omninò intereſſe, ſive pro ſe tantum ſive pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis fidelitatis jur mentum receperit dominus à Vaſallo. Iuramen tum enim aſſumit omnes qualitates actus, cui ad iicitur, & iuxta eius naturam interpretamu illud, l. ult. C. de non numerat. pec. l. ult. ff. qu ſatis dar. cogant. l. eum qui, §. ſi juravero, ubi Ia ſon, ff. de jureiurand. Abbas in c. quemadmo dum, §. 1. nu. 5. extr. d. t. & in c. pro ut. n. 11. ext*

*de dolo & contumac. Bart. in l. Titia, §. Imperator, ff. de legat. 2. Ang. conſil. 315. Incip. ſtatuto cavetur, Alex. in l. ult. ff. de reb. credit. Iaſon in l. decem. ff. de verb. oblig. Dec. conſil. 240. nu. 20. & conſil. 305. Pariſ. conſil. 86. nu. 48. & conſil. 95. vol. 3. Gratus conſil. 30. vol. 1. Sylvan. conſil. 40. nu. 20. vol. 1. Sed Vaſallus à quo dominus recepit fidelitatis juramentum pro ſe & ſucceſſorib. ſuis, mortuo domino, tenetur ab eius etiam herede investituram petere, ut ipſimet etiam communis opinionis autores & patroni fatentur, & refert Molinæ. in conſued. Pariſ. tit. 1. §. 2. gl. 4. n. 50. quocirca & juſiurandum fidelitatis in eâdem investitura jurare fidelitatem Vaſallus neceſſe habeat, niſi eo expreſſo pacto præſtationem juriſiurandi illius primitus remiſerit dominus d. tit. 3. in fin. & dict. tit 24. §. eſt & alia ingratitudo, in fin. lib. 2. feudor.*

*Deindè cautum jure noſtro ſcimus & illud, quod pacti negotio cuidam adiecti & interpoſiti juriſiurandi eadem ſit conditio, l. 2. l. tutor 35. §. 1. l. ſed etſi ſervus, 25. ff. de jureiurand. l. non ſolum, 11. §. 1. in fin. ff. de injur. & le Stichum 305. §. naturalis 4. ff. de ſolut. At licet pactum inveſtituræ pro domino adiectum, cenſeatur quoque Dominus adieciſſe pro heredibus ſuis, arg. tit. 18. lib. 2. feudor. Attamen tenetur Vaſallus in veteri inveſtitura etiam domini heredibus denuò idem cavere, ac pacto promittere, quod in prima*

*inveſtitura domino promiſit, ut evincitur ex t. 6. & 7. junct. tit. 32. §. de veteri, lib. 2. feudor. patet ex iis, quæ tradit Ludolph. Schrad. tra feudal. part. 2. c. 5. n. 30. & ſeqq.*

*Idcircò etſi juramentum fidelitatis intellig tur dominus recepiſſe à Vaſallo etiam pro her dibus ſuis; ſiquidem quilibet ſuis quoq; heredib conſulere, & cavere videatur, l. ſi pactum. 9. ver quia plerunque, ff. de probat. & dict. tit. 18. ve unuſquiſque, lib. 2. feud. Attamen hanc jurat riam cautionem denuò præſtare tenetur Vaſa lus defuncti domini heredi.*

31 *Poſtremò communi Dd. placito fundame tum ponitur in dict. c. veritatis extr. de jureju ut ſupra oſtendi. Sed capitulum hoc, ut & arg mentum illius teſtatur, agit de caſu, quo vi Vaſallo heredes eius domino fidelitatem jurar & concludit ibi Pontifex, mortuo eo domino, ſu ceſſori illius idem juramentum denuò dare n cogi eoſdem Vaſalli heredes. Quæſtio autem n ſtra eſt de caſu, quo dominus ipſemet pro ſe & f turis ſuis heredibus juramentum fidelitatis r cepit, cùm ergò certo deſtituatur argumento c munis illa opinio, certè contra naturam feu propriam nihil ei deferendum erit, cum ſine gis autoritate in jure admitti debeat nihil, p vulgatum text. in Novell. 18. cap. 5. in pr. l. illa 19. ibi, eo quod nulla conſtitutio, C. de collation & l. 5. in prin. ff. de probat. Ipſe quoque Moli*

*in co*

*in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 2. gl. 4. num. 50. expreſsè ſcribit, quod fidelitatis juramentum renovandum ſit & præſtandum à Vaſallo in qualibet mutatione feudi, ſive ex parte domini, ſive ex Vaſalli parte procedat.*

*Notandum verò ex d. c. veritatis extr. de jurejurando, Canonico jure ſatis eſſe à Vaſallo Pōtificis Romani ſemel præſtari Papæ fidelitatis juramentum, nec teneri eundem Vaſallum denuò ſucceſſori Pontificis idem juramentū dare. Cùm tamen feudorum placitis, ut & ſupra oſtendi, Vaſallus, qui ſemel fidelitatem juravit, etiā defuncto domino eius ſucceſſori idem dare jusjurandum cogatur, per text in d. t. 24. in pr. & dict. tit. 40. in pr. lib. 2. feudorum.*

*Quod autem de Romano Pontifice, & eius Vaſallo cavetur in d. c. veritatis, extr. de jurejurād. porrigunt quoq; Canoniſtæ ibidem ad quemlibet Eccleſiæ Prælatum, & eius Vaſallum, cum Vaſallus Eccleſiæ, qui ſemel Prælato fidelitatem juravit, jusjurandum illud non tam perſonæ, quàm dignitati, quæ eadem eſt in ſingulis Prælatis ſucceſſoribus præſtitiſſe intelligatur.*

*Cui rationi & hæc addi poteſt, quod feudum Eccleſiæ non tam à Prælato, quàm ab ipſa Eccleſia Vaſallus poſſidet; arg. tit. 35. lib. feud. & tit. 6. in prin. lib. 1. feud. Siquidem prælatus non ſit dominus, ſed tantùm adminiſtrator rerum Eccleſiæ, c. 2. extr. de donat. can. ult. 12. quæſt. 1. can. 1. 14.*

*quæſt. 1. Bald. in tit. 26. ſi de feudo defuncti co[...] tentio ſit, inter dominum & Vaſallum. §. D[...] mino, & ibidem Alvarot. in fin. lib. 2. feud[...] Vnde fidelitatis juramentum, quod in prima i[...] veſtitura Eccleſiæ Vaſallus Prælato præſtitit n[...] mine Eccleſiæ ei dediſſe cenſetur, quæ cum pr[...] ſtò ſit etiam defuncto eo Prælato, durare dicit[...] perpetuò virtus juramenti illius, quam diu V[...] ſallus ille juratus vivit.*

32 *Præcedenti quæſtioni haud incommodè ſub[...] citur & illa, an Vaſallus ut domino ſuo, ſic & ei[...] dem filio, ſuperſtite adhuc ipſo domino fidelita[...] jurare compellatur? Negativam communit[...] Dd. noſtri admiſerunt, Iacob. de S. Georg. tra[...] de feud. in verb. qui quidem inveſtiti, num. [...] Ardiz. ſub tit. qualiter jurare debeat Vaſ[...] lus, verſ. nunquid & filio, Iacob. Alvarot. in t[...] 6. de forma fidelitatis, nu. 8. lib. 2. feudor. Præp[...] ſitus in tit. 52. de prohibit. alienat. feudi per L[...] thar. lib. eod. feud. Mozz. de ſubſtantia feu[...] nu. 13. Schrader. tractat. feudal. part. 6. cap.[...] nu. 27. Atque negantì huic opinioni ſubſcribe[...] nihil dubito. Cùm enim feudorum placita de[...] derent, ut Vaſallus vivo domino juramentu[...] hoc ipſimet præſtetur, tit. 3. in fin. junct. tit. [...] §. præterea ſi quis lib. 2. feudor. ipſo autem d[...] mino mortuo, ejus heredi idem præſtetur jur[...] mentum, dict. tit. 24. in princ. & dict. tit. 40. [...] princ. lib. 2. feudor. Conſequens inde eſt, qu[...]*

vi[...]

*vivo adhuc domino, eius filio dare juſiurandum hoc minimè cogatur Vaſallus. Idq́; haud obſcurè colligitur etiam ex textu in tit. 22. quo tempore miles inveſtituram petere debeat, in princ. lib. 1. feud. & dict. tit. 24. in princ. & dict. tit. 40. lib. 2. feud.*

*Quæritur de tutore Vaſalli pupilli an juramentum fidelitatis etiam ſine mandato præſtare poſſit? Affirmant Iacobin. de S. Georg. tractat. de feud. in verb. qui quidem inveſtiti, nu. 12. Moz. tract. de feudis. tit. de ſubſtant. feud. nu. 16. & Schrader. tractat. feudali, part. 6. cap. 4. n. 34. ſed feudorum jura expreſſè oſtendunt, quod neq; pupillus neq; eius tutor facere domino fidelitatem cogatur, in tit. 26. §. ſi quis deceſſerit, lib. 2. feudor.* 35

*Eſt & illa huius loci quæſtio, ut nodoſa & anceps, ita non inelegans, an teneatur Vaſallus domino fidelitatem jurare etiam contra ſuum patrem? Aienti ſententiæ patrocinium præſtat textus in tit. 7. in prin. lib. 2. feudor. qui locus arguit diſertè, quod Vaſallus cogatur jurare domino, ſe ei fidelem fore contra omnem hominem excepto Imperatore, vel Rege. Quibus ex verbis notandum primò, quod Iuriſconſultus feudiſta ait,* contra omnem hominem, *quæ verba generalia ſunt, proindeq́; comprehendunt etiam Vaſalli patrem, cum generalis locutio omnes contineat ſpecies, l. 1. ff. de reb. credit. Et vulgatum* 34

*eſt, quod qui omne dicit, nihil excludat, l. de p[...] tio, 8. ff. de public. in rem act. l. 1. §. generalit[...] ff. de legat. 3.*

*Deinde ex iiſdem verbis & illud notandu[...] quod idem Iuriſconſultus feudiſta excipit ta[...] tùm Imperatorem & Regem Romanorum, c[...] tra quos fidelitatem jurare Vaſallus non cogat[...] Exceptio autem in caſib. non exceptis firmat [...] gulam, text. elegans in l. quæſitum 12 §. idem [...] ſpondit, 43. verſ. deniq;, ff. de fundo, inſtrum. [...] inſtruct. legat. & Nov. 7. c. 2. Vt autem lex, in [...] Dec. n. 20. Cagnol. n. 31. & n. 34. ad l. 1. ff. de reg[...] jur. Quo pertinet etiam noviſſima illa juris m[...] xima: Excluſio unius eſt incluſio alterius, p[...] cum prætor, 12. in pr. ff. ſolut. matrim. & l. m[...] tus 21. C. de procuratorib. Menoch. conſ. 158. [...] 29. lib. 2. & conſil. 216. n. 22. lib. 3.*

*Accedit in confirmationem affirmatæ conc[...] ſionis & illud, quod feudum datur maximè p[...] pter ſervitia militaria, tit. 7. verſ. etſi ſcive[...] tit. 21. tit. 26. §. qui Clerius, lib. 2. feud. Diſci[...] na autem militaris antiquior eſſe debet, qua[...] parentum & liberorum charitas, l. poſtli[...] nium, 19. §. filius quoque, ff. de capt. & poſt[...] reverſ.*

*Adhæc tutatur inprimis idem pronuncia[...] text. expreſſius in t. 28. §. ult. lib. 2. feud. Vb[...] riſconſultus feudiſta,* contra omnes, ait, de[...] Vaſallus dominum adjuvare, & contra

tr[...]

Digitized by Google

trem, & filiūm, & patrem, niſi contra alium dominum antiquiorem. Hic enim cæteris eſt præferendus. *Notandum ex his verbis, quod ſatis non eſt Iuriſconſulto, generali hac oratione uti,* contra omnes, *ſed poſt genus illud, tranſit quoque nominatim ad ſpecies quaſdam, & quidem eas, de quibus haud immeritò poterat dubitari. Vnde cum ſpecialiter quoque nominet non modò fratrem, ſed & filium, ac patrem, ſignificanter & notabiliter oſtendit, quod & contra hos cogatur Vaſallus fidelitatem jurare, & adjuvare dominum. Notabilia enim quæ ſunt, ſpecialiter ſignificari ſolent, ne videantur neglecta, l. item apud. 15. §. hoc edictum. 26. ff. de injur. l. 1. §. dixerit aliquis, 2. ff. de publican. & vectigal. l. & ita. 3. §. 1. verſ. niſi fortè, ff. nautæ, caupones, ſtabul.*

*Eſtq; ad illud advertendum, quod Iuriſconſultus non modò ſpecialiter meminit fratris, filii & patris, ſed nominatim excipit etiam ſolum antiquiorem dominum, quem poſteriori domino Vaſallus præferre debeat. Quo circa dubitandum neutiquam videtur, quin compellatur Vaſallus etiam contra pátrem ſuum fidelitatem domino jurare.*

*Poſtremò aientem hanc opinionem amplexantur Dd. plerique, Iacobin. de S. Georg. in tract. de feudis in verb. qui quidem inveſtiti, numer. 15. feudiſtæ communiter in dict. titul. 28. §.*

*Iacob. Cuiac. in c. veritatis, extr. de jureiurand. Qui omnes communi huic pronunciato ſubſternunt fundamentum ex d. c. veritatis, extr. d. t. ubi Clemens III. Pontifex Romanus reſcribit, ſatis eſſe, juſiurandum à Vaſallo ſemel præſtari uni Pontifici, defuncto eo Papa, ſequentibus id non eſſe præſtandum, re ipſa tamen ipſis exhibendam eſſe fidelitatem, ac ſi eiſdem jurejurando fidem dediſſet.*

*Verùm enimverò quo minùs acquieſcere in communi hac poſſim opinione, moveor textu in dict. tit. 24. in princ. & tit. 40. in princ. libr. 2. feudor. Priori loco Iuriſconſ. feudiſta diſertis oſtendit verbis, quod domino mortuo Vaſallus neceſſe habeat à domini defuncti herede intra annum & diem & inveſtiturā petere & fidelitatem ei polliceri. Quo certè loco fidelitatis nomine proculdubio ipſum juramentum fidelitatis ſignificatur; ſiquidem in feudorum libris per fidelitatem denotetur juſiurandum, quod à Vaſallo domino præſtatur, tit. 4. in fin. lib. eod. feud. Poſteriori loco Iuriſconſulti verba hæc ſunt:* Conſtituit *(Rex Conradus)* ut ſi poſt mortem domini Vaſallus per annum & diem ſteterit, quod heredem domini non adierit, fidelitatem pollicendo, & inveſtituram petendo, ſi tale ſit beneficium, ut fidelitas ſit præſtanda, ipſum perdat. *Ecce his quoque verbis ſignificatur clariſſimè q; etiam Vaſallus, qui antea*

*domino ſuo in negotio inveſtituræ juramentum fidelitatis præſtitit, denuò teneatur defuncti illius domini ſui heredi fidelitatis juramentum dare. Nam ſimiliter & hoc loco fidelitatis nomine ipſum juſiurandum fidelitatis ſignificatur, uti patet non ſolum ex dict. tit. 4. in fin. lib. eodem feudorum. Sed etiam ex eod. illo tit. 40. his verbis:* Si tale ſit beneficium, ut fidelitas ſit præſtanda. *Ex quibus verbis evidentiſſimè conſtat, per fidelitatem ibi non nudam & ſimplicem, ſed juratoriam fidelitatis promiſſionē ſignificari, collato ſc. cum eod. loco textu in tit. 3. §. ult. lib. 2. feud. Cuius verba hæc ſunt;* Nulla inveſtitura debet ei fieri, qui fidelitatē facere recuſat, niſi eo pacto adquiſitū ſit ei feudum, ut ſine juramento fidelitatis habeatur. *Confert etiā text. in dict. tit. 24. §. 1. in fin. ibi. Si tamen beneficium tale ſit, ut pro eo juſiurandum fidelitatis fieri debeat, lib. 2. feud.*

*Adhæc de natura feudi quæ ſunt, niſi pacto ſpeciali tollantur impleri neceſſariò debent, id quod de juramento fidelitatis expreßè traditur in d. t. 24. §. Eſt & alia, in fin. lib. 2. feudor. Cùm ergò nominatim in inveſtitura, qua dominus pro ſe, & heredibus ſuis fidelitatis juſiurandū (quod eſt de natura feudi) recepit, non ſit expreßè actum, ne heredi domini Vaſallus juramentum hoc præſtet, tenetur omninò Vaſallus etiam ſucceſſori ſui domini dare fidelitatis juramentum.* 21

*Poſtre-*

Digitized by Google

*Poſtremò quod de uno correlativorum e[...] cautum, intelligitur quoque diſpoſitum de alter[...] Everhard. in Topic. in loco à Correlativis, nu.[...] & ſeqq. Quapropter cum heres Vaſalli neceſ[...] habeat fidelitatem domino ſuo jurare, etiam[...] defunctus Vaſallus pro ſe & ſucceſſoribus ſuis j[...] rato fidelitatem promiſerit, conſequens inde eſt[...] heredi quoque domini dandum hoc eſſe juſi[...] randum, licet ipſimet domino Sacramentum i[...] lud præſtitum ſit etiam pro eius hæredibus.*

29 *Sed obiecerit hîc nobis quiſpiam, textus in [...] tit. 24. in princ. & dict. tit. 40. in princ. lib. [...] feudor. loqui de Vaſallo, qui ſoli domino fidelit[...] tem juravit: Dd. verò opinionem eſſe conceptam[...] de Vaſallo, à quo dominus & pro ſe & pro futur[...] ſucceſſoribus ſuis juramentum fidelitatis recepi[...] proindeq́; prædicta feudorum jura non adverſ[...] ri communi Dd. opinioni, ut quæ eſt de alio [...] diverſo caſu.*

30 *Ad hanc obiectionem reſponderi poteſt vari[...] Primò nihil omninò intereſſe, ſive pro ſe tantum[...] ſive pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis fidelitatis jur[...] mentum receperit dominus à Vaſallo. Iuramen[...] tum enim aſſumit omnes qualitates actus, cui ad[...] iicitur, & iuxta eius naturam interpretamu[...] illud, l. ult. C. de non numerat. pec. l. ult. ff. qu[...] ſatis dar. cogant. l. eum qui, §. ſi juravero, ubi Ia[...] ſon, ff. de jureiurand. Abbas in c. quemadmo[...] dum, §. 1. nu. 5. extr. d. t. & in c. pro ut. n. 11. ext[...]*

*de dolo & contumac. Bart. in l. Titia, §. Imperator, ff. de legat. 2. Ang. conſil. 315. Incip. ſtatuto cavetur, Alex. in l. ult. ff. de reb. credit. Iaſon in l. decem. ff. de verb. oblig. Dec. conſil. 240. nu. 20. & conſil. 305. Pariſ. conſil. 86. nu. 48. & conſil. 95. vol. 3. Gratus conſil. 30. vol. 1. Sylvan. conſil. 40, nu. 20. vol. 1. Sed Vaſallus à quo dominus recepit fidelitatis juramentum pro ſe & ſucceſſorib. ſuis, mortuo domino, tenetur ab eius etiam herede inveſtituram petere, ut ipſimet etiam communis opinionis autores & patroni fatentur, & refert Molinæ. in conſued. Pariſ. tit. 1. §. 2. gl. 4. n. 50. quocirca & juſiurandum fidelitatis in eâdem inveſtitura jurare fidelitatem Vaſallus neceſſe habeat, niſi eo expreſſo pacto præſtationem juriſiurandi illius primitus remiſerit dominus d. tit. 3. in fin. & dict. tit 24. §. eſt & alia ingratitudo, in fin. lib. 2. feudor.*

*Deindè cautum jure noſtro ſcimus & illud, quod pacti negotio cuidam adiecti & interpoſiti juriſiurandi eadem ſit conditio, l. 2. l. tutor 35. §. 1, l. ſed etſi ſervus, 25. ff. de jureiurand. l. non ſolum, 11. §. 1. in fin. ff. de injur. & le Stichum 305. §. naturalis 4. ff. de ſolut. At licet pactum inveſtituræ pro domino adiectum, cenſeatur quoque Dominus adieciſſe pro heredibus ſuis, arg. tit. 18. lib. 2. feudor. Attamen tenetur Vaſallus in veteri inveſtitura etiam domini heredibus denuò idem cavere, ac pacto promittere, quod in prima*

*inveſtitura domino promiſit, ut evincitur ex tl 6.& 7. junct. tit. 32. §. de veteri, lib. 2. feudor. & patet ex iis, quæ tradit Ludolph. Schrad. tract. feudal. part. 2. c. 5. n. 30. & ſeqq.*

*Idcircò etſi juramentum fidelitatis intelliga tur dominus recepiſſe à Vaſallo etiam pro here dibus ſuis; ſiquidem quilibet ſuis quoq; heredibu conſulere, & cavere videatur, l. ſi pactum. 9. verſ quia plerunque, ff. de probat. & dict. tit. 18. verſ unuſquiſque, lib. 2. feud. Attamen hanc jurato riam cautionem denuò præſtare tenetur Vaſal lus defuncti domini heredi.*

31 *Poſtremò communi Dd. placito fundamen tum ponitur in dict. c. veritatis extr. de jurejur ut ſupra oſtendi. Sed capitulum hoc, ut & argu mentum illius teſtatur, agit de caſu, quo viv Vaſallo heredes eius domino fidelitatem jurarū & concludit ibi Pontifex, mortuo eo domino, ſuc ceſſori illius idem juramentum denuò dare no cogi eoſdem Vaſalli heredes. Quæſtio autem no ſtra eſt de caſu, quo dominus ipſemet pro ſe & fu turis ſuis heredibus juramentum fidelitatis re cepit, cùm ergò certo deſtituatur argumento cō munis illa opinio, certè contra naturam feud propriam nihil ei deferendum erit, cum ſine le gis autoritate in jure admitti debeat nihil, pe vulgatum text. in Novell. 18. cap. 5. in pr. l. illam 19. ibi, eo quod nulla conſtitutio, C. de collationib & l. 5. in prin. ff. de probat. Ipſe quoque Molinæ*

in con-

*in conſuetud. Pariſ. tit. 1. § 2. gl. 4. num. 50. expreſſè ſcribit, quod fidelitatis juramentum renovandum ſit & præſtandum à Vaſallo in qualibet mutatione feudi, ſive ex parte domini, ſive ex Vaſalli parte procedat.*

*Notandum verò ex d. c. veritatis extr. de jurejurando, Canonico jure ſatis eſſe à Vaſallo Põtificis Romani ſemel præſtari Papæ fidelitatis juramentum, nec teneri eundem Vaſallum denuò ſucceſſori Pontificis idem juramentũ dare. Cùm tamen feudorum placitis, ut & ſupra oſtendi, Vaſallus, qui ſemel fidelitatem juravit, etiã defuncto domino eius ſucceſſori idem dare juſjurandum cogatur, per text in d. t. 24. in pr. & dict. tit. 40. in pr. lib. 2. feudorum.*

*Quod autem de Romano Pontifice, & eius Vaſallo cavetur in d. c. veritatis, extr. de jurejurãd. porrigunt quoq; Canoniſtæ ibidem ad quemlibet Eccleſiæ Prælatum, & eius Vaſallum, cum Vaſallus Eccleſiæ, qui ſemel Prælato fidelitatem juravit, juſjurandum illud non tam perſonæ, quàm dignitati, quæ eadem eſt in ſingulis Prælatis ſucceſſoribus præſtitiſſe intelligatur.*

*Cui rationi & hæc addi poteſt, quod feudum Eccleſiæ non tam à Prælato, quàm ab ipſa Eccleſia Vaſallus poſſidet, arg. tit. 35. lib. feud. & tit. 6. in prin. lib. 1. feud. Siquidem prælatus non ſit dominus, ſed tantùm adminiſtrator rerum Eccleſiæ, c. 2. extr. de donãt. can. ult. 12. quæſt. 1. can. 1. 14.*

*quæſt. 1. Bald. in tit. 26. ſi de feudo defuncti c*
*tentio ſit, inter dominum & Vaſallum. §.*
*mino, & ibidem Alvarot. in fin. lib. 2. feu.*
*Vnde fidelitatis juramentum, quod in prima*
*veſtitura Eccleſiæ Vaſallus Prælato præſtiti*
*mine Eccleſiæ ei dediſſe cenſetur, quæ cum p*
*ſtò ſit etiam defuncto eo Prælato, durare dic.*
*perpetuò virtus juramenti illius, quam diu*
*ſallus ille juratus vivit.*

32 *Præcedenti quæſtioni haud incommodè ſu*
*citur & illa, an Vaſallus ut domino ſuo, ſic & e*
*dem filio, ſuperſtite adhuc ipſo domino fide li*
*jurare compellatur? Negativam commun*
*Dd. noſtri admiſerunt, Iacob. de S. Georg. tr*
*de feud. in verb. qui quidem inveſtiti, num*
*Ardiz. ſub tit. qualiter jurare debeat V*
*lus, verſ. nunquid & filio, Iacob. Alvarot. in*
*6. de forma fidelitatis, nu. 8. lib. 2. feudor. Pr*
*ſitus in tit. 52. de prohibit. alienat. feudi per*
*thar. lib. eod. feud. Mozz. de ſubſtantia fe*
*nu. 13. Schrader. tractat. feudal. part. 6. ca*
*nu. 27. Atque neganti huic opinioni ſubſcri*
*nihil dubito. Cùm enim feudorum placita*
*derent, ut Vaſallus vivo domino juramen*
*hoc ipſimet præſtetur, tit. 3. in fin. junct. tit*
*§. præterea ſi quis lib. 2. feudor. ipſo autem*
*mino mortuo, ejus heredi idem præſtetur ju*
*mentum, dict. tit. 24. in princ. & dict. tit. 4*
*princ. lib. 2. feudor. Conſequens inde eſt, q*

Digitized by Google

*vivo adhuc domino, eius filio dare juſiurandum hoc minimè cogatur Vaſallus. Idq́ haud obſcurè colligitur etiam ex textu in tit. 22. quo tempore miles inveſtituram petere debeat, in princ. lib. 1. feud. & dict. tit. 24. in princ. & dict. tit. 40. lib. 2. feud.*

*Quæritur de tutore Vaſalli pupilli an juramentum fidelitatis etiam ſine mandato præſtare poſſit? Affirmant Iacobin. de S. Georg. tractat. de feud. in verb. qui quidem inveſtiti, nu. 12. Moz. tract. de feudis. tit. de ſubſtant. feud. nu. 16. & Schrader. tractat. feudali, part. 6. cap. 4. n. 34. ſed feudorum jura expreſſè oſtendunt, quod neq́ pupillus neq́ eius tutor facere domino fidelitatem cogatur, in tit. 26. §. ſi quis deceſſerit, lib. 2. feudor.* 33

*Eſt & illa huius loci quæſtio, ut nodoſa & anceps, ita non inelegans, an teneatur Vaſallus domino fidelitatem jurare etiam contra ſuum patrem? Aienti ſententiæ patrocinium præſtat textus in tit. 7. in prin. lib. 2. feudor. qui locus arguit diſertè, quod Vaſallus cogatur jurare domino, ſe ei fidelem fore contra omnem hominem excepto Imperatore, vel Rege. Quibus ex verbis notandum primò, quod Iuriſconſultus feudiſta ait,* contra omnem hominem, *quæ verba generalia ſunt, proindeq́ comprehendunt etiam Vaſalli patrem, cum generalis locutio omnes contineat ſpecies, l. 1. ff. de reb. credit. Et vulgatum* 34

trem, & filium, & patrem, niſi contra alium dominum antiquiorem. Hic enim cæteris eſt præferendus. *Notandum ex his verbis, quod ſatis non eſt Iuriſconſulto, generali hac oratione uti,* contra omnes, *ſed poſt genus illud, tranſit quoque nominatim ad ſpecies quaſdam, & quidem eas, de quibus haud immeritò poterat dubitari. Vnde cum ſpecialiter quoque nominet non modò fratrem, ſed & filium, ac patrem, ſignificanter & notabiliter oſtendit, quod & contra hos cogatur Vaſallus fidelitatem jurare, & adjuvare dominum. Notabilia enim quæ ſunt, ſpecialiter ſignificari ſolent, ne videantur neglecta, l. item apud. 15. §. hoc edictum. 26. ff. de injur. l. 1. §. dixerit aliquis, 2. ff. de publican. & vectigal. l. & ita. 3. §. 1. verſ. niſi fortè, ff. nautæ, caupones, ſtabul.*

*Eſtq; ad illud advertendum, quod Iuriſconſultus non modò ſpecialiter meminit fratris, filii & patris, ſed nominatim excipit etiam ſolum antiquiorem dominum, quem poſteriori domino Vaſallus præferre debeat. Quo circa dubitandum neutiquam videtur, quin compellatur Vaſallus etiam contra pâtrem ſuum fidelitatem domino jurare.*

*Poſtremò aientem hanc opinionem amplexantur Dd. plerique, Iacobin. de S. Georg. in tract. de feudis in verb. qui quidem inveſtiti, numer. 15. feudiſtæ communiter in dict. titul. 28. §.*

 contra

Digitized by Google

*contra omnes lib. 2. feud. Curt. Iun. tract. de feu*
*part. 4. nu. 8. Iul. Clar. in §. feudum, quæſt. 2*
*Zaſ. part. 7. cap. 4. nu. 12. Gabr. Roman. lib.*
*commun. concluſ. tit. de verb. ſig. concluſ. 9. n*
*qui omnes ſcribunt, teneri Vaſallum juvare d*
*minum ſuum etiam contra patrem.*

36 *Verùm enimverò utcunq; aiens hæc opinio*
*momentis rationum hactenus allatarum rob*
*habere videatur firmiſſimum: nō deſunt tame*
*qui in negatam decurrere concluſionem dub*
*tant nihil, ut Zaſ. in epit. feudor. part. 7. nu. 3*
*& ſeq. Frider. Schenck. Baro à Tautenberg,*
*dict. tit. 28. hic finitur lex, §. ult. lib. 2. feudo*
*Franciſc. Sonſbeck. in commentar. in uſus feu*
*part. 1. nu. 36. & ſeqq. & Iacob. Cuiac. lib. 4.*
*feudis, ad dict. tit. 31. Atq; hæc ſententia æq*
*munita videtur argumentis ſolidiſſimis.*

*Primò enim ipſa naturalis probat ratio, ut*
*beri parentibus ſuis pietatem & obediētiam pr*
*ſtent, l. 2. ff. de juſt. & jur. quidquid autem n*
*turalis ratio præcipit, ſemper firmum, atq; in*
*mutabile permanet, nec civilibus mutari leg*
*poteſt, §. ſed naturalia, Inſtitut. de Iur. natu*
*gent. & civili, & l. jura ſanguinis, 8. ff. de re*
*jur. Quod ergò feudorum jure diſpoſitum leg*
*mus de Vaſallo, quod jurare fidelitatem, & j*
*vare dominum cogatur etiam contra parentem*
*non generaliter, & abſque diſtinctione, ſed cum*
*temperamento quodam exaudiri debet.*

*Qu*

*Quid quæſo magis impiũ, quid fœdius, quàm paterno ſanguine, ex quo vitam duxiſti, in auxilium domini, à quo paucula tantùm prædia in feudum poſſides manus madefacere tuas?*

*Vecors certè, & humanæ rationis expers cenceſeri debet, qui non agnoſcit, maiorem ei pietatem, & obedientiam deberi, à quo maius acceperit beneficium.*

*Feudorum interpretetes communibus ſuffragiis negant, Vaſallum compelli contra ſeipſum, auxilium adferre domino. Sonſbeck in commentar. in uſus feud. part. 11. nu. 42. Ioan. Borch. in commentar. in conſuet. feud. cap. 7. nu. 41. & quidem rectè negant: ſiquidem ſemetipſum perjurare jura vetent, c. de occidendis, in fin. 23. quæſt. 5. ac nemo ſuorum membrorum dominus ſit, l. liber homo, 13. ff. ad leg. Iul. & ordinata charitas à quovis incipiat. l. Præſes 26. ubi gl. Bald. & alii, C. de ſervit. & aqua, Can. ſi nolit. 23. quæſt. 5. Atqui etiam in generali conventione loquentis ſemper excipiatur perſona, l. Paulus 29. §. ultim. ff. de pignorib. & hypoth. & in l. inquiſitio 18. C. de ſolut. Quod cum ita ſit, non video cur in necem patris ſui Vaſallus juvare dominum teneatur cum patris & filii perſona eadem cenſeatur, l. ultim. C. de impuber. & aliis ſubſtit.*

*Adhæc, adverſus antiquiorem dominum, ut præſidium adferat Vaſallus domino poſteriori,*

*probibent feudorum placita, dict. titul. 28. §. ult. lib. 2. feudor. Nonne ergò multò magis ab offenſione parentis ſui abſtinere debebit Vaſallus, cum maiorem debeat obedientiam parentibus, quam alicui extraneo, dicta lege 2. ff. de juſt. & jur.*

*Præterea in his quoque, ad domini honeſtatem quæ pertinent, ipſi conſulere, & auxiliari tenetur Vaſallus, tit. 6. verſ. honeſtum lib. 2. feudor. At honeſtum eſſe ipſi domino, iniuſtas adferre manus parentibus Vaſalli, non niſi amens affirmabit. Vaſallus ergo contra ſalutem parentis ſui adiumentum & auxilium ſubminiſtrare domino non poteſt.*

*Confert eodem, quod patriæ & parentum cōditio ſimilis eſt in his, qua naturali ratione continentur, d. l. 2. ff. de juſt. & jur. At Vaſallus in perniciem patriæ opem domino adferre cogi nequit, arg. l. minimè, ff. de relig. & ſumpt. funer. Vnde conſequens eſt, quod nec in parentum diſpendium domino ſuo adiumentum adferre teneatur Vaſallus. Vbicunque enim eadem eſt ratio, ibi quoque eadem juris diſpoſitio recipi debet, l. illud. 32. verſ. cum enim ff. ad leg. Aquil. & l. à Titio. 108. in fin. princip. ff. de verb. obligat. & de ſimilibus idem eſt judicium, cap. in cauſis, verſ. cum in ſimilib. extr. de ſent. & re judic. c. inter cæteras, verſ. ult. extr. de reſcript. §. 2. extr. de tranſlatione Epiſc. c. Cùm ſecundum,*

in

*in pr. ibi, patet à ſimili, extr. de præb. & l. non poſſunt 12. ff. de legib.*

*Non ergò feudorum placita abſolutè & generaliter de omni exaudiri debent caſu, quando jubent, ut Vaſallus contra omnem hominem, etiam parentem ſuum, fidelitatem domino juret, atque opem ferat. Et non deſunt, qui pronunciatum illud feudale affirmans, in d. tit. 28. intelligant tantùm de his, quæ juris ſunt civilis, non itē de his, quæ naturalis ſunt juris, per doctrinam Baldi in dict. tit. 7. num. 3. de nova forma fidelitatis, lib. eodem feudorum. Verùm ea Baldi ſententia nimis eſt laxa & generalis, proindeque dubia, cum certò conſtare non poſſit, quibus caſibus Vaſallus teneatur dominum juvare etiam contra parentem. In his quæ juris ſunt naturalis, negat poſſe Vaſallum præſtare auxilium domino in offenſionem patris, filii, aut fratris: ſed quæ ſunt illa juris naturalis; quæ item civilia ſunt, in quibus permittunt Vaſalli opem etiam adverſus proprium eius parentem? Vt ſe defendat dominus adverſus vim & iniuriam, quam patitur à parente Vaſalli, jus naturale permittit, l. 1. §. cum arietes, ff. ſi quadrupes pauper. feciſſ. dicat. lege prima §. vim, vigeſimo ſeptimo, ff. de vi & vi armata, lege 3. ff. de juſt. & jur. nunquid hîc non tenetur Vaſallus auxiliari domino ſuo adverſus patris vim & iniuriam, ut ex vitæ diſcrimine liberetur dominus? Econtra juris*

civi-

*civilis autoritate liberum eſt cuivis offendere & occidere eum, qui ſententiâ Cameræ Imperialis in bannum Imperii declaratus eſt, ut diſerte arguit ordinat. Cameral. part. 2. tit. 9. §.* So jemand/ *his verbis;* ſollen deß/ oder derſelben Leib vnd Gut allermeniglich erlaubt ſein/ vnnd niemand daran freveln/ oder handlen können oder mögen. *Quid ergò ſi dominus parentem Vaſalli, banno Imperii innodatum, offendere intendat, tum compelli hîc poteſt Vaſallus opem ferre domino in patris ſui necem? Ex ſententia Baldi affirmandum illud fuerit, cum caſus ille juris ſit civilis. Atq; ut caſu priori, licitum judico Vaſalli auxilium, non quidem in patris necem, ſed in domini ſalutem, ut ex violentis manibus patris liberetur; ita non ſimiliter reor cogi poſſe Vaſallum, ut auxiliares præbeat manus ſuo domino ad offendendum & necandum patrem ex Imperii conſtitutione bannitum. Etſi enim civili bannitum offendere impunè poſſit quilibet, id tamen Vaſallo ex juſſu domini haud permitti exiſtimo, ſi ipſius Vaſalli parens ſit bannitus. Nam etſi amittat bannitus ea, quæ juris ſunt civilis, attamen non perdit ſimiliter ea, quæ juris ſunt naturalis, & gentium juris primævi, l. ſunt quidam 17. §. 1. ff. de pœnis, ubi Marcian. Iuriſc. in opus, ait, publicum perpetuò dati, & in Inſulam deportati, ea quidem, quæ juris civilis ſunt non habent quæ verò juriſgentiũ ſunt habent.*

*Qua*

*Qua ex ſententia conſequens eſt, parentem etiã bannitum à filio proprio iniuriâ offendi. Accedit, quod licet bannitus impunè occidi poſſit, per Aſſaſſinium tamẽ, id eſt, pecunia ad hoc conductum interfici nequit, ut poſt alios tradit Tiber. Decian. tract. criminal. lib. 9. cap. 30. num. 20. quin etiam Ludovicus Carer. in pract. criminal. cap. 57. incip. ſeptimò igitur excuſatur, nu. 38. & alii plures relati à Schradero tract. feudal. part. 9. cap. 3. nu. 40. verſ. & licet in hoc, in ſpecie ſcribunt, quod nemo poſſit bannitum patrem ſuum, fratrem aut filium impunè occidere. Et quamvis plurimi in ea ſint opinione, quod quilibet licitè poſsit interficere parentes, filios, & fratres bannitos, quorum meminit Petr. Duennas in Reg. 68. verſ. octavo amplia, & Schrader. dict. cap. 3. n. 40. Attamen opinio iſthæc ab aliis repudiatur, qui priorẽ illam ut humaniorem ſequuntur, quos refert Duennas in dict. reg. 68. verſ. octavò amplia. Atq; horum quidam admittunt contrariam hanc concluſionem in bannito, qui damnatus eſt hac pœna, vel ob crimen maieſtatis, vel ob proditionem patriæ, arg. d. l. minimè 35. ff. de relig. & ſumpt. fun. Ita ſentiunt quos refert & ſequitur Ludolph. Schrad. dict. cap. 3. part. 9. nu. 40. in fin.*

*Relicta ergò Baldi diſtinctione videndum quid alii de propoſita quæſtione noſtra ſentiant, & qua ratione in concordiam Dd. noſtrorum vo-* 33

*ta re-*

*ta reduci poſſint, quoq; ſenſu accipiendus ſit textus in d.t.28.§.ult.lib.2.feud.*

38 *Haud inepta videtur domini Vultei diſtinctio lib.1.de feudis, c.10.n.33. ubi diſpiciendũ putat, utrum dominus injuſtè offendere velit patrẽ Vaſalli, an verò ipſemet dominus iniuſte offendatur, à patre Vaſalli, ut priori caſu non teneatur juvare dominum Vaſallus: poſteriori autẽ caſu ad hoc compellatur. Cùm enim ipſa pietas, & naturalis ſuadeat ratio, atq; etiam ſacræ jubeant literæ, ut liberi parentibus ſuis pietatem & obedientiam præſtẽt, Paul. ad Coloſſenſ.c.3.verſ. 20. & ad Epheſ.c.6.in pr. atq; hos adverſus aliorum impetus defendant, l. iſti, 8. §. ult. ff. quod metus cauſ.l.1.§.pen.ff.ad leg.Cor.de Sicar. Can. non inferend. 23.q.3. impium certè fuerit Vaſallo in offenſionem parentis iniuſtum auxilium domino adiungere. Similiter iniquum eſſet, adjumentum denegare domino, ſi immeritò & injuſtè in anguſtias compellatur à parente Vaſalli. Cùm enim ipſa natura inter nos cognationem quandam conſtituerit, proindeq; hominem homini inſidiari nefas ſit, l.3. ff. de juſtit. & jur. ſuccurrere in periculo alius alii tenetur, eumqúe etiam defendere cogitur, textus eſt elegans in c. dilecto, §. & quidem cum liceat, tit. de ſent. excommunicat. in 6. & docet Bart. in d. l.3. nu.7. & 8. & ibidem etiam Dec. nu.32. ff. de juſt. & jur. Iul. Clar. lib.5. ſent. §. homicidium nu.27. Didar. Covar. in Clement. ſi furioſus, tit. de homicid.*

micid.part.2.relect.§.2.n.7.& part.3.§.un.n.5.& in c peccatum, de reg.jur.in 6.part.2.§.3.n.4.

Verùm quia textus in dict.tit.28.§. ult.lib.2. feud.non ſpecialiter de offenſione ſolùm domini loquitur, ſed generaliter de adiumento Vaſalli domino præſtando; adduci non poſſum, ut credam, textum illum exaudiendum eſſe duntaxat de caſu, quo dominus à parente Vaſalli offenditur, maximè cum expeditum ſit, & ipſa natura doceat, quod etiam quiſque alius tenetur Vaſalli dominum in vitæ periculo conſtitutum defendere ut modò oſtendi.

Nonnulli verò interpretantur eum locum de eo tantùm caſu, qua Vaſalli pater Chriſtianam religionem aut patriam oppugnat, per text.in d. l. minimè, 35. ff. de religioſ. & ſumptib. funer Zaſ. in Epit.feud.part. 7. nu. 30. & ſeq. Frider. Schenck. Baro à Tautenberg. ad dict. tit. 28. §. ult.lib.2 feud.& Sonſbeck in commentar.in uſus feud.nu.38. Atqui & hæc nimis anguſta eſt generalis illus textus explicatio, quam tamen ego aliquando comprobavi. 39

Cuiac. emendat text.in d §.ult.& eiicit ex eo verba & patrem, ſed quia ibidem textus jubet, ut Vaſallus etiam contra filium ſuum opem ferat domino ne, maior ſit impietas filii patrem iniuſtè offendentis, quam patris filium, arg.l.1 ff.de lege Pompeia de parricid: certè ut filii, ſic & patris mentio retinenda eſt, in dict. tit. 28. §. ult. lib.2 feud. 40

Vt

41 *Vt autem aperiam de prædicto loco ſententiã meam, judico, ut textus ille generalis eſt, ita generaliter etiam eundem accipi debere, de omni caſu, quo indiget dominus Vaſalli auxilio, nec alia ratione dominus ſuam obtinere poteſt cauſam juſtam, quam ut arma adverſus Vaſalli patrem capiat. Atqui non ad offendendum patrem, ſed ad obtinendum, quod pater Vaſalli debet domino, auxilium Vaſalli præſtandum eſſe domino, per text. in tit. 7. de nova forma fidelitatis, verſ. & ſi ſcivero, ibi, te velle juſtè aliquem offendere, & in dict. tit. 28. in princ. lib. 2. feud. quo poſteriori loco Iuriſconſulti feudiſtæ hæc proponitur ſententia:* Cùm palàm eſt, quod irrationabiliter guerram facit dominus alicui, adjuvet eum Vaſallus ad eius defenſionem; ad offendendum verò alium, non adjuvet ſi vult, ſed ſi eum adjuvare noluerit, non tamẽ feudum amittet. *Ex his Iuriſconſulti verbis haud obſcurè duo intelligimus. Prius eſt quod non omni caſu Vaſallus dominũ ſuum juvare teneatur, ſed tantùm eo caſu, quo manifeſtò adverſarii cauſa eſt iniuſta, Domini autem cauſa juſta eſt. Alterum, quod apparente domini causâ iniuſtâ, opem quidem ipſi ferre poſſit Vaſallus, at non ad offendendum adverſarium, ſed ad defendendũ dominum. Non abſurdè igitur hinc concludimus, quod juvare dominum ſuum poſſit Vaſallus etiã adverſus proprium parentem, at non ad*

*offen-*

offendendum eum, ſed tantùm ut dominus in cauſa ſua juſta obtineat, quod ſibi præſtandum eſt à Vaſalli parente. Si tamen Vaſalli parens patriam oppugnet, vel Chriſtianam religionem, placet ſententia Dd. quod & hoc caſu ad offendendum patrem adiumentum domino adferre poſſit Vaſallus, per text. in d. l. minimè 35. ff. de relig. & ſumpt. funer.

Eſt, & illa hoc loco excutienda quæſtio anceps & difficilis, an mortuo domino pluribus relictis filiis, horum uni tantùm, vel omnibus præſtandum ſit fidelitatis juramentum? In expediendа hac quæſtione primùm diſpici debet, utrum uni tantùm ex filiis domini, in diviſione hereditatis paternæ, obvenerit totius rei feudalis proprietas, an verò omnes rem feudalem indiviſam retinuerint. Caſu priori dubitandum non eſt, quin uni illi ex pluribus domini heredibus fidelitas ſit præſtanda, arg. tit. 26. §. omnes, lib. 2. feud. Iacobin. de S. Georg. tract. de feud. in verb. qui quidem inveſtiti, nu. 28. Hartman. Piſtor. lib. 2. quæſt. jur. quæſt. 47. nu. 29. Caſu autem poſteriori variant Dd. Aliqui enim omnibus fidelitatem promittendam cenſent. Nonnulli verò uni tantùm fidelitatem fieri debere exiſtimant. Non deſunt etiam, quibus poſt aliorum ambiguitatem placuit media ſententia, quæ hæc eſt, ut uni quidem, ſed communi omnium nomine fidelitatis detur juſiurandum. 42

Cc Quod

43 *Quod attinet primam opinionem, eius autores & patroni ſunt, gl. in l. ſi cuius, 13. §. ſi uſusfructus, 1. in verb. oportere, ff. de uſufruct. Bart. in l. cum unus, 10. in princ. ff. de aliment. vel cibar. legat. Bald. in l. 1. quæſt. 22. ff. de rer. diviſ. l. pen. C. ut in poſſeſſion. legator. in l. 1. C. de patrib. qui filios diſtraxer. Angel. in l. loci corpus, 4. §. ſi fundus, ff. ſi ſervitus vind. Ioan. de Imol. in l. 2. §. item ſi facto, col. ult. ff. de verb. oblig. Iaſon. in l. de pupillo 5. §. ſi plurium, 6. ff. de operis novi nunciat. Sonſbeck. in commentar. in uſus feudor. part. 11. n. 16. VVurmbſer. lib. practic. obſer. obſer. 27. Ioan. Borcholt. in comment. in conſuetud. feud. cap. 7. nu 35.*

*Huic opinioni alii aliud fundamentum ponunt. Pleriq; hanc adferunt rationem, quod jus ipſum, quod heredes domini in feudo habent, ſit individuum, proindeq; heredi cuilibet in ſolidum competat. Sed hanc rationem omnino reiicit, & veram negat Molinæ. in conſuetud. Pariſ. t. 1. §. 2. gl. 4. n. 51. ubi affirmat, quod ſicut feudum ipſum eſt dividuum, ita quoq; jus, quod nomine feudi competit dominis, dividuum ut ſit, neceſſe eſſe, quæ ſententia comprobatur textu in l. 2. §. 2. verſ. & ideò, ff. de verb. oblig. Molinæ. ſequitur Hartmannus Piſtoris, dict. quæſt. 47. numer. 20.*

*Cæterùm gl. in d. l. ſi cuius 13. §. 1. in verb. oportere, ff. de uſufruct. hanc adducit rationem, quod*

*quod ipſa fidelitatis promiſſio ſit individua, eaq́; idcirco ſingulis dominis præſtare debeat: Tùm quia ſi plures ſint proprietatis domini in uſufructu, iis omnibus & ſingulis ſatiſdationem præſtare uſufructuarius teneatur, ſe boni viri arbitratu uſurum fruiturum, d. l. ſi cuius 13. §. 1. verſ. ſed & ſi plures, ff. de uſufruct. & l. ſi uſusfructus 9. §. ult. ff. uſufructuar. quemadmodum caveat: Tùm etiam quia in remedio nunciationis novi operis, cùm pluribus rei cuiuſdam dominis novum opus nocet, ſinguli neceſſe habeant nunciare novum opus, nec ſufficiat unius nunciatio, ac ſingulis etiam, qui nunciarunt, caveri debeat, ſi non conveniat inter eos, ut uni caveatur, l. de pupillo, 5. §. ſi plurium, 6. & l. ſtipulatio, 21. §. idem ait, 6. ff. de oper. novi nunciat.*

*At Molinæ. in dict. §. 2. gl. 4. nu. 51. primæ illius opinionis hanc adfert cauſam, quod defuncti ſenioris heredes ſinguli ſint domini, & ſingulis pro rata parte competat jus, quod defunctus in Vaſallum habuit; quæ ſententia firmatur text. in l. 1. C. ſi unius ex pluribus heredibus creditoris, l. ea quæ 6. C. fam. erciſc. & l. 1. C. de exceptionib. quibus locis dicitur quod debitor hereditarius unicuiq́; heredum creditores pro portione hereditaria obligatus ſit.*

*Poteſt & hoc primæ opinionis fundamentum poni, quod Dominus & Vaſallus ſunt relata, quorum utrinque eadem eſt ratio, ut quod*

*in uno eſt ſtatutum, cenſeatur etiam diſpoſitum in altero, uti docet Everhard. in Topici legalib. in loco à correlativis, nu. 3.*

*Quapropter cũ Vaſalli heredes ſinguli teneantur fidelitatem domino facere, tit. 26. §. omnes filii & tit. 55. §. præterea Ducatus, lib. 2. feudor. Conſequens videtur, quod & ſingulis domini heredibus præſtanda ſit fidelitas.*

44 *Secunda opinio defenſores habet gloſſatorem Bald. Andr. de Iſer. & Iacob. de Belviſo in tit. 26. §. omnes filij, lib. 2. feud. & alios, quos refert Bart. Camer. in tit. 55. §. præterea Ducatus, lib. 2. feudor. mihi pag. 855. & Ludolph. Schrader. part. 6. cap. 1. nu. 13. verſ. ſin verò omnes. Atq; huius opinionis rationes æquæ ſunt, ſpecioſæ, & prægnantes. Prima hæc eſt, quod ex perſonis heredum non immutatur conditio obligationis, l. 2. §. ex his, ff. de verb. oblig. l. 2. incertam, 2. verſ. at in contrarium. ff. de ſtipulat. prætor. & l. damni 18. §. ſi is qui 5. ff. de damno infect. Altera eſt, quod in plures adverſarios diſtringi non debeat, qui cum uno contraxit, l. & ancillarum 27. §. ult. ff. de peculio, l. 2. ff. de exercit. act. l. quod ſi nolit 31. §. ſi plures, 5 ff. de ædilit. edict. & l. iam tamen 5. §. pen. ff. iudic. ſolvi. Vnde conſequens eſſe videtur, cum Vaſallus ab uno Domino feudum acceperit, cumque eo ſolo contraxerit, conditio illius ex morte domini, & pluralitate heredum durior effici non debeat; proindeq; ad unam*

*unam tantùm ſidelitatem ipſum teneri conveniat. Tertia ratio ſimiliter multùm urgens, quod Vaſallus cogi non poſſit, ut pro uno feudo plures dominos habeat, per text. in titul. 55. de prohibit. feud. alienat. per Frideric. §. præterea Ducatus, libro ſecundo feudorum. Quarta & ultima ratio peti poteſt ex titul. 77. verſ. plures autem, in extraordinar. cap. ubi dicitur, quod plures domini ex feudo non niſi unam ſidelitatem habere poſſint.*

*Quod attinet tertiam, eamque mediam ſententiam, autores & tutores illius laudātur Martin. Laudenſ. Præpoſitus, Alvarot. numer. 6. Fridericus Schenck Baro à Tautenberg in dict. titul. 26. ſi de feudo defuncti contentio fuit inter dominum, & agnatos Vaſalli, §. omnes filii, libr. 2. feudor. eamque amplectuntur etiam Iacobin. de S. Georgio, tractat. de feud. in verbis, qui quidem inveſtiti, numer. 28. verſ. aut feudum habuit principium ab uno domino, & Zaſius in epitom. feud. part. 7. num. Molinæ in conſuetud. Pariſienſ. dict. titul. 1. §. 2. gl. 4. num. 53. VVeſenbec. tractat. de feud. dict. cap. 8. num. 26. verſ. quia tamen, Hartmannus Piſtoris, libr. 2. quæſt. jur. quæſt. 47. num. 24. & ſeqq. Hermannus Vult. libro primo de feudor. cap. 7. num. 94. verſ. has opiniones, Ioan. Niellius diſputat. feudal. 7. theſ. 4. & Ioan. Schoner. libr. 1. diſput. feudal. 5. theſ. 176. qui omnes* 45



Digitized by Google

*volunt, quod quidem uni heredum defuncti domini fidelitatem promittere teneatur Vaſallus, at non intuitu illius ſolùm, ſed communi omnium heredum nomine, & teſtatur Molinæ. citato loco, quod hæc opinio in praxi obſervetur. Zaſ. quoque dict. loco ſcribit, quod ita apud Germanos noſtros ſervetur. Iure item Saxonico feudali, capite vigeſimo receptum eſſe, ut uni tantùm ex heredibus defuncti domini fidelitas promittatur, atteſtantur Ludolphus Schraderus tractat. feud. part. 6. capite primo, num. decimo quarto, & Hartmannus Piſtoris, dict. quæſt. 47. numero vigeſimo tertio, in fine, & numero 26.*

*Atque hæc media ſententia robur accipit, & firmamentum non leve ex textu in l. 4. §. creditoribus 9. ff. de fideicommiſſar. libertatib. ubi Iuriſc. Vlpianus,* Creditoribus, *ait,* caveri quemadmodum debet? Vtrum ſingulis, an verò omnium nomine uni ab ipſis creato? Et oportet officio Iudicis conſtitui, convenire creditores, unumque creare, cui caveatur omnium nomine. *Conſonat textus in d. l. ſtipulatio 21. §. idem ait, 6. ff. de oper. novi nunciat. Vbi idem Iuriſconſultus poſt Labeonem,* Et ſi, *ait,* plures nuncient, curandum eſſe, ut uni caveatur, ſi inter eos conveniat. *Cuius utriuſq; loci argumento dicere & illud poſſimus, quod dominus ſuperior, cui ſubiecti ſunt plures heredes defun-*

*defuncti domini requiri debeat, ut is conſtituat convenire plures illos domini heredes, unumq; eligere, cui fidelitas promittatur.*

*Et ab hac ſententia non multum alieni ſunt Dd. quando contra quoſdam alios tradunt, non Vaſalli electionem eſſe, ſed heredum domini, cuinam ex ipſis heredibus promitti fidelitas debeat, quos refert Hartman. Piſtoris dict. quæſt. 47. numero 26. & Vulteius dict. capite ſeptimo, num. 95.*

*Quid ſi non conveniat inter heredes ſenioris defuncti, cui fidelitas promitti debeat, cuius erit electio? Hoc caſu Vaſallum creare unum ex heredibus illis, cui fidelitas promittatur, communiter exiſtimant Dd. quos ſequuntur Iul. Clar. in §. feudum, quæſt. 49. nu. 11. Molinæ. dict. tit. 1. §. 2. gl. 4. nu. 52. & Hart. Piſtoris dict. quæſt. 47. nu. 26. & 27.*

*Verùm hoc caſu heredibus omnibus & ſingulis promittendum eſſe fidelitatem affirmare nihil dubito, motus textu in d. l. ſtipulatio 21. §. idem ait, 6. ff. de oper. novi nunciat. Vbi Iuriſc. Vlp.* Si plures *(ait)* nuncient, curandum eſt, ut uni caveatur, ſi inter eos conveniat: planè ſi non conveniat, & ſingulis erit cavendum. *Molinæ. quoq; tit. 1. §. 2. gl. 4. nu. 53. ſentit, ſi plures ſenioris defuncti heredes ſimul cōveniant, ut uno eodemque actu fidelitas promitti poſſit omnibus, quod tum omnib. fidelitas fieri debeat. Similiter Ioan.*

*Borcholt. de feud. cap. 7. n. 35. expreſsè ſcribit, ſi heredes domini non eligant unum, cui fidelitatis juſiurandum detur, omnibus præſtare juramentum hoc debere.*

*Non ineptè credo & illud hîc dixerim9, ſi plures domini heredes diſſenſerint circa eligendum eum, cui fidelitas promitti debeat, requirendum eſſe & hîc dominum ſuperiorem, cuius juriſdictionis heredes ſubiecti ſunt, ut is definiat cui ex heredibus domini fidelitas facienda ſit, argumẽto text. in §. ſed ex teſtamento, verſ. ſin autem ipſi tutores diſſenſerint, Inſtit. de ſatiſdat. tutor. & l. 3. §. ſi non erit. 7. verſ. prætor igitur, ff. de adminiſt. & peric. tutor. Atque hanc ſententiam comprobat jus Saxonicum* Lehenrecht/ *dict. cap. 29. eam tutiſſimam dicit, & ut Vaſalli eam eligant viam ſuadet Hartmannus Piſtoris dict. quæſt. 47. nu. 28.*

*In eligendo autem herede, cui fidelitas promitti debeat, diſpiciendum quis dignior ſit, inter heredes, & magis idoneus, ut hic potius eligatur, cui fidelitas fiat, arg. text. in c. ſi duo, §. ult. ibi, idoneiorem ex ipſis eligere valeat, tit. de procuratorib. in 6. l. maiorem 8. ibi, autoritatem eius ſequatur prætor, qui dignitate inter eos præcellit, ff. de pact. & l. ultim. ff. de fid. inſtr. & ſentit Hartman. Piſtoris, dict. quæſt. 47. nu. 27. & eum ſequutus Herman. Vult. lib. 1. de feudis, cap. 7. num. 95.*



Digitized by Google

*Etſi verò omnium heredum nomine promittenda ſit fidelitas, ſive uni hæc promiſſio, ſive omnibus præſentibus fiat, proindeq́; etiam omnibus & ſingulis domini heredibus teneatur eſſe fidelis Vaſallus, ut etiam in ſpecie ſcribit Zaſius dict. part. 7. num. 11: non tamen niſi uni ſervitia præſtare cogitur, per text. in tit. 55. §. pratera ducatus, ibi, ut Vaſallus pro uno feudo plures dominos habere non compellatur, lib. 2. feudorum. & facit text. in l. 2. ff. de exercitor. action. & l. & ancillarum 23. §. ultim. ff. de pecul. Atque ita ſentit etiam Zaſius dict. part. 7. num. 11. & Fridericus Schenck Baro, in dict. tit. ſi de feudo defuncti contentio ſit inter dominum & agnatos Vaſalli. §. omnes filii, lib. 2. feudor. Similiter Iul. Calr. in dict. quæſt. 47. num. 11. Ego, inquit, ſemper vidi ſervari, quod Vaſallus unum tantum habet dominum, neque plures habere cogitur. Et paulò poſt, nunquam, ait, vidi plures heredes poſſidere tale jus ſuperioritatis pro indiviſo. Si tamen caſus contingeret, credo quod poſſet Vaſallus ab eis petere, quod unus tantum ex ipſis ſibi aſſignaretur in dominum, Zaſ. quoque dicto loco, iſti, inquit, plures heredes, aut convenient inter ſe, cui ſervitium præſtetur, aut Vaſallus nulli præſtabit ſervitium, argum. l. ſi cuius, 13. §. æquiſſimum, 3. & l. quotiens, 34. in princ. ff. de uſufruct.* 46

*Sed adverſatur text. in dict. tit. 77. in fin. in*

*extraord. cap. his verbis*; Servitiii omnib. non gravitate, ſed moderamine faciendum eſt. *Verùm reſponderi poteſt, extraordinaria illa capitula non eſſe authentica, nec fidem mereri contra textus Titulorum, qui ſub duobus feudorum libris continentur, Iaſon conſil. 30. nu. 21. volum. 1. & Duarenus de feud. cap. 10. num. 7. Alvarotus tamen & eum ſequutus Præpoſitus, ut concilient cum textu in tit. 77. textum dict. t. 55. §. præterea Ducatus, lib. 2. feudor. interpretantur eum §. de hoc tantùm caſu, quo domini alienatione integrum feudum dividitur, ſed perperam, ut oſtendit Frideric. Schenck Baro, in d. t. 26. §. omnes filii, lib. 2. feud.*

47 *Quæritur & illud ſitne obligatus etiam dominus ad præſtandum Vaſallo ſuo fidelitatis juramentum? Negativa propior veritati putari debet. Tùm quia feudorum placitis cautum non eſt, ut & dominus fidelitatem Vaſallo promittat: Tùm etiam, quia licet patrono ſuo juret libertus, huic tamen ille jurare non tenetur, l. qui bona, 13. §. pen. ff. de damno infect. Atq; hæc communis eſt & crebrior feudiſtarum ſententia, ut ſcribunt Petrus Ravennatis, Martinus Laudenſis, & Frideric. Schenck. tit. 6. de forma fidelitatis lib. 2. feudor. Iacobin. de S. Georg. tract. de feud. in verb. qui quidem inveſtiti n. 16. Matth. de Afflict. deciſ. 265. n. 3. & 4. Everhard. in Topicis legalib. in loco à correlativis, n. 11.*

Non

Non obſtat text. in dict. tit. 6. §. ult. lib. 2. feud. 48
Ubi dicitur, quod & Dominus Vaſallo ſuo fidelis eſſe debeat, jubetur enim Dominus eo loco fidelis eſſe Vaſallo ſuo, at ei ut ſimiliter promittat fidelitatem non cavetur.

De tribus, quæ ad ſolennis inveſtituræ ſubſtantiam deſiderantur, duo adhuc expoſita ſunt, verbalis ſcilicet feudi ceſſio, & fidelitatis promiſſio. Reſtat tertium, teſtatio, ſive teſtificatio. Inveſtitura enim ſine legitima teſtificatione facta, non valet, ac nulla eſt, tit. 2. in prin. verſ. alioqui licet alii, & tit. 32. in prin. lib. 2. feud. 49

Eſt autem inveſtituræ teſtificatio ſolennitas adhibendi inveſtituræ negotio vel teſtes, vel inſtrumentum, probandæ inveſtituræ cauſa obſervanda. Solennitas quod ſit, arguit diſertè text. in dict. tit. 2. in pr. verſ. quæ ſiquidem, & dict. t. 32. in prin. lib. eod. feudor. Quod verò probandæ inveſtituræ cauſa obſervari hæc ſolennitas debeat, evincitur ex tit. 2. §. 1. ibi, niſi per pares curtis, vel breve teſtatum potuerint probare, tit. 3. ibi. Si pares eius curtis adſint teſtes, vel breve teſtatum inde ſit, titul. 4. ibi. Et ſi inveſtitura facta fuerit coram paribus curtis, aut brevi teſtato, & §. item ſi Vaſallus, ibi, vel probare per pares curtis vel per breve teſtatum, & §. ſi quis, ibi, inveſtituram per pares curtis, vel per breve teſtatum probare, lib. 1. feudorum d. tit. 2. §. ſi autem inveſtitura, ibi, per quoſlibet 50

idoneos

*idoneos teſtes, aut per publicum inſtrumentum probari poteſt, tit. 25. §, ultim. ibi, & hoc vel per inſtrumentum publicè confectum, vel per pares curtis Vaſallus poterit probare, dict. tit. 32. ibi, probari poſſit per breve teſtatum. Item ibi, ut breve teſtatum non à paribus, ſed ab aliis confirmatum ſufficiat, ad probandam novam inveſtituram, lib. 2. feudorum.*

51 *Sunt ergò, ut adducta modò loca oſtendunt teſtificationis inveſtituræ ſpecies duæ: Teſtium adhibitio, & inſtrumenti confectio, quod inſtrumentum jura feudorum breve teſtatum appellant, ut ex relatis jam locis conſtat. Teſtificationis autem nomine non hominum teſtimonia ſolum, ſed & inſtrumenta ſive tabulas contineri patet ex Ciceron. in Verrina VII. his verbis: Iſte in tabulas refert, obſignat ſignis amicorum, providens homo, ut contra hoc crimen hac teſtificatione uteretur.*

*De utraque teſtificationis ſpecie ordine diſpiciemus. Quod attinet teſtium adhibitionem, in ea duo conſideranda veniunt;* qualitas teſtium, & teſtium numerus.

*Qualitas teſtium his tribus continetur rebus, I. ut teſtes ſint liberi homines, non ſervi, tit. 58. §. 1. verſ. alioqui, ibi, liberos tamen, lib. 2. feud. II. ut maſculi ſint, non fœminæ, dict. tit. 32. §. ultim. lib. eodem feud. III. ut ſint regulariter pares curiæ ſive curtis, tit. 2. §. 1. & tit. 3. ibi ſi pares*

*pares eius curtis adſint, tit.4.§.1.ibi, coram paribus curtis, §.item Vaſallus, ibi, probare per pares curtis, §.ſi quis, ibi, per pares curtis, tit.10. in pr. ibi, per pares curiæ, tit.11.ibi, teſtibus idoneis paribus Curiæ, lib.1.feudor. tit.2. in prin. verſ. nam ſi, ibi pares curiæ illius, tit.20. in pr. ibi, per pares eiuſdem curiæ, lib.2.feudor.*

*Sunt autem pares curiæ ſive curtis eiuſdem* 52
*domini, plures Vaſalli in eodem domini territorio feuda poſſidentes, ut loca adducta arguunt, & docent Sonſbeck. in commentar. in uſus feudor. part.14.n.2. & 4. Weſenbec. in tract. de feudis cap.17.num.3.& conſil.41.num. 52. Mynſinger. cent.4. obſerv.78. in fin. Vult. tractat. de feudis cap.7.num.24.*

*Iidem quoque ſimpliciter pares curiæ dicuntur, tit.26.§.teſtes verò, ibi, teſtes verò ſint pares eius, lib.1.feud. & tit.32. ibi, non à paribus, ſed ab aliis confirmatum, lib.2.feudor. Dicuntur etiam* compares, *tit.54. de allodiis, lib.2. feudorùm. Appellantur item* pares domus, *tit.11. ibi paribus domus, lib.1.feudor. & tic.16. in princ. ibi, per pares illius domus, lib.2.feudor. tum etiam* pares de domo domini, *t.26.§.ſi quis ſe, ibi, per duos pares de domo ipſius domini lib.1.feudorum. Vnde* curtis, curia, & domus domini *idem ſignificant, territorium ſcilicet in quo dominus feudi juriſdictionem exercet.*

*Et plures illi Vaſalli fortè ideò pares vocantur, quod*

*quod eiuſdem & domini, & territorii ratione pares ſunt.*

53 *Atque hi ſoli novæ inveſtituræ adhibentur teſtes. Quod ſi alii teſtes advocentur ad inveſtituræ huius negotium, inveſtitura inutiliter facta dicitur, etiamſi ipſemet dominus fateatur eã eſſe factam, d. tit. 2. in pr. ibi. Alioqui licet alii interſint teſtes, inveſtitura minimè valet, & tit. 32. in princip. ibi, ſi ſine eis facta ſit inveſtitura, etiamſi dominus confiteatur factam, quia tamen ſine hac ſolennitate facta eſt, non valet, ubi Alvarot. num. 4. Præpoſit. num. 6. & Frideric. Schenck. Baro, num. 1.*

54 *Quodſi huius placiti feudalis quæratur ratio, reſpondet Iuriſconſultus feudiſta in tit. 58. §. idcircò pares, lib. 2. feudor. his verbis: idcircò pares neceſſarii ſunt in inſtrumento inveſtituræ, & non alii: ne quid excogitetur falſitatis in perniciem domini, aliis teſtibus inductis, corruptis fortè pecunia, vel odio, vel gratia: quæ non ſunt ſuſpicanda in paribus.*

*Cæterùm ratio hæc ſufficiens non eſt, licet enim certò conſtet ex confeſſione etiam ipſiuſmet domini, factam eſſe inveſtituram, id tamen haud ſatis eſt ad feudi novi conſtitutionem, ſed neceſſe eſt, ut pares fuerint curiæ adhibiti teſtes, alioqui non valet inveſtitura nova, ut oſtendi ex dict. tit. 2. in princip. & dict. tit. 32. in princ. lib. 2. feud.*

*Verio-*

Digitized by Google

*Veriorem adducit rationem Baro à Tantenberg, ad d.t.32.qui teſtes ſint neceſſarii,li.2.feud. Vbi ſcribit, placita feudorum ad novæ inveſtituræ actum deſiderare teſtes pares curiæ, ad ſolennitatem aliquam, quæ ſententia probatur textu in dict. titul. 2.in princip. ibi, ſolenniter fieri debet,& dict. tit.32. ibi, ſine hac ſolennitate,lib.eod.feud.*

*Solennitas autem alicuius actus autoritate juris inventa,ſubſtantialis eſt forma illius actus, & de eius eſſentia, Bald. in l. comparationes, 20. num. 5. verſ. tertiò oppono. C.de fide inſtrumentor. Vaſquius tractat. de ſucceſſionibus & ultim. voluntatib. lib.1.de teſtatoris potentia, §. 3. n.3. unde niſi ſtrictè obſervetur, actus ipſe nullus eſt, per l.Iulianus.9.§.ſed ſiquis rem, ff.ad exhibendum, l.ſi is qui 8.§. quædam legata, ff. ad legem Falcid. l.cum hi. 8.§.ſi Prætor. ff. de tranſact.l.1. §.præterea, verſ. utrumque igitur,ff.de tutel.& rationib.diſtrahend.*

*Cæterùm in quæſtionem vocatur, ſi pares curiæ inveſtitionis tempore peregrè abſuerint, num reditus ipſorum exſpectandus ſit, & differenda inveſtitura in eorum reditum, necne? Textus in tit.26.§.teſtes verò,lib.1.feud. definit, extraneos admitti teſtes, ſi tempore inveſtituræ pares abſuerint. Sed Iuriſconſultus feudiſta, in t. 33.§.nec dicatur,v. qui etiamſi abſint, lib. 2. feudor. diſertè ſcribit, quod exſpectandi ſint abſentes* 55

pares

*pares curiæ, nec valere inveſtituram in abſentia parium coram extraneis factam.*

56 *Hotoman. in diſputat. de feud. cap. 25. & ad dict. t. 26. §. 1. in verb. etiam extranei, lib. 1. feud. & in d. t. 33. §. 2. in verb. exſpectandi fuerint lib. 2. feudorum, in hac quæſtione feudiſtarum pugnantes proponi opiniones diverſis illis locis apertè ſentit.*

*At Baro à Tautenberg ad dict. tit. 26. in pr. num. 2. Franciſc. Sonſbeck. in Commentar. in uſus feud. part. 9. nu. 16. & plures alii interpretantur textum in dict. tit. 26. § teſtes verò, libr. 1. feud. de caſu, quo dominus nullos alios habet Vaſallos, & verbum* abſuerint, *exponunt,* non fuerint. *Et patet ex feudorum placitis, quod extranei adhiberi poſſunt in negotio inveſtituræ teſtes, ſi dominus alios non habeat Vaſallos, textus eſt in titul. 33. §. quod autem dictum eſt, libr. 2. feudorum.*

*Verùm Alvarot. & Præpoſitus, quos ſequitur Schrader. in tract. feudali, part. 5. cap. 5. num. 7. & Baro à Tautenberg. ad tit. 2. num. 2. libr. 2. feudorum intelligunt textum in dict. tit. 2?. § teſtes verò, lib. 1. feudorum de caſu, quo pares Curiæ qui peregrè abſunt, aut in remotiſſimo, ſive longinquo loco ſunt conſtituti: aut in propinquo quidem loco morantur, ſed tot tantisq; negotiis diſtringuntur, ut vel facilè citari nequeant, vel vocati redire brevi non poſſint. Eandem explicatio-*

*cationem probat Ioan. Borcholt. Præceptor meus in Commentar. in conſuetud. feudorum, cap. 7. num. 26. ubi ſcribit, quod exſpectari abſentes debeant pares curiæ, ſi mox ſint reverſuri. Sin diutius emanſuri fuerint in locum ipſorum adhibendos eſſe extraneos.*

*Cuiac. in tit. 36. lib. 4 feudor. in ea eſt opinione, ſi pares Curiæ inveſtitionis tempore abſint peregrè, confeſtim extraneos vocari poſſe teſtes. Et ut concordet cum d. t. 26. §. teſtes verò, libr. 1. feud. cum text. in d. t. 33. §. nec dicatur, lib. 2. feudor. inſerit ibi particulam,* non, *ac legit;* non valere, *quæ certè textus correctio odioſa eſt, & eo maximè loco inepta, ut ſubjuncta ratio arguit.*

*Hermanus Vulteius libr. 1. de feudis, cap. 7. num. 27. pag. 150. in fin. arbitratur, dictum §. teſtes verò, non abſurdè intelligi de caſu, quo pares Curiæ vel nolunt; vel non poſſunt inveſtitionis actui adeſſe.*

*Quamvis autem non contemnendas omninò putem adductas aliorum opiniones & interpretationes varias: reor tamen alia ratione, nõ planè abſimili à Baronis à Tautenberg, & Sonſbeckii explicatione, in concordiam reduci poſſe textum in dict. tit. 26. §. teſtes verò, lib. 1. feudorum, cum text. in dict. tit. 33. §. nec dicatur, lib. 2. feudorum, hac nimirum, ut dicamus, priori loco Iuriſconſultum diſſerere potiſſimum de inveſtituræ probatione, non præcipuè de teſtium adhibitione*

Dd tione

*tione inveſtitionis tempore, & quales debeant eſſe teſtes illi, qui deſiderantur in inveſtituræ faciendæ negotio, de quo poſteriori differit Iuriſconſultus in dict. titul. 33. §. nec dicatur. Docet enim feudiſta loco illo priori, in caſu ibi propoſito, probationem inveſtituræ per Vaſallum fieri debere cum primis per pares Curiæ. Verum extraneos quoque factæ aliquando inveſtituræ probandæ cauſa in judicio feudali recipiendos eſſe in teſtes, ſi tempore inveſtitionis pares Curiæ abfuerint, id eſt, nullos alios eo tempore Vaſallos dominus habuerit, proindeque extranei teſtes inveſtituræ actui adhibiti fuerint, quod fieri potuit, ut oſtendi ex dict. tit. 33. §. quod autem dictum, lib. 2. feudorum.*

*Nec debet cuiquam verbi illius* abfuerint *explicatio, iſthæc dura videri: ſiquidem & conditoribus juris abeſſe dicantur etiam illi, qui in rebus humanis non ſunt, l. mulieris 13. §. ultim. in fin. ff. de verb. ſign. c. ſi delegatus in princ. tit. de offic. & poteſt. jud. deleg.*

*Quin etiam verbum* abfuerint *in dict. titul. 26. §. teſtes verò, lib. 1. feudorum, ſi de peregrè abſentibus Curiæ paribus accipi, ac de illis tantùm exaudiri debet abſentibus, qui ad inveſtituram citati ſunt, quorumque reditum dominus juxta textum in dict. titul. 33. §. nec dicatur, lib. 2. feudorum, aliquandiu poſt citationem factam exſpectavit, ſed fruſtrà, proindeq́ ad inve-*

*inveſtituræ negotium proceſſit, eiq́; teſtes extraneos adhibuit.*

*Citandi ſunt per dominum abſentes pares Curiæ ad inveſtitionis negotium, & reditus ipſorum aliquandiu exſpectandus, ut monet locus proximè allegatus, & docent Bald. nu. 7. Alvarot. n. 8. Præpoſit. num. 9. ad tit. 2. quid ſit inveſtitura, libr. 2. feudorum, Sonſbeck. in Commentar. in uſus feud. part. 9. num. 15. VVeſenbec. tractat. de feud. cap. 8. num. 13. & Ioſeph. Maſcard. de probat. concluſ. 942. num. 7. Quodſi verò citati intra juſtum tempus non redierint, ut qui nimis longa itinerum intercapedine ſunt disjuncti, peragi poteſt inveſtitionis negotium etjam coram extraneis teſtibus, argum. dict. t. 33. §. nec dicatur, libr. 2. feudorum, quo loco verba;* tunc temporis, *arguere videntur illorum parium abſentiam, qui nunc quidem peregrè abſunt, id eſt, præſenti tempore quo primum intendit facere inveſtituram dominus, ſed paulo poſt ſunt reverſuri. Eſt enim dictio* tunc *reſtrictiva, Can. ultim. verſ. tunc enim, diſtinct. 93. Dec. conſil. 63. num. 2. conſil. 89. nu. 3. & conſil. 422. colum. 2. Pariſ. conſil. 92. num. 10. lib. 2. Socin. Iunior conſil. 4. num. 21. & conſil. 100. num. 26. lib. 3. Cravett. conſil. 98 num. 6. Menoch. conſil. 152. num. 41. lib. 2. Proindeq́; in dict. tit. 33. §. nec dicatur, lib. 2. feudorum, reſtringit domini propoſitum volentis inveſtituram facere ad*



Digitized by Google

*præſens illud tempus ſolummodò, non etiam ad tempus poſtmodum ex longo intervallo ſubſequuturum, quod exſpectare dominus non tenetur, ſi pares Curiæ abſentes citati juſto tempore non compareant.*

57 *Hinc quæſtio oritur, quamdiu dominus abſentes Curiæ pares exſpectare teneatur, antequam extraneos inveſtituræ negotio teſtes adhibere poſſit? Bald. ad dict. titul. 33. num. 5. lib. ſecund. feud. primùm præſcribit duos menſes. Deinde ſe ipſum corrigens, exiſtimat, definitionem hujus temporis committi judicis debere arbitrio: quàm poſteriorem ſententiam placere video etjam Alvarot. ad eundem titul. 33. §. quod autem, num. 3. tum etiam Sonſbeckio in Comment. in uſus feudor. part. 9. n. 17. & Ludolpho Schradero in tractat. feudal. part. 5. cap. 2. num. 2. &*

58 *quidem rectè. Quòd † enim jure definitum non eſt, neque in univerſum definiri poteſt, judicis arbitrio æſtimandum relinquitur, l. 3. ff. de teſtibus, & l. quod dicitur, 15. ff. de impenſis in res dot. factis, Menoch. de arbitr. jud. quæſt. in prooemio lib. 1. n. 3. 4. & 5.*

59 *Eſt & illa hujus loci quæſtio, ſintne cogendi pares Curiæ, ut veniant, ſi ad inveſtitionis negotium vocati, venire recuſent, cogendi inquam dictione mulctæ, an verò hoc caſu extranei adhiberi teſtes debeant? poſterius communi Dd. calculo receptum eſt; ut ſcribit Schraderus in*

*tract.*

tract. feudali part. 5. cap. 2. n. 11. §. quintò hoc fallit, & Sonſbeck. in Comment. in uſus feud. part. 9. n. 18. argumento l. ſi legatario 22. §. ult. ff. de fideicommiſſar. libert. Prius verò placuit Baroni à Tautenberg ad dict. tit. 2. in prin. num. 2. lib. 2. feud. cuius ſententiam in puncto juris veriorem putat Vulteius tractat. de feud. lib. 1. cap. 7. num. 27. pag. 152. in prin.

Et licet communis illa opinio & mihi aliquando placuerit: altera tamen iuri magis conſentanea mihi modò videtur: Tùm quia neceſſariò adhiberi debent inveſtituræ novæ pares tantùm curiæ, ſi haberi poſſunt, cum idipſum ſit de forma ſubſtantiali inveſtituræ, ut ſupra oſtendi: Tùm quia domini multùm intereſt, hos ſolos adhiberi teſtes inveſtitionis negotio, dict. titul. 26. §. teſtes verò, libr. 1. feudorum, & tit. 58. §. iccircò pares, libr. ſecund. feudorum: Tùm etiam quia Vaſallus jure obligatus eſt ad fidelitatem ei præſtandam. tit. 4. 5. 6. & 7. libr. 2. feud. Non autem minima eſt portio fidelitatis præſtatio, teſtimonium veritatis prohibere domino. Sed obligatus cogi poteſt ut præſtet quod debet, §. 1. Inſtit. de oblig. Tùm poſtremò quia jure etiam communi cogi aliquis poteſt, invitus ut teſtimonium dicat, l. 4. l. 5. l. inviti, 8. & l. inviti 19. ff. de teſtibus. Cùm inviti pares curiæ cogi poſſint ad dandum teſtimonium in cauſa feudali, ſi de inveſtitura contentio ſit inter Dominum & Vaſal-

*lum, tit. 2. in princ. verſ. ſi enim, lib. 2. feudor. Poſſunt quoque cogi, ut interſint negotio inveſtituræ, per text. tit. 32. in pr. lib. 2. feud. ſiquidem de inveſtitura teſtimonium ferre nequeant, niſi adhibiti ſint inveſtitionis actui. Conſequens enim cum præcipiant feudorum placita, videtur quoque præcipere antecedens, argum. l. illud 77. ubi Bart. & alii, ff. de adquir. vel amitt. hered. l. ad rem mobilem 56 ff. de procurat. & l. 2. ff. de juriſdict. Advocat Baro in opinionis ſuæ argumentum l. un. ff. ſi quis jus dicenti non obtemp. ſed eo loco non de multæ dictione, ſed ordinaria pœnali agitur actione.*

*Firmamentum communi opinioni tribuit nullum, ſed potius alterum juvat ſententiam textus d. l. ſi legatario, 22. §. ult. ff. de fideicommiſſ. libertat. quippe cum diſertè eo loco tradatur, quod coheres, qui fruſtrandi gratia fideicommiſſi copiam ſui non facit plectatur pœna quadam, quæ eſt amiſſio juris patronatus, quod totum accedit heredi obedienti.*

*Nihil quoque roboris capit communis concluſio ex eo, quod ad teſtamenti factionem teſtes cogi non poſſunt, l. qui teſtamenta 20. §. ult. ff. qui teſtam. fac. poſſ. Ferd. Vaſq. de ſucceſſionib. & ultim. voluntatib. part. 1. lib. 2. de ſucceſſionum creatione, §. 17. num. 5. & §. 18. num. 295. Teſtamenti enim factio eſt actus plerunq; extra judicialis, & merè privatus. Sed inveſtitura eſt quaſi judiciale*

*ciale negotium, cum dominus & pares Curiæ, qui ad inveſtituræ actum deſiderantur ſint ordinarii judices in feudalibus cauſis, tit. 34. in prin. & tit. 55. §. ult. lib. 2. feudorum.*

*Quod ſi dominus nullos habeat pares Curiæ, rectè advocantur ad novæ inveſtituræ negotium extranei teſtes, tit. 2. §. ſi autem inveſtitura, tit. 33. §. quod autẽ dictum, & t. 58. §. quod autem, lib. 2. feud. Vt & ſi habeat quidem compares, illorum autem copia haberi non poſſit, ut antea oſtendi.*

*Si unum duntaxat Vaſallum in ea curte ſua, ſive curia habeat dominus, qua novam inveſtituram facere intendit, eum advocare illiq́; extraneos adjũgere debet, Bald. n. 7. & Baro à Tautenberg n. 2. ad dict. tit. 2. lib. 2. feud. Sonſbeck. in commentar. in uſus feudor. part. 9. n. 18. & Schrader. tract. feudal. dict. part. 5. cap. 2. num. 9. verſ. tertiò fallit. Sin tamẽ domino ſint Vaſalli in quadam alia curte exiſtimo hos extraneis præferri debere, arg. tit. 58. de notis feudor. §. item ſciendum, verſ. iccrcò pares, lib. 2. feud.*

*Non eſt levis quæſtio, num etiam ad novam inveſtituram, quam Clerici faciunt, pares tantũ curiæ teſtes vocari debeant, ſi quos dominus Clericus habeat? Negandũ videtur ex textu in t. 26. §. hæc omnia, verſ. in Clericorum, lib. 1. feud. ubi feudiſta,* in Clericorum, *ait,* feudo pariter accipiuntur pares, & extranei, *ſed text. in tit. 32. in prin. lib. 2. feud. affirmativam tueri cenſetur,* 60

*his verbis*; Sive Clericus, ſive Laicus ſit dominus, ad probandam novam inveſtituram, ſemper pares Curiæ ſunt neceſſarii: & ſi ſine eis facta ſit inveſtitura, etiamſi dominus confiteatur factam: tamen ſi ſine hac ſolennitate facta eſt, non valet.

61 *In conciliandis hiſce locis Interpretes mirificè variant. Quidam arbitrantur, de quæſtione hac pugnantes fuiſſe feudiſtarum opiniones, illorum verò eſſe receptam ſententiam, qui voluerunt hanc neceſſitatem remiſſam eſſe Clericis, & eis permiſſum, ut pares & extraneos pariter adhibeant, eò quod hoc pronunciatum non ſimpliciter, ſed adpoſita ratione relatum ſit in dict. t. 26. §. in clericorum, lib. 1. feud. Cæterùm quia Iuriſconſultus in d. t. 32. in pr. lib. 2. feud. ſimiliter rationem adiiciat, hanc nimirùm, quod de ſolennitate inveſtituræ ſit, ut pares tantùm curiæ adhibeantur, ſive Clericus, ſive Laicus ſit dominus, nõ eſt admittenda hac conciliandi ratio: maximè verò cum diſcrepantes autorum opiniones in feudorum libris ſignificentur ſemper verbis expreſſis, ut tit. 7. §. moderni autem, & tit. 8. §. hoc quoq; verſ. alii autem dicunt, titul. 9. verſ. licet alii dicant, & tit. 27. §. ſi quis inveſtierit, lib. 1. feud. tit. 17. §. ult. tit. 28. in pr. tit. 30. tit. 32. tit. 34. §. 1. verſ. quidam autem dicunt, & §. 2. tit. 36. & tit. 41. v. quidam tamen dicunt, tit. 47. & tit. 51. §. 1. & §. ſimiliter ſi quis, lib. 2. feud.*

*Hote-*

*Hotomannus interpretatur textum in di. t. 32. in princ. lib. eod. feudor. de vero feudo: at textum in di. tit. 26. §. in Clericorum, lib. 1. feudor. non de feudo ita propriè dicto, ſed de beneficio, id eſt ſacerdotio Eccleſiaſtico accipiendum putat. Verùm neq; hic concordandi modus mihi probatur: Tùm quia proximo illo loco Iuriſconſultus expreſſè feudi meminit,* In Clericorum, *ait,* feudo, *&c. & poſtea,* Cum, *ait,* Clerici quoſdam de feudo inveſtiũt, *&c. Verborũ autem propria ſignificatio capienda eſt, l. non aliter, 69. in princ. ff. de legat. 3. l. quæritur, 9. ff. de ſtatu hominum, & l. 1. §. licet, ibi, in re igitur dubia, ff. de exercitoria act. Tùm etiam quia loco illo proximo, Iuriſconſultus Laicorum feudo opponit feudum Clericorum, ut patet ex collatione §. teſtes verò, cum dict. §. in Clericorum. In illius inveſtiturâ pares tantùm curiæ: in huius verò inveſtitione, & pares & extraneos pariter admittit. Quod ſi de ſacerdotio loqueretur, non propriè de feudo vero, plenius eam explicaret appoſitionem, & de ſacerdotio nominatim loqueretur.* 63

*Herman. Vulteius lib. 1. de feudis, cap. 7. nu. 28. pag. 153. putat textum in dict. tit. 32. in prin. lib. 2. feudor. exaudiendum eſſe de veteri feudorum conſuetudine: textum verò in dict. tit. 26. §. In Clericorum, lib. 1. feudor. intelligendum judicat de novis & receptis feudorum moribus.* 65

*Sed diſplicet mihi & hæc interpretatio, ac conciliandi ratio. Tùm quia veriſimile non eſt, jus vetus libro feudorum poſteriori, novum priori libro proponi, cùm leges poſteriores contrariæ pro nobis habeantur, & derogent prioribus, l. ſed & poſteriores, 28. ff. de legib. Tùm quia textus in dict. tit. 32. in princ. non minus receptæ & retentæ ſententiæ enunciatum continet, quàm textus in dict. tit. 26. §. in Clericorum, lib. 1. feudor. cum utrique pronunciato adpoſita ſit ratio. Tùm etiam quia in feudorum libris nominatim ſignificari ſolet, ſi jus aliquod conſuetudine contraria ſit receptum, ut arguit. tit. 13. lib. 1. feudor. tit. 26. §. moribus receptum, tit. 34. in princ. & §. 1. tit. 39. §. non eſt conſuetudo, & tit. 40. in princ. ibi, ſicut & antiquitùs conſuetudo fuit: ſed non Mediolani, lib. 2. feudor. Tùm poſtremò, quia jurium correctio præſumi non debet, l. ſancimus, 27. in princ. verſ. quod enim non mutatur, C. de teſtamẽtis, nec intelligitur prior aliqua lex mutata per novam, niſi expreſſè & nominatim illud ſignificetur, l. præcipimus 32. §. ult. C. de appellat. & c. 1. tit. de conſtit. in 6. dict. l. ſancimus, 27. in fin. C. de teſtam.*

64 *Pleriq; alii explicant textum in dict. tit. 26. §. hæc omnia, verſ. in Clericorum lib. 1. feudor. de feudo, quod Clericus, puta Prælatus in Eccleſiæ bonis alicui conſtituit: at textum in dict. tit. 32. in princ. lib. 2. feud. interpretantur de feudo,*

*do, quod Clericus concedit alicui in bonis propriis. Id quod jure facere poteſt Clericus, per textum in tit. 35 in princ. lib. 2. feud.*

*Atq; hæc conciliandi ratio omnium optima & veriſſima mihi videtur. Tùm quia Clericus in bonis propriis pro Laico habetur, l. 3. ubi Dd. C. de Epiſcop. & Cleric. gl. in Canon. poſſeſſiones. 16. quæſt. 4. Tùm etiam quia aliàs quoque alia eſt conditio feudi, quod Clericus in propriis bonis alicui dedit; alia item ratio eius feudi, de quo Clericus in bonis Eccleſiæ aliquem inveſtivit, ut arguit text. in dict. tit. 35. lib. 2. feud.*

*Sed videamus diverſitatis rationem, cur Clericus de reb. Eccleſiæ inveſtire per feudum poſſit Vaſallum novum, non ſolum coram paribus Curiæ, ſed & extraneis teſtibus adhibitis. Iuriſconſultus in dict. t. 26. §. hæc omnia, verſ. in Clericorum, lib. 1. feud. hanc adfert rationem, quod Clerici, cum quoſdam de feudo inveſtiunt, ſæpè abſconsè, & ſine præſentia ſuorum confratrum id facere ſtudeant, cuius argumenti vim veteres juris feudorum interpretes non expenderunt. Hotomannus verò in diſput. de feudis, cap. 25. eam rationem abſurdam vocat, & ridiculam. In dict. verſ. in Clericorum, delirationem feudiſticam appellat, ſiquidem quò magis furtim, latenter, & occultè Clerici inveſtiant, eo magis palam & apertè id facere jubendi fuerint.* 65

*Hermannus autem Vulteius, lib. 1. de feud. cap.*

*cap. 7. numer. 28. pag. 156. & ſeq. ſcribit, adpoſitam illam diverſitatis rationem in feudo Clericorum neque propoſitæ quæſtioni, neq; eius deciſioni convenire, proindeq; textum corrigendum, & pronomen ſuorum, vel expungendum, vel pro eo* ipſorum *legendum putat, & vocem* confratrum *interpretatur de convaſallis, ſive parib. curiæ. At quia textus correctio, ut odioſa, omninò evitāda eſt, nec uſquam in feudorum libris pares curiæ dicuntur confratres, ſubſcribere huic Vultei coniecturæ planè renuo, maximè cum hac admiſſa vocis* confratrum *interpretatione, minus conveniret ratio illa propoſitæ quæſtioni, & deciſioni illius. Quæſtio enim eo loco affirmativè enunciatur, hoc axiomate: Clerici etiam coràm extraneis novam facere poſſunt inveſtituram. Argumentum, quo probatur enunciatum, ſi Vultei explicationem vocis* confratrum *ſequamur, tale eſt,* quia Clerici abſque præſentia parium curiæ inveſtire ſtudent: *quod certè argumentum nō magis propoſitam firmat quæſtionem, quàm ſi affirmes,* febricitanti vinum eſſe dandum, eò quod is vinum bibere ſtudeat: *aut ſi contendas,* Titio furi impunè indulgendum eſſe furtum, eò quod Titius furari ſtudeat. *Deniq; ſi iſthæc argumenti illius ſententia eſſet, ineptè diſtinguerentur hac in parte ipſi Clerici à Laicis dominis, ſiquidem tàm pro Laicis militaret ea ratio, quàm pro ipſis Clericis.*

*Meam*

*Meam igitur ut hîc proferam quoque cenſuram, communem puto retinendam lectionem, in dict. verſ. in Clericorum, & argumentum illud feudiſtæ à comparatis dictum judico; ut ſit loci illius hic ſenſus: Clerici, id eſt, Eccleſiarum Prælati de rebus Eccleſiaſticis, in feudum dari ſolitis, inveſtituram facere poſſunt novam abſq; paribus curiæ, coràm teſtibus extrancis. Quia id poſſunt etiam abſq; ſuorum cõfratrum, id eſt, cæterorum eiuſdem collegii Clericorum præſentià & conſenſu, uti eum locum accipiunt Curt. Iun. in tract. feud. part. 2. quæſt. 1. & 2. Zaſ. in epit. feudor. part. 5. Duar. in comment. in uſus feudor. cap. 6. nu. 4. Quia verò abſque conſenſu, & præſentia confratrum ſuorum, id eſt, cæterorum Clericorum inveſtituram facere poſſunt prælati Eccleſiarũ, de feudo eiuſmodi Eccleſiaſtico; multò magis id poſſe debent abſq; paribus curiæ; ſiquidem inveſtituræ negotium potius ad cæteros quoq; pertinere Clericos, quorum intereſt magni, ut Eccleſia idoneum habeat Vaſallum, quàm pares curiæ contingere videatur. Atq; illi ſemper convocandi ſint ad aliquem actum, quorum intereſſe potiſſimùm videtur, ut adhibeantur, l. de unoquoq;, 47. in princ. ff. de re judic. & l. 2. C. de adopt. ut proinde cum neceſſitas adhibendi inveſtituræ confratres remiſſa ſit prælato; multò etiam magis ei remiſſa intelligatur neceſſitas cõvocandi ad inveſtituræ negotium pares curiæ.*

*Quem-*

*Quemadmodum prædictis caſibus pares curiæ, & extranei pariter adhiberi poſſunt, ita quoque rectè convocantur extranei teſtes, ſi conſuetudo loci, aut ſingulare ſtatutum idipſum ferat, arg. tit. 1. lib. 2. feud. Ludolph. Schrad. tractat. feud. part. 5. c. 2. n. 11. verſ. ſeptimò hoc fallit.*

*Similiter rectè adhiberi extraneos teſtes, ſi pares curiæ tempore inveſtitionis ſint inhabiles, & minus idonei, qui peragendo inveſtituræ negotio adhibeantur, exiſtimat poſt Matth. de Afflict. ad tit. 33. de conſuetudine recti feudi, in pr. nu. 22. lib. 2. feud. Ludolph. Schrader. tractat. feudali, part. 5. cap. 2. nu. 10. arg. l. ut gradatim, §. 1. ff. de munerib. & honorib. junct. l. quoties, 6. ff. qui ſatiſdare cog. Verùm reor, ſi ideò ſint pares curiæ inhabiles, quia vel pupilli adhuc ſunt, vel ex caſu muti, ſurdi, cæci, mente capti, horum tutores vel curatores potius adhibẽdos eſſe, quàm alios extraneos teſtes. Tùm quia tutores & curatores Vaſalli abſque mandato fidelitatis juramentum nomine pupilli, vel adulti præſtare domino poſſunt, Bald. in tit. 3. §. nulla, lib. 2. feud. Iacobin. de S. Georgio, tractat. feud. in verb. qui quidem inveſtiti, nùm. 12. argum. l. videamus 4. in princ. ubi Alex. & Iaſon. ff. de in litem jur. Iaſon in l. juſiurandum, 34. §. 1. ff. de jurejurand. Cùm tamen alius extraneus idem facere abſq; ſpeciali mandato non poſſit, feudiſtæ in d. t. 3. §. ult. lib. 2. feud. & latè oſtendi ſupra eo-dem*

Digitized by Google

dem hoc capite noſtro 4. Tùm quia tutores & curatores ſpeciali juramento obligati ſunt ad tutelam, itemq; curam fideliter adminiſtrandam. Reichs Abſchied zu Augſpurg/ de anno 1548. tit. von der Pupillen vñ minderjärigen Kinder Tutorn vñ Vormündern/ Item Reichs Abſchied zu Franckfurt am Mayn/ de anno 1577. tit. von der Pupillen vnd minderjärigen Kinder Vormündern: Tùm poſtremò quia tutores & curatores in rebus pupillorum, & adoleſcentum, loco dominorum habentur, l. tutor qui tutelam, 27. ff. de adminiſtr. & peric. tutor. l. ad ea 157. in pr. ff. de reg. jur. l. interdum fur, 56. §. qui tutelã, ff. de furtis, & l qui feudũ 7. §. ſi tutor. ff. pro emptore.

Quid verò ſi extranei ſint teſtes, qui tempore inveſtituræ pro paribus curiæ nommuni hominum opinione judicati fuerunt, numquid inutiliter facta dicitur inveſtitura? Ita quidem prima fronte dicendum videtur, ſiquidem in ſolenni quodam actu omiſſio ſolennitatis ſubſtantialis, qualis eſt præſentia pariũ curiæ in inveſtitionis actu, d. t. 32. in pr. lib. 2. feud. vitiat ipſum actum etiam in parte minima, l. Iulianus 9. §. ſed ſi quis rem 3. verſ. nam mutata forma, ff. ad exhibend. Bald. in l. 1. ff. de lib. & poſt. Ant. de Butr. in c. Piſan. extr. de reſtit. ſpoliat, Felin. in c. cum dilectus, extr. de reſcript. Gramm. deciſ. 79. nu. 11. Hippolyt. Riminald. conſil. 249. num. 28. Tyber. Decian. Reſp. 86. num. 1. & 5. vol. 2. Hieron. 68

Pantz-

*Pantzshman. quæſt. 23. nu. 9. lib. 2. confert eõdem, quod ſervus teſtamento datus per errorem tutor, inutiliter datus dicitur, in l. ſi quis 22. ff. de teſtament. tutel. l. generaliter 24. §. ſi quis tutorem, ff. de fideicommiſſ. libert. & §. planè ſi per errorem, Inſtit. qui teſtam. tutores dar. poſſint. Accedit deniq; in confirmatione eiuſdem ſententiæ, argum. tit. 3. §. perſonam verò lib. 2. feud. ex quo loco diſcimus, quod ſervus ex errore domini de feudo inveſtitus, inutiliter inveſtitus dicatur.*

*Atqui nihil obſtantibus hiſce argumentis, concludendum eſt, valere inveſtituram. Tùm quia licet in teſtamẽto ſervus teſtis eſſe nequeat; l. qui teſtamento, 20. §. ſervus quoq; 7. ff. qui teſtamenta facere poſſunt, & §. teſtes autem, Inſtit. de teſtam. ord. Si tamen omnium conſenſu pro homine libero judicatus fuerit ſervus, teſtamento adhibitus teſtis, valet teſtamentum, l. 1. ubi gl. & Dd. C. de teſtam. Tùm etiam quod ſententia judicialis à ſervo data valet, ſi omnium juditio pro homine libero fuerit habitus, cum conſtitueretur Iudex, l. Barbarius, ff. de offic. prætor. Tùm poſtremò, quia etiamſi teſtis in judicio eſſe prohibeatur ſervus, l. quoniam 11. junct. auth. ſi teſtis. C. de teſtib. c. forus in fin. extr. de verb. ſig. attamen ſi tempore atteſtationis omnium opinione habitus fuit pro homine libero ſervus, valet eius depoſitio, ut poſt alios tradit Alberic. de Mal. tis, tract. de teſtib. cap. 5. nu. 5. His argumen-*

Digitized by Google

*gumentis adiungenda etiam autoritas Alvaroti & Præpoſiti in dict. tit. 32. lib. 2. feud. & eiuſdem Alvaroti in tit. 19. an removeri debeant teſtes, qui pares eſſe deſierunt, lib. eod. feud. & Schrader. tract. feud. part. 5. cap. 2. nu. 11. verſ. octavò hoc fallit. Argumenta, quæ contrariam ſuadere videntur opinionem, exaudienda ſunt de ſolius domini ignorantia, non de communi omnium opinione & errore.*

*Huic quæſtioni proxima eſt illa, ſi poſt inveſtitionis actum conſtiterit de extranea conditione eius, qui prius omnium opinione pro pare curtis habitus fuit, an poſtmodum extraneus ille de ipſa inveſtitura probanda teſtis produci poſſit? Aientem amplecti ſententiam nihil dubito, ſi inveſtitura aliter probari non poſſit, argumento text. l. ſervi. 7. de teſtibus, & l. divus, 9. ff. de quæſtionibus junct. text. in dict. titul. 19. lib. 2. fendor.* 67

Succedit *teſtationis inveſtituralis ſpecies altera, breve teſtatum, quod eſt inſtrumentum publicum, inveſtituræ negotium continens, teſtium ſubſcriptione munitum, quod enim dicitur* breve teſtatum *in tit. 2. §. 1. tit. 3. t. 4. §. 1. §. ite ſi Vaſallus, & §. ſi quis, lib. 1. feud. & t. 32. lib. 2. feud. id appellatur inſtrumentum publicũ in tit. 2. §. ſi autem inveſtitura, & titul. 25. §. ultim. lib. eodem feud. Iure quoque communi omnis ſcriptura in fidem rei confecta,* breve, *item* bre- 68

*Ee* vicu-

viculum *appellatur, l. inter chartulas, 5. ubi Cuiac. C. de conveniend. fiſci debitorib. lib. 10. dicitur item notitia, in l. 1. ubi, Cuiac. C. de excuſat. artific. lib. eod. non ineptè etiam periculum vocari poteſt, arg. rubr. Cod. de ſentent. ex peric. recitand. ubi notat Cuiac. Idem Cuiac. lib. 5. obſervat. cap. 25. in fin.*

69 *Quia verò publicum dicitur inſtrumentum, hæc altera teſtationis inveſtituralis ſpecies breve ſcilicet teſtatum, non abſurdè in quæſtionem vocari poteſt, an confici à tabellione tantùm debeat? Cuiac. id exiſtimare videtur in tit. 44. lib. 4. feudor. his verbis:* Pares duo ſufficiunt, aut breviculum, quod breve teſtatum dicitur, id eſt, tabellionis adnotatio brevis; *quæ ſententia confirmari quoque videtur hoc argumento, quod à Tabellione, ſive Notario ſolenniter confectum inſtrumentum dicitur publicum, ſive publicè confectum, l. ſcripturas 11. verſ. ſin autem, C. qui potiores in pignore habeant. Novel. 73. cap. 5. & 7. ibi, ſiquidem publicè ſit confectum, l. contractus 17. ibi, & ſi per tabellionem conſcribantur, l. comparationes, 20. in princ. ibi, publicè confecta, C. de fide inſtrument.*

*Cæterùm inveſtituræ inſtrumentum confici quoque poteſt à jurato civitatis ſcriba, ſi ei conſuetudo loci autoritatem tabellionis deferat, ut in hoc Ducatu VVirtembergico, uti ſentit Sichard. in l. 5. nu. 3. C. de probat. quod pronunciatum*

*tum confirmat text. in c. cum dilectus, §. ſuper, extr. de fide inſtrum.*

*Quinetiam licet à privato ſcriba conficiatur breve teſtatum, attamen publicum rectè dicitur inſtrumentum, ſi dominus feudi inveſtituram faciens, vel Princeps ſit, vel Epiſcopus, cui propter approbantem patriæ conſuetudinem creditur, & ſigillo eius communiatur inſtrumentum, arg. text. in d. c. cum dilectus, ubi Cuiac. & c. ſcripta, ibi, niſi per manum publicam, aut authenticum ſigillũ, extr. de fide inſtr. & c. tertiò loco, ibi, ſigillo capituli, extr. de probat. & ſentit Matth. Coler. tract. de proceſſib. execut. part. 3. c. 1. n. 82.*

*Similiter poſt Alvarot. Curt. Iun. tract. feud. part. 2. c. de feudis Laicorum. q. 4. n. 20. mihi pag. 174. & Schrad. tract. feud. part. 5. c. 2. n. 12. generaliter tradunt, ſufficere breve teſtatum ad probandam inveſtituram, ſi domini inveſtitoris ſigillo munitum ſit. Quam ſententiam judico veram, ſi in ipſo inſtrumẽto dicatur cuius ſit ſigillũ, item quod per eundẽ, cuius eſt, fuerit appoſitum, & in quem finem ſit adiectum. Vt † enim ſigillum* 70 *obliget ſigilli dominum tria coniunctim requirũtur: Primò ut exprimatur in inſtrumento, cuius ſit ſigillum. Secundò ut adiiciatur etiam, à quo opponatur. Tertiò in quem finẽ adiiciatur. Panorm. poſt Innoc. in c. 2. nu. 14. & 15. extr. de fide inſtrument. & Felin. latè in c. poſt ceſſionem, num. 17. extr. de probat. Cùm enim ſigillum per*

*ſe nihil loquatur, ut res inanimata; Bald. in l. falſus, 2. in fin. C. de furtis. Felin. & Deci. in c. tertio loco, nu. 1. extr. de probat. Gravet. conſil. 46. nu. 5. part. 1. ſed ſit mutus, & incertus teſtis, Bald. in conſtitut. de pace conſtant. § impe- rialis Clementiæ, nu. 7. fidem certè nullam facit per ſe contra ſigilli dominum. Coler. de proceſſib. executiv. part. 3. cap. 1. nu. 125. & ſeq. ſi tamen ex circumſtantiis poſſit colligi, à quo, vel cuius voluntate adpoſitum ſit ſigillum, non vitiari inſtrumentum ſentit poſt alios Maſcard. de probat. vol. 3. concluſ. 1302. nu. 11.*

71 *Sed quæritur, an ſolum ſufficiat ſigillum, ut probet inſtrumentum contra ſigillantem, aut verò ſigillantis quoq; ſubſcriptio ſit neceſſaria? De hac quæſtione diſcrepantes ſunt Dd. opiniones, quos refert Maſcard. dict. concluſ. 1302. nu. 5. & 6. vol. 3. Eas autem alii in concordiam reducere conantur hoc modo, ut neceſſaria quoque ſit ſubſcriptio, præter ſigillum, ſi de magno agatur præiudicio: ſin negocium modicum fuerit præiudicii, non deſiderari inſuper ſubſcriptionem: quam conciliationem probat etiam Maſcard. dict. concluſ. 1302. nu. 7. ubi ex Dd. adhuc aliam diſſidii illius compoſitionem addit, quæ hæc eſt; ſi conſtet ſigillum eſſe illius, cuius nomine dicitur appoſitum, non eſſe neceſſum, ut ſubſcriptio etiam ab eodem ſit facta, modò tamen probetur, ut ſeq. nu. 8. & 9. ſubiicit appoſitum eſſe ſigillum voluntate*

*tate domini, cuius juſſu inſtrumentum dicitur confectum.*

*Vt autem legitimum ſit inſtrumentum inveſtituræ, breve ſcilicet teſtatum, corroborari teſtium ſubſcriptione debet, tit. 2. in princ. verſ. ſi enim domino, ibi, vel per publicum inſtrumentum à tribus vel duobus paribus confirmatum, & tit. 32. §. ſed ſi alii, lib. 2. feudor. Atque hinc breve nominari teſtatum, quod teſtium ſubſcriptione communiri debeat ſentit Schneid. de feud. cap. 4. nu. 28.* 72

*Sed quæſtio ſatis eſt ardua, de qualitate horũ teſtium, debeantne pares eſſe curiæ, an ſufficiant etiam extranei teſtes? Obertus & Gerard. exigũt hîc pares tantùm curiæ, d. t. 2. in pr. verſ. ſi enim, & d. t. 32. §. 1. lib. 2. feud. cæteri verò Mediolanen. reſcripſerunt, ſufficere extraneos etiam teſtes, d. t. 32. §. conſules tamen, lib. eod. feud. Hæc contraria autorum placita alii aliter in concordiam reducere conantur. Gloſſ. in tit. 2. in pr. verſ. ſi. n. domino, & ibid. Matth. de Afflict. n. 14. li. 2. feud. & Ludolph. Schrad. tract. feud. part. 5. c. 2. nu. 5. diſtinctione quadam componendum diſſidium illud exiſtimant: quæ hæc eſt: aut dominus eſt in poſſeſſione rei feudalis, aut poſſeſſionem eius habet Vaſallus. Priori caſu inveſtituram probari debere putant per breve teſtatum, cui pares curiæ ſubſcripti leguntur. Caſu poſteriori probationem inveſtituræ rectè fieri autumant* 73



Digitized by Google

*per breve teſtatum, ſubſcriptione extraneorum teſtium corroboratum.*

*Hac diſtinctione omiſſâ, quidam volunt, ſi dominus pares curiæ habeat, horum tãtùm ſubſcriptione breve teſtatum confirmari debere: ſi deſint Curiæ pares, extraneorum teſtium ſubnotationem ſufficere Petr. Nic. Mozz. tract. de feud. c. de ſubſt. ſeu requiſ. n. 63. Duar. in cõment. conſuet. feud. c. 21. n. 5. Vult. lib. 2. de feudis, c. 3. n. 16.*

*Alii autem volunt Mediolanenſium ſententiam in ipſorum tantùm Curia eſſe receptam, alibi verò procedere placitum Oberti & Gerardi, Alvarot. nu. 4. & Frid. Schenck Baro à Tautenberg, in dict. tit. 32. lib. 2. feud.*

*Nonnulli verò autumant, indiſtinctè vel pares Curiæ, vel extraneos ſubſcriptioni brevis teſtati jure adhiberi, etiam in caſu, quo dominus habet pares Curiæ, Zaſ. in epit. jur. feudor. part. 6. nu. 3. Petr. Ravennatis in dict. tit. 2. quid ſit inveſtitura, & Iacob. Cuiac. ibidem, mihi pag. 191. quam ſententiam & ipſe aliquando probavi.*

*In hac Dd. varietate advertendum, quæ veritati magis conſona ſit opinio. Exiſtimo autẽ ſecundam & tertiam comprobando opinionẽ, confirmari debere inſtrumentum inveſtituræ Parium duntaxat Curiæ ſubſcriptione, ſi pares ſint domino feudi, prÆterquam apud Mediolanenſes, ubi pariter admittuntur, pares, & extranei, qui brevi teſtato ſubſcribant, per text. in d. t. 2. in*

*princ.*

*princ.verſ.ſi enim domino adhuc,& verſ.ſeq.tit. 32.lib.2.feud. Cùm enim poſteriori hoc loco, verſ. conſules tamen Mediolanenſes, textus loquatur de jure, quod conſules & pleriq; alii Mediolan. probarunt: Oberti verò & Gerardi (qui quidem & ipſi Mediolanenſes ſunt) opinio in feudorum libris proponatur non ſolùm eodem tit.32.verſ. ſed alii, ſed & in dict.tit.2.verſ.ſi enim domino, & quidem loco poſteriori ſimpliciter, abſq; mentione aliorum, contrariam opinionem qui amplectuntur: colligitur inde, eorum opinionem extra Mediolanenſium Curiam, à pleriſq; fuiſſe receptam.*

*Huic ſententiæ robur etiam adfert, quod ad negotium inveſtituræ pares Curiæ deſiderantur de inveſtitionis ſolēnitate, d.t.32. ibi, hac ſolennitate, item ibi, ad ſolennitatem. Quo pertinet etiā text. in d.t.2 in pr. ibi, coram duob. ex illis ſolenniter fieri debet, lib.2.feud. accedit eodem, quòd aliàs ſæpè in Mediolanenſium Curia diverſum ab aliis feudor. jus fuit receptum, ut arguit text. in tit.1.§.notandum autem eſt, ibi, licet aliter in Curia Mediolanenſi, tit.13 §.Mediolanenſes verò, tit.27.in fin.lib.1 feudor.d.t 32.§.ult.ibi, ſecūdum uſum Mediolanenſium, tit.34.in princ.ibi, Mediolani non tenetur, & §.ex eadem lege, ibi, quod Mediolani non obtinet tit.37.ibi, ſecundū uſum Mediolanenſem, tit.39.§.pen.ibi, non eſt conſuetudo Mediolani, titul.40. in princip. ibi,*

*ſed non Mediolani,lib.2.feud. Poſtremò confirmat hanc ſententiam text.in tit.58.§.item ſciendum,verſ.idcirco pares,lib. eod.feud. cuius verba hæc ſunt: idcirco pares neceſſarii ſunt in inſtrumento inveſtituræ, & non alii, ne quid excogitetur falſitatis in perniciem domini aliis teſtibus inductis.*

*Primam quod attinet opinionem, non eſt ea planè aliena ab hac, quam tueamur, ſententia. Quādo enim de inveſtitura nova inter dominū & Vaſallum controverſia eſt, nec feudum poſſidet Vaſallus, ſed dominus eſt in poſſeſſione, tunc niſi probet Vaſallus inveſtituram vel per pares curiæ, vel per breve teſtatum, cui curiæ pares ſe ſubſcripſerint, cauſa cadit in judicio Vaſallus, domino jurante, à ſe factam non eſſe inveſtituram. Quando verò Vaſallus in poſſeſſione feudi novi eſt, non dominus, qui de nova inveſtitura controverſiam Vaſallo facit: ſacramento ſe tueri neceſſe habet Vaſallus, niſi probet inveſtituram vel per pares curiæ, vel per breve teſtatum, ſubſcriptione parium curiæ confirmatum, tit.4.§.1. tit.10.tit.26.§.ſi quis ſe vel patrem, lib.1.feud.d. tit.2.in princ.verſ.ſi enim domino, & verſ.ſeq. & dict. tit.32. lib.2.feud.*

*Vltimam quod attinet opinionem, poſſunt illius ſpecioſa adduci argumenta. Primum illud eſto, inſtrumenti publici maior vis eſt, quam teſtimoniorum, ut evincitur ex græca conſtitu-*

*tione*

*tione in l. 1. C. de teſtibus & l. optimam 14. C. de contrah. & committ. ſtipul. Hinc qui per inſtrumentum probare quid tenetur, amiſſo inſtrumento, non niſi quinque teſtium idoneorum teſtimonio probationem implere poterit, l. teſtium 18. in fin. ubi Dd. C. de teſtibus Mynſing. cent. 1. obſerv. 5. cum tamen aliâs duo regulariter ad rem probandam teſtes requirantur, l. ubi numerus, 12. ff. d. t. de teſtibus. Sed breve teſtatum publicum eſſe debet inſtrumentum, dict. tit. 2. §. ſi autem inveſtitura, & tit. 25. §. ultim. lib. 2. feudor. Unde ſequi videtur, ſi publicè confectum ſit inveſtiturale inſtrumentum, puta per publicum tabellionem, legitimum id eſſe & ſufficere, quamvis ad illud condicendum non pares Curiæ, ſed extranei ſint teſtes adhibiti, cum ad publicum inſtrumentum certi generis teſtes non deſiderentur, ſed illud tantùm requiratur, ut integræ opinionis ſint homines, Novell. 73. cap. 5. Sed et ſi inſtrumenta,* Reichs Abſchied *de Anno 1512. tit.* von Unterrichtung der offnen Notarien/ §. und nach dem / *Mynſinger. in c. 1. nu. 16. extr. de fide inſtrument. Ioan. Schneid. in §. item verborum, nu. 6, Inſt. de inutib. ſtipulat.*

*Verùm enimverò argumentum hoc dilui poteſt facilè reſponſione hac, quod illud procedat communi jure civili, placitis autem feudorum cum derogetur in cauſis feudalibus jure communi, per text. in tit. 1. lib. 2. feud. & definitum ſit*



Digitized by Google

*expreſſè feudorum jure, ut breve teſtatum paribus Curiæ confirmetur, tit. 2. §. 1. verſ. ſi enim domino, & tit. 32. verſ. ſed alii, & tit. 58. de notis feudorum, §. idcircò pares neceſſarii, libr. 2. feud. ſervanda hic eſſe juris feudalis placita, non commune jus.*

*Alterum quod poteſt adferri argumentum in opinionis ultimæ confirmationem, eiuſmodi eſt; Feudorum jure cum quod dubium invenitur, interpretatio eius deſumi debet ex jure communi, cum feudorum conſuetudinarium jus, recipiat interpretationem ex jure communi, ut argument. l. ideò quia antiquiores, 27. & l. ſeq. ff. de legibus & docet poſt alios Schrader. tractat. feudal. part. 1. quæſt. 3. num. 2. & quæſt. 5. num. 20. & part. 9. ſecundæ partis principalis, ſect. VII. nu. 28. Sed jus feudorum de hac quæſtione, an breve teſtatum paribus Curiæ, vel extraneis teſtibus confirmari debeat, in dubium vocatur: ſiquidem & textus juris feudalis contrarii extent, & feudorum Interpretes non paria de hac quæſtione vota proferant, ut ſupra oſtendi. Iure autem communi ad inſtrumenti publici fidem ſufficiant teſtes quoque extranei, cui conſequens eſſe videtur, eoſdem quoque teſtes ſufficere ad confirmandum breve teſtatum. Atqui reſponderi poteſt negando ſimpliciter aſſumptionem, quippe cum text. in dict. titul. 2. §. 1. verſ. ſi enim domino, titul. 32. verſ. ſed alii, etiamſi*

*probari,*

*probari, & titul. 58. §. idcircò, lib. 2. feudorum, diſertè arguant breve teſtatum non niſi paribus Curiæ confirmari. Quod verò attinet text. in d. tit. 32. §. conſules tamen Mediolanenſes, lib. eod. feudor. loquitur ille de ſpeciali tantùm Mediolanenſium conſuetudine, quæ ſæpenumerò aliena eſt à feudorum jure communi, ut ſupra ex locis oſtendi variis.*

*Poſtremò opinionem ultimam juvat non parum, quod placitis feudorum nova inveſtitura probari jubetur horum altero, nempe vel teſtibus paribus Curiæ, ſi adſint illi, vel brevi teſtato, dict. titul. 2. ibi, per pares Curtis vel breve teſtatum, tit. 3. ibi, ſi pares eius Curtis adſint, vel breve teſtatum, tit. 4. §. 1. §. item ſi Vaſallus, ibi, ſi inveſtitura fuerit coram paribus curtis, aut in brevi teſtato, & §. item ſi Vaſallus, ibi, vel probare per pares curtis, vel per breve teſtatum, & §. ſi quis, ibi, inveſtituram per pares curtis, vel per breve teſtatum probare, lib. 1. feudorum, & tit. 25. §. ultim. ibi, & hoc vel per inſtrumentum publicè confectum, vel per pares curtis Vaſallus poterit probare, lib. 2. feudor. Ex ea igitur alternatione, & oppoſitione colligi poſſe videtur, breve teſtatum ad probandam inveſtituram novam ſufficere, etiamſi confirmatum ſit teſtibus extraneis; ſiquidem alternatio ex duabus fiat partibus, quæ ita opponuntur, ut una alteri ſit omninò contraria, proindeque ſecundùm*

logico-

*logicorum regulas, una poſita, altera ſit removenda. Everhard. in Topicis legalib. in loco à natura alternativorum, num. 8.*

*Cæterùm neque hoc argumento moveri quiſquam debet, eò quod oppoſitio illa manet integra licet paribus Curiæ confirmatum ſit breve teſtatum. Aliud enim eſt teſtimonium, aliud inſtrumentum, ut patet ex ff. & C. tit. de teſtib. & tit. de fid. inſtrument. Breve teſtatum probat novam inveſtituram tanquam inſtrumentum nec potiſſimum in eo parium Curiæ præſentia ſpectatur, ſed inſtrumenti autoritas atque fides.*

*Quod ſi inveſtitionis tempore pares Curiæ abſint, brevi autem reverſuri ſperentur, exſpectandi ſunt, & inveſtitura, & brevis teſtati confectio, in ipſorum reditum differenda eſt, argu. text. in tit. 33. §. nec dicatur, lib. 2 feud.*

*Sin longa nimis intercapedine itinerum disjuncti ſint pares Curiæ, aut dominus nullos planè habeat pares Curiæ, adhiberi poſſunt brevi teſtato etiam extranei teſtes, per text. in tit. 26. §. teſtes verò, lib. 1. feudorum, & d. t. 33. §. quod autem dictum, lib. 2. feudorum.*

*Cæterùm opinantur recentiores nonnulli, hodie opus non eſſe, ut confectioni brevis teſtati vel pares Curiæ, vel extranei adhibeantur teſtes, ſed ſatis eſſe, ſi inveſtiturale inſtrumentum & ſigillo & ſubſcriptione domini muniatur, Ioh. Schneid. de feud. part. 4. num. 26. & 29. & Vult. lib. 1. de feud.*

*feud. cap. 7. nu. 42. pag. 182. Quæ opinio fortè ex eo nata eſt, quod Alvarot. ad tit. 32. num. 5. lib. 2. feudor. tradit, breve teſtatum poſſe probari ſigillo domini. Verùm Alvarot. ut & verba eius, & allegatum ab ipſo c. inter dilectos, extr. de fide inſtrumentor. abundè arguunt, id tantùm ſentit, breve teſtatum quin domini ſit, dubium eſſe nullum, ſi verò domini ſigillo ſit munitum. Atqui ex eo confeſtim concludi nequit, breve teſtatum ſolo domini ſigillo & ſubſcriptione eius, abſque teſtium adhibitione rectè confirmari.*

*Rectiùs Schrader. tractat. feudal. part. 5. cap. 2. num. 12. docet, breve teſtatum ſigillo domini roboratum, inveſtituram probare novam, licet careat ſubſcriptione parium; modò inſtrumentum faciat mentionem parium, quod illi adhibiti ſint inveſtituræ negotio. Publicum enim inſtrumentum quale eſt breve teſtatum, ut ſupra oſtendi, regulariter & neceſſariò non requirit, ut teſtium, qui tamen adhibendi, ſubſcriptione muniatur, ut convincitur ex l. contractus, 17. C. de fide inſtrumentorum, ubi de ſubſcriptione contrahentium agitur, nihil autem de teſtium ſubſcriptione, quæ etiam nuſquam in jure noſtro deſideratur, ne quidem in Novell. 73. licet longo ſtylo de hoc inſtrumento ibi tractetur. Atque ita ſentit etiam Cuiac. ad eandem Novell. & Donell. lib. 25. Commentar. pag. 245. lin. 38.*

Eſt

74 *Eſt & illud hîc notandum, quod cum pares Curiæ inveſtituræ ſolennitati adhibentur teſtes, neceſſariò non deſideratur, ut & breve teſtatum de inveſtitura fiat, ut arguit oppoſitio parium Curiæ, & brevis teſtati, ac docent etiam Bartol. Camer. in ſolenni repetit. tit. 55. de prohib. fuedi alienat. per Frid. lib. 2. feud. pag. 45. Sonſbeck. in Comment. in uſus feudor. part. 9. nu. 23. Hotoman. in diſput. de feud. cap. 25. in fin. & VVeſemb. tract. de feud. cap. 8. nu. ult.*

*Si tamen Vaſallus de novo feudo inveſtitus petat à domino inveſtituræ inſtrumentum, officium hoc ei dominus tribuere jubetur. Cùm enim præcipua feudi probatio ab inſtrumento dependeat, tit. 2. §. 1. verſ. nam ſi inſtrumentum, lib. 2. feudorum uſitatum eſt, ut illud, & petatur, & detur, VVeſenbec. dict. cap. 8. num. 15. & ult. Schneid. tract. de feud. part. 4. nu. 29. Eſtq́ꝫ ad illud maximè utile, ne unquam fiat fraus vel domino, vel Vaſallo, vel agnatis, Sonſbeck. in Commentar. in uſus feudor. part. 9. num. 23. Refert autem ut inveſtituræ negotium cum omnibus pactis, inter dominum & Vaſallum initis, in ſcripturam redigatur, in qua etiam res feudales in ſpecie exprimantur, earumq́ꝫ confines deſignentur. Alvarot. ad dict. tit. 32. Qui teſtes ſint neceſſarii, num. 6. & ibidem etiam Andreas de Iſern. & Petr. Ravennatis, lib. 2. feudorum. Sic viciſſim Vaſallus domino antepocham (vulgò*

rever-

*reverſale vocant) dare tenetur, ut ex aliorum ſententia tradit Henricus à Roſenthal in ſynopſi juris feudal. cap. 6. concluſ. 112. & ſequitur Hermannus Vulteius.*

*Non eſt hoc loco ignorandum, ſi de inveſtiturali inſtrumento dubium incidat, ſitne verum vel falſum, pro eius veritate præſumptionem comprimis fieri, falſumq; dicenti probationem incumbere, ſi Vaſallus poſſideat feudum, per tex. in dict. tit. 58. de notis feudor. §. ſi inſtrumentum, ubi Andr. de Iſern. Iacob. Alvarot. & Frideric. Schenck. Baro à Tautenberg, lib. 2. feud.* 78

*Similiter & illud hîc obſervandum, quod inveſtiturale inſtrumetum domino in judicio, vel extra judicium petenti Vaſallus edere tenetur, Andr. de Iſern. in tit. 55. de prohibit. feudi alien. per Frider. §. illud quoq;, & ibi Matth. de Afflict. nu. 29. lib. 2 feud. Ioan. Borch. in Comm. in conſuetud. feud. c. 8. n. 117. Hen. à. Roſenth. in ſynopſi juris feudalis, concl. 59. & ſeq. Nic. Mozz. tract. feud. c. de naturalib. feud. n. 109. Vult. lib. 2. feud. c. 3. n. 17. Commune enim inſtrumentum, cuiuſmodi eſt inſtrumentum inveſtituræ edendum petenti adverſario, l. procurator 7. C. de edendo, l. 4. §. 1. ff. eod. l. 5. ff. fam. erciſc. l. pupillus, §. ult. ff. de V. S. Bart. in l. ult. n. 4. C. de edendo. Zaſ. in l. 1. §. editiones, n. 19. ff. de edendo. Andr. Gayl. lib. 1. obſerv. 106. nu. 4. Compilator deciſion. & prajudic. Camer. ſub lit. E. in verb. editio §. ult.*

Atque

76 *Atque hæc de ſubſtantia, & ſolennitate inveſtituræ. Eam autem proximè ſequi debet poſſeſſionis rei feudalis traditio, ad quam dominus jure cogi poteſt, text. eſt in tit. 7. §. fin. & tit. 26. §. ſi facta de feudo, lib. 2. feudorum. Priori loco Iuriſconſultus*, inveſtitura, *ait*, facta, & fidelitate ſubſecuta, omnimodò cogatur dominus inveſtitum in vacuam poſſeſſionem mittere, quod ſi differat, omnem utilitatem ei præſtabit. *Loco poſteriori feudiſtæ verba hæc ſunt:* ſi facta de feudo inveſtitura *(per inveſtituram intelligit Juriſconſultus verbalem feudi ceſſionem, fidelitatis promiſſionem, & teſtationem, de quibus hactenus)* pœniteat dominum, antequam poſſeſſionem transferat, an præſtando intereſſe liberetur, quæſitum fuit? Reſponſum eſt, prætermiſſa illa condemnatione, dominum poſſeſſionem feudi, de quo inveſtituram fecit, tradere compellendum.

77 *Hæc autem (quod notandum) poſſeſſionis traditio ſimiliter inveſtitura dicitur in feudorum libris, uti arguit textus in tit. 1. in fin. junct. tit. 2. in prin. & tit. 33. in prin. lib. 2. feud. in dict. tit. 2. in princ. Juriſconſultus, inveſtitura, ait, propriè dicitur poſſeſſio. Per poſſeſſionem intelligit ibi Iuriſcrnſultus traditionem poſſeſſionis, ut & ſupra expoſui cap. 2.*

*Nec impedit, quod ait Iuriſconſultus* propriè, *hac enim particula ſignificatur, propriam*

*eſſe*

*eſſe poſſeſſionis feudalis traditionem, quando ipſa poſſeſſio realiter traditur, ut cum Vaſallus inveſtitus in ipſam poſſeſſionem corporaliter ducitur, non ſi loco poſſeſſionis ſignum aliquod poſſeſſionis ei traditur, ut ibidem ſequentia arguunt verba*; aut ſaltem coram paribus Curiæ inveſtitum Vaſallũ ire in poſſeſſionem prædii feudalis, atque pro feudo illud tenere jubet, *tit. 33 in prin. lib. 2. feud.*

*Poſſeſſionis ergò feudalis traditio propria, vel quaſi, non niſi per metonymiam cauſæ in feudorum libris etiam inveſtitura dicitur, cum inveſtitura ſit cauſa traditionis, & traditio iſthæc, ſit effectus ſolennis inveſtituræ, quippe cum ſolennis inveſtitura efficiat, ut cogi poſſit dominus Vaſallo inveſtito poſſeſſionem rei feudalis tradere, d. t. 7. §. ult. & tit. 26. §. ſi facta, lib. 2 feudorum.*

# Caput V.

## *De qualitate, & pactis inveſtiturarum.*

*SVMMARIA.*

1 Qualitas inveſtituræ quæ.
2 Inveſtitura pura.

Ff Quæritur:

3 Quæritur: Cùm ex inveſtiturâ purè facta confeſtim cogi poſſit dominus ad tradendam rei feudalis poſſeſſionem, num etiam omiſſa extrajudiciali denunciatione, ex poſtulatione Vaſalli in jus vocari poſſit?
4 An debitor in jus vocari poſſit, nulla admonitione præcedente?
5 Explicatio & intellectus l. debitorem. 10. C. de pignor. & hypoth.
6 Inveſtitura in diem quæ.
7 Feudum Gaſtaldiæ quod.
8 Feudum Guardiæ quod.
9 Feudum pro mercede quod.
10 Quæſtio: An inveſtiturâ ex certo tempore factâ, Dominus ante illud tempus feudum tradere poſſit Vaſallo etiam invito?
11 Inveſtitura ſub conditione quæ.
12 Conditio in jure quotuplex.
13 Inveſtitura, purè facta de feudo Vaſalli, adhuc viventis, ipſo jure eſt nulla.
14 An iſthæc inveſtitura reconvaleſcat, ſi poſtmodum Vaſallus ſine legitimis feudi ſucceſſoribus moriatur?
15 An inveſtitura valeat ſub cōditione, ſive in diem mortis Vaſalli poſſeſſoris feudi facta?
16 Senſus l. ult. C de pact.
17 Quæſtio: ſitne utilis & valeat inveſtitura de feudo Vaſalli filios feudi ſucceſſores habentis, facta ſub conditione, ſi deceſſerit ille abſque feudi ſucceſſoribus?
18 Adducuntur & diſſolvuntur argumenta Piſtoris.
19 Si Vaſallus, de cuius feudo alius eſt inveſtitus, in caſum mortis ipſius poſſeſſoris, poſtea liberos procreet: an ibi facta inveſtitura evaneſcat, nec ne?
20 Alterum huius capitis membrum.
21 Pactum inveſtituræ contractui adpoſitum appellatur etiam tenor inveſtituræ: Item Lex inveſtituræ.
22 Circa pacta inveſtiturarum quid conſiderandum.
23 Genera pactionum inveſtituræ quotuplicia.
24 Feudi alia eſt natura, alia ſubſtantia.
25 Feudi ſubſtantia quæ.
26 Quid ſit, quo natura feudi ab ipſa ſubſtantia internoſci poſſit.
27 Subſtantia contractus quæ.
28 Natura contractus quæ.
29 Natura cōtractuum alia ſeparabilis; alia inſeparabilis.

30 Natura

30 Natura feudi alia propria: alia impropria.
31 Quæ natura feudi propria per inveſtituræ pactum ſeparari poſſit.
32 Interpretatio tit. 8 in pr. & tit. 25. lib. 2. F. Item: An feudum etiam in re mobili conſtitui poſſit?
33 Refutatur opinio Vulteii.
34 Propria feudi natura pacto inveſtituræ mutata, an improprium efficiatur feudum.
35 Natura feudi propria inſeparabilis quæ.
36 An pacto inveſtituræ effici poſſit, ut nullo caſu feudum ad dominum revertatur?
37 Pacta, quibus feudo aliquid præter naturam eius adiicitur quotuplicia.
38 Licita huius generis pacta quæ.
39 Quæſtio: an ex inveſtituræ pacto, quo actum eſt, ut frater fratri in novum feudum ſuccedat, etiam ipſi fratri abſenti jus & actio quæratur?
40 Vtrum pacto inveſtituræ effici poſſit, ut feudum, quod datur novum, jure ſit feudi antiqui?
41 Quæſtio: Vtrum etiam abſentibus & ignorantibus agnatis Vaſalli inveſtituræ pacto jus antiqui feudi in feudo novo acquiratur, ſi in inveſtitura de illis nihil nominatim actum ſit?
42 Quæſtio: An inveſtituræ veteri, de feudo paterno pactum utiliter adponi poſſit, ut feudum illud paternum cenſeatur jure novi, & virtute huius pacti feudum illud, mortuo ſine maſcula prole Vaſallo, revertatur ad dominum, nec ad Vaſalli agnatos jure ſucceſſionis tranſeat?
43 Intellectus tit. 49. lib. 2. F. ubi inſimul diſſolvitur primum argumentum, quo affirmativa opinio præcedentis quæſtionis probari videtur.
44 Argumentum ſecundum diſſolvitur.
45 Diſſolvitur tertium argumentum.
46 Senſus l. juriſgentium. 7. §. pactionum quædam ff. de pact. eaque conciliatur cum l. 57. §. 1. ff eod.
47 Quæſtio controverſa: Sitne fœmineum aut maſculinum feudum, de quo maſculus eſt inveſtitus hac pactione expreſſa, ut in illud etiam fœminæ ſuccedant?
48 Interpretatio tit 30 lib. 2. F.
49 Vna quæque res ſortitur nomen ſuum ex conditione & uſu perſonæ, ad quam pertinet.

50 Quæſtio: ſi feudum eo pacto ſit datum, ut fœminæ cum maſculis ſuccedant: utrum excludantur hoc caſu fœminæ per maſculos, an vero ſimul & æqualiter admittantur fœminæ cum maſculis?
51 Dictio *cum* quomodo differat à particula conjūctiva *Et*,
52 Dictiones *ſimul, unà cum, ſicut*, in pactionibus inveſtiturarum quid operentur.
53 Quæſtio: An fœmina, quæ ex pacto inveſtituræ in feudum Vaſallo defuncto ſucceſſit, cogatur cedere maſculo, qui poſt fœminæ illius ſucceſſionē natus eſt?
54 Quæſtio: Si matertera maſculi poſtea nati, nondum ſit de feudo inveſtita, eo tempore, quo in lucem poſtea editus fuit maſculus, an hoc caſu matertera cedere cogatur, & feudum reddere ſororis defunctæ filio?
55 Intellectus tit. 8. § filio vero lib. 1. F.
56 Senſus tit. 25. in pr. lib 1. F.
57 Quæritur: Si maſculus poſtea natus, probetur in utero matris conceptus, eo tempore, quo ſuccedendi jus delatum fuit fœminæ, num hoc caſu excludat fœminam maſculus ille poſtea in lucem editus?
58 Quæſtio anceps de feudo, quod ex ſimplici inveſtituræ pacto ad fœminas quoque pertinet, ſi cum fœmina concurrat maſculus diverſæ lineæ, an hoc caſu maſculus præferatur fœminæ?
59 Referuntur & diluuntur argumenta Sonsbeckii. Item tit. 17 lib. 2. F. conciliatur cum tit. 51. lib. eod. F.
60 Appellatione Libelli in tit. 1. & tit. 24. § porrò. lib. 2. F quid ſignificetur.
61 Illuſtratur d. t. 17. lib. 2. F. & num 82.
92 Quæſtio elegans: An fœminæ ad ſucceſſionem feudi vocatæ, & per maſculum ſemel excluſæ, an perpetuò cenſeantur excluſæ?
63 Vis & natura adverbii *ulterius*.
64 Refutatur Hartmannus Piſtoris: & explicatur § quin etiam, tit. 6. lib. 1. feud & num. 76. 77.
65 Regula: Qualitas verbo adjecta, ſecundum tempus verbi illius intelligenda, quando procedat.
66 Rejicitur Vultei diſtinctio inter ſucceſſionem, & jus ſuccedendi.
67 Verbalia in IO in jure plerunque juris, non facti ſignificationem habent.
68 Secundum pro Authoris ſententia argumentum.
69 Deficere in materia ſucceſſionis quis dicatur.

70 Tertium

Digitized by Google

70 Tertium argumentum.
Item verba *deficientibus maſculis* in d. tit. 17. tit. 18. & tit. 30. lib. 2. F. quid importent.
71 Quartum argumentum.
72 Quintum argumentum.
73 Adducuntur & rationes pro ſententia Authoris.
74 Verba: *Quouſq;, donec, quamdiu, quoad*, quid denotent in ſtatutis?
75 Opinio illa verior præſumitur, quæ à maiori parte Dd. recipitur: & habet vim conſuetudinis.
76 Recenſentur & diluuntur argumenta contrariæ opinionis.
77 Vis & natura verbi *quinetiam*, *quinimò*, & ſimplicis dictionis *etiam*.
78 Alterum refutatur argumentum: & declaratur tit. 8. § filia vero lib. 1. F.
79 Ablativi abſoluti quid inducant, & quā vim habeant.
80 Vis & natura voculæ *tunc*.
81 Diſſolvitur tertium argumentum.
82 Dictio *donec* in ſacris literis de futuro tempore negat: Et quo ſenſu ſit accipienda in dict. tit. 17. lib. 2. F.
83 Refutatur quartum argumentum; & dilucidatur tit. 18. lib. 2. feud.
84 Confutatur quintum argumentum.
85 Sextum diſſolvitur argumentum.
86 Proponitur & reſolvitur ſeptimum argumentum.
87 Octavum argumentum.
88 Nonum argumentum, quod eſt Sonsbeckii, VVeſembecii, & Heigii.
89 Decimum argumentum, quod eſt Hartmanni Piſtoris.
90 Vndecimum adverſariorum argumentum.
91 Duodecimum argumentum.
92 Diluitur decimum tertium argumentum, quod eſt Petri Heigii.
93 Decimum quartum argumentum, deſumptum ex c. decet de reg. jur. in 6. ubi dicitur, beneficium à Principe conceſſum perpetuò tributum intelligi.
94 Decimum quintum argumentum deſumptum à regula: ceſſante cauſa ceſſat effectus, c. ceſſante ext. de appellat. & quando illa regula procedat
95 Vltimum adverſariorum argumentum, quo communis ſententia duritiæ ac iniquitatis accuſatur.
96 Pacta, quib. inveſtituræ aliquid adiici ꝓhibetur, quæ.

97 Quomodo exaudiendum, quod dicitur in l. 18. in pr. ff. de injur. jure permiſſum eſſe nocentem infamare.
98 Regula: volenti & conſentienti non fit injuria, quando procedat.
99 Pactum obſtagii (die Leiſtung) an hodie adhuc valeat.
100 An pactum licitum ſit, quo agitur, ut, lite per dominum Vaſallo mota, nudæ aſſertioni ipſius domini credatur, nec ulla probatio alia exigatur?
101 Senſus l. ult. C. de fideicommiſſ.
102 Quæritur, an pactum, quo agitur, ut propter filii delictum pater etiam feudum amittat, licitum ſit vel illicitum?
103 Regulæ, quæ circa interpretationem pactionum inveſtituræ ſunt notandæ.
104 Prima regula.
105 Secunda regula.
106 Tertia regula.
107 Quarta regula.
108 Effectus pactionum inveſtituræ qui.
109 Pacta obligatoria inveſtituræ quæ.
110 Pacta liberatoria inveſtituræ quæ.

DUO SUNT HUIUS *capitis membra, unum de inveſtituræ qualitate, alterum de pactis inveſtiturarum.*

4 *Qualitatem inveſtituræ dico, ſi inveſtitio fiat vel purè, vel in diem, vel ſub conditione, quomodo etiam fieri poteſt inveſtitura, textus eſt expreſſus in tit. 2. & tit. 9. qui ſucceſſores teneantur, lib. 1. feudor. & tit. 35. lib. 2. feud. & ſentit Roſenthal. in Synopſi juris feudal. cap. 6. concluſ. 23. Cum enim inveſtitura ſpecies contractus ſit, ut latè expoſui ſupra cap. 2. & contractuũ hæc conditio ſit, ut vel purè, vel in diem,*

*vel*

*vel ſub conditione fieri poſſint, §. omnis ſtipulatio, Inſt. de verb. oblig. l. obligationum ferè, 43. ff. de oblig. & act. l. cedere diem, 213. ff. de verb. ſign. æquè recipit hanc qualitatem ipſa quoque inveſtitura. Aut ergò actus legitimus non eſt inveſtitura, aut ſi eſt legitimus actus, diſcrepant hac in parte feudorum placita à ritu communi, quo actus legitimi non recipiunt diem vel conditionem, l. actus legitimi, ff. de reg. jur.*

2 *Purè fit inveſtitura cum dominus inveſtit Vaſallum ſimpliciter, & neque diem, neque conditionem inveſtitioni adiicit, ut ſi dicat;* Ego te inveſtio de hoc manſo, vel de hoc caſtro, ut illud in feudum habeas, *argument. tit. 2. §. 1. lib. ſecund. feud. junct. dict. §. omnis ſtipulatio, Inſtitut. de verborum obligat. Hoc modo plenè facta inveſtitura ſolenni, poteſt dominus confeſtim ad rei feudalis poſſeſſionem tradendam cogi. Cùm enim jure communi quid purè promiſſum eſt, præſenti die id debetur. l. eum qui Kalendis, 41. §. 1. ff. de verborum obligationib. l. in omnibus obligationibus, ff. de regulis juris, & confeſtim peti poteſt. §. omnis ſtipulatio, Inſtitut. de verborum obligation. Cùm quodam tamen temperamento temporis, l. quod dicitur 105. ff. de ſolut. non autem minimo, neque maximo, l. ratum autem habere, 13. ff. dicto titulo. Proindequè jus idem etiam in feudis ſequimur, ſiquidem feudorum placitis diver-*



Digitized by Google

*ſum non ſit definitum, argument. text. in tit. 1. lib. 2. feud.*

3 *Non incommodè hoc loco vocari in quæſtionem poteſt, cum ex inveſtiturâ purè facta confeſtim cogi poſſit dominus ad tradendam rei feudalis poſſeſſionem, num etiam omiſſa extrajudiciali denunciatione, ex poſtulatione Vaſalli in jus vocari queat? Aiens opinio probabilior videtur. Tùm quia hodie denunciatio, quæ antiquitùs reo fiebat, neceſſaria amplius non eſt, §. appellamus autem, verſ. condicere, Inſtitut. de actionibus, & l. ſi quis debiti, tit. 4. libr. ſecund. Cod. Theodoſ. Tùm etiam, quia quod purè debetur, confeſtim peti poſſe, ait Iuſtinianus, in dict. §. omnis ſtipulatio, Inſtitut. de verborum obligat. Petendi autem verbum licet etiam ad ea referatur, quæ petuntur extra judicium, l. decem, 116. in fin. ff. de verborum obligat. & l. item veniunt, 20 §. petitam, ff. de petit. hered: Propriè tamen is petere dicitur, qui in judicio petit, l. amplius non peti, 15. ff. ratam rem haberi. Vbi Paulus Iuriſconſultus, amplius, ait, non peti verbum Labeo ita accipiebat, ſi judicio petitum eſſet. Hinc ſervus paciſci non poteſt, ne à ſe petatur. l. & heredi 21. §. 1. ff. de pactis, cum ſervo enim judicium eſſe nequit, id eſt ſervus non poteſt intereſſe judicio, l. ſervus, 6. & l. ſeq. C. de judic. Accedit textus in l. extat, 13. ibi, ſi quas putas te habere petitiones, actionibus experiaris,*

*ris, ff. quod metus cauſa. Tùm poſtremò, quia purè contracta obligatio efficacior eſt obligatione in diem contractâ, l. cedere diem, 213. ff. de verb. ſignif. In diem autem, id eſt, in certum tempus cum quid promiſſum eſt, citra ullam admonitionem ſolutioni faciendæ obnoxius eſt debitor, l. magnam 12. C. de contrahen. & committ. ſtipulat. Quocirca nec creditor, purè obligatum qui habet debitorem ſuum, admonere eum extra judicium neceſſariò tenetur, per Ariſtotelis regulam, lib. 2. Topic. cap. 4. ſi quod magis videtur ineſſe, non ineſt, neq; quod minus. Quam logicorum regulam ſequuntur etiam jura noſtra, ut oſtendit Everhard. in Topic. legalib. in loco à maiori.*

*His argumentis adiungenda quoq; Dd. autoritas, qui autumant, non eſſe neceſſum, ut creditor prius extrajudicialiter moneat debitorem de præſtando quod debet. Ita poſt alios ſentit Ioan. Schneid. Thomas Linius, & alii in dict. § appellamus Inſtit. de actionib. Duar. lib. 2. diſputat. anniverſar. cap. 28. in fin. Donel. in l. debitores, 10. nu. 2. C. de pignorib. Cuiac. lib. 5. obſer. cap. 31. & lib. 16. capite ſeptimo, Dominus Obrechtus in diſp. de forma actionis & libell. theſi 586.* 4

*Cæterùm Hotoman. & alii in l. debitores 10. C. de pignorib. tradunt, omiſſâ extrajudiciali admonitione, actorem in expenſas condemnandum eſſe Reo, ac nituntur textu d. l. debitores.* 5

*Verùm reſponderi ad eam poteſt legem dupliciter: Primò quod eius authores ſint Dioclet. & Maximianus Impp. Poſt eorum tempora, ambages denunciationum amputatas eſſe conſtitutione Arcadii Imp. in d. l. ſi quis debiti, tit. 4. lib. 2. Cod. Theodoſ. quem comprobat Imp. Iuſtinian. dict. §. appellamus autem, verſ. condicere, Inſtit. de actionibus, qui Imper. Arcad. longè poſt Dioclet. & Theodoſ. Princeps ad Imperii Romani gubernaculum ſedit, ut hiſtoriæ atteſtantur.*

*Deinde cum Cuiac. lib. 2. obſer. c. 31. dici poteſt, eam ſic accipiendã eſſe legem, ut ſi de pignore non diſtrahendo convenerit: vel ſi pignus ſimpliciter acceptũ fuerit, nulla lege vendendi aut nõ vendendi interpoſita, quandoquidẽ & id tunc agi intelligitur, nec vendi poſſit, l. Ariſt. 3. ff. quæ res pignor. obligar. non poſſ: non aliter liceat creditori pignus diſtrahere, quàm ſi præſenti debitori denuntiaverit, ut pignus reluat, ſecundum ea, quæ traduntur à Paulo Iuriſconſulto, tit. 13. §. ſi inter creditorem, lib. 2. ſentent. & Iuriſconſulto Vlpiano, in l. 4. ff. de pignorat. act. quam denuntiationem ſolenniter fieri oportet, & teſtato, l. 4. C. de diſtract. pignor. Etſi autem d. l. debitores 10. dicat, denunciationi non obtemperante debitore, creditori perſequenti hypothecam præſidem ſuæ authoritatis auxilium impertiri: attamen exiſtimandum non eſt, ideo denunciationem*

exi-

*exigi, ut tantummodo agatur hypothecaria, ſed ut ablatâ hypothecâ jus ſuum creditor ſolenniter exequatur, eamq́; diſtrahat.*

*Cæterùm licet hæc ita ſint, humanius tamen fecerit, ut quilibet alius creditor; ſic & Vaſallus, ſi antequam in jus vocari curet debitorem, puta noſtro caſu feudi dominum, interpellet eum prius extra judicium, ut ſuadet ſacra ſcriptura Matth. 18. verſ. 15. & Luc. 17. verſ. 3. ubi Salvator noſter jubet, ut antequam fratrum noſtrorum peccata in publicum proferamus, prius monitionibus privatis eos corrigere conemur. Sic etiam in l. quidam Hiberus 13. in prin. ff. de ſervit. præd. urb. quiſpiam antequam ad judicium vocaret adverſariũ ſuum ſeriò monuit per Proculum Iuriſconſultum, ut abſtineret à re illicita. Eandem admonitionem humanitatis cauſa meritò fieri debere monuit etiam Iuſtinian. Imp. in Novel. 115. cap. 5. ibi, aut aliquam admonitionẽ eis offerendi, aut in judicium eos vocando. Quo loco Imperator privatam admonitionem præponit vocationi in judicium.*

*Communis item interpretum eſt opinio, de urbanitate ſolùm firmari denunciationem illam privatam debere, ut poſt alios etiam oſtendit Ioan. Schneid. in §. omnium, nu. 123. & in §. appellamus 6. Inſtit. de actionib. Vaſallus quoque ideò dominum de tradenda feudi poſſeſſione meritò privatim monere prius debet, anteq̃ in judicium*

*cium vocari eum curet, quod ipſi inprimis reverentiam debet, tit. 22. §. Curia autem, ibi, eumq́ue ſalva reverentia competenter cogere, lib. 2. feud. monet idem Iuriſconſultus feudiſta in tit. 23. verſ. quomodo, lib. eod. feud. his verbis, Vaſallus quam humiliter, quam devotè, quam benignè, quam fideliter, erga dominum ſuum debeat ſe habere. Iuvat non parùm pronunciatum hoc text. in Can. indignè 12. quæſt. 2. ubi judicialem coactionem & vindictam præcedere jubetur admonitio de ſatisfactione privata. Poſtremò ſentiunt communiter Dd. quod reus non antè præmonitus, ſi ultrò in judicio fateatur debitum, in expenſas condemnari nequeat. Ita tradiderunt Aretin. ad §. ſic itaq;, nu. 14. & ibidem Iaſon, nu. 44. Inſtit. de actionib. Io. Schneid. ad d. § omnium, nu. 123. Inſtit. d. t. & Cæpolla cautel. 84.*

6 *In diem fieri inveſtituram dicimus, cum per inveſtituram conceditur feudum Vaſallo, vel uſq; ad certum tempus datur feudum per inveſtituram, vel tacitè, vel expreſſè. Tacitè ad certum uſq; tempus per inveſtituram conceditur feudum, ſi gaſtaldiæ, vel guardiæ nomine, aut pro mercede feudum alicui tribuatur, text. eſt*
7 *in tit. 2. & tit. 11. lib. 1. feudor. Feudum † gaſtaldiæ dicunt, quod ob procurationem & adminiſtrationem domus Domini eſt datum. Guardiæ*
8 *† feudum vocant, quod ob cuſtodiam domus Domini*

mini

Digitized by Google

*mini eſt tributum. Schrader. tract. feud. part. 3. cap. 4. nu. 21. & 22. Pro mercede feudum † concedi videtur, quod pro pecunia datur, cui reditus rei feudalis annuus quodammodò reſpõdet, ut in dict. tit. 2. lib. 1. feud. arguit non modò vox mercedis, quæ in locatione uſusfructus annui pretium eſt, ſed & verba etiam precio pro eo dato, non reſtituto; tùm etiam quod feudum hoc tranſacto anno revocari poteſt.* 9

*Expreßè conceditur feudum ad tempus certum, quando nominatim exprimitur tempus, ad quod uſq; beneficio iſthoc Vaſallus uti debeat, puta cum datur ad biennium, quinquennium, decennium, tit. 2. in princ. ibi, niſi ad certum tempus datum fuerit, ubi Cuiac. lib. 1. feud.*

*Ex certo tempore conceditur per inveſtiturã feudum, quando id agitur, ut ex die certo peti à domino feudum poſſit, arg. l. cedere diem, 213. in princ. ff. de verb. ſignif. & l. hereditas ex die, 34. ff. de hered. inſtit. & §. heres & purè, Inſtit. dict. tit.*

*Hoc modo factâ inveſtiturâ, feudi traditio non poteſt, antequam dies ille venerit, arg. l. ſtipulatio iſta, 38. §. inter incertam, & l. continuus, 137. §. cum ita, verſ. nam & quod, ff. de verb. oblig. l. quod certa die, 70. ff. de ſolut.*

*Sed vocari in quæſtionem hoc loco poteſt, poſſitne dominus ante illum diem feudum tradere Vaſallo etiam invito? Hæc quæſtio ex jure communi* 10

*muni decisionem recipit, cum jure feudali nominatim deciſa non ſit, per text. in tit. 1. lib. 2. feud. Iure autem communi controverſia non caret hæc quæſtio, an debitor in diem quod debet, ſolvere etiam poſſit ante diem creditori quoque invito, cum alii negantem, alii aientem amplectantur ſententiam?*

*Negans opinio veritati mihi propior videtur, per text. in l. ſi ſoluturus, 39. l. qui decem, 72. in princ. ibi, ille ſine juſta cauſa ea accipere recuſavit, & l. creditor, 102. ff. de ſolut. Atque hanc probant concluſionem Æmil. Ferret. & Cuiac. in d. l. ſtipulatio iſta habere licere, 38. §. inter incertam, ff. de verb. oblig. idem Cuiac. lib. 23. obſer. cap. 22. & Ioan. Borcholt. in comment. ad dict. t. ff. de verb. oblig. cap. 6. num. 33. & ſeqq.*

*Aiens verò opinio placet Bartol. in d. l. ſtipulatio iſta, §. inter incertam, & ibidem etiam Coraſio, ff. d. t. item Donello in l. eum qui Kalendis, ff. eod. tit. & Ant. Fabro lib. 1. coniectur. cap. 1. ſed horum argumenta eruditè refutat Dominus Borch. in dict. commentar. cap. 6. nu. 35. & ſeqq.*

*At quia communis videtur hæc affirmata opinio, cui ſubſcribit etiam Gomez. Tomo. 2. cap. 11. nu. 22. & quam probat jus municipale VVirtemberg. part. 2 tit.* Wie gelihen Gelt oder Gut gefordert/ vnd bezalt werden ſoll/ *pag. 184. in praxi ab ea haud temerè recedendum.*

Sub

*Sub conditione inveſtituram fieri dicimus, quà feudum novo cõceditur Vaſallo in futurum aliquem eventum, ut ſi aliquid factum fuerit, vel non fuerit, argum. §. ſub conditione, junct. §. ex conditionali, Inſtitut. de verb. obligat. Conditio enim quæ in præſens aut præteritum tempus refertur, propriè conditio non eſt, l. itaque, 39. ff. de rebus credit. leg. 3. §. ſi tamen, 13. ff. de bonis liber. l. ſi ita ſtipulatus, 120. ff. de verb. obligat. l. inſtitutio, §. ult. ff. de condit. inſtit.* 11

*Eſt autem conditionalis inveſtitura & illa, quà feudum viventis adhuc Vaſalli in eius mortem alteri Vaſallo novo conceditur. Dies enim incertus, qualis eſt dies mortis futuræ, conditionem facit, non ſolùm in ultimis voluntatibus, l. dies incertus, 75. ff. de condit. & demonſtr. l. & l. ſi Titio, 22. ff. quando dies legat. cedat: ſed etiam in contractibus, l. quodcunque 45. §. pen. ff. de verb. oblig. quibus connumeratur etiam inveſtitura, ut ſupra cap. 2. expoſui. Et de inveſtitura, qua ſub hac conditione feudum conceditur, eſt text. in tit. 3. & 9. lib. 1. feud. tit. 26. §. moribus, lib. 2. feudor.*

*Eſt autem duplex conditio, poſſibilis, & impoſſibilis. §. impoſſibilis, Inſtit. de hered. inſtit. & §. ult. Inſtit. de legat.* 12

*Poſſibilis cõditio eſt, quæ exiſtere poteſt naturâ, vel lege permittente, Paul. lib. 3 ſent. tit. 4. qualis eſt hæc: Si me mortuo liberis meis tutorem petie-*

*petieris; Si filiam meam honeſto viro deſponderis: Si gnatum meum liberalibus ſtudiis informari curaveris, &c.*

*Hæc conditio triplex eſt, poteſtativa, caſualis, mixta, l. unic. §. ſin autem aliquid, C. de caduc. tollend. & l. ult. C. de neceſſ. ſerv. heredit. inſtit.*

*Poteſtativa inveſtituræ conditio eſt, cuius eventus ex arbitrio & voluntate Vaſalli dependet, ut quam Vaſallus implere, ſi velit, poteſt. Caſualis conditio inveſtituræ eſt, cuius eventus ex fortuna, non ex arbitrio Vaſalli dependet. Mixta inveſtituræ conditio eſt, cuius eventus dependet partim ex Vaſalli voluntate, partim etiam ex fortuna, per jura proximè allegata.*

*Cum autem ſub poſſibili conditione facta eſt inveſtitura, nō ſtatim debetur feudum. ſed tunc demū, quando conditio inveſtituræ adiecta exiſtit, omnis enim poſſibilis conditio ex eventu exſpectatur, Iul. Paul. lib. 3. ſent. tit. 4. & §. ex conditionali, Inſtit. de verb. oblig. & niſi extiterit conditio hæc, non debetur feudum, de quo inveſtitura facta eſt, arg. l. 1. & l. 2. & tot. tit. C. de inſtit. ſubſtitutionib. & reſtit. ſub conditione factis. Quando enim ſub conditione quid promiſſum eſt, neque ceſſit dies, neque venit dies conditione adhuc pendente, l. cedere diem 213. ff. de verb. ſig.*

Eſt

Digitized by Google

*Eſt & illud hîc notandum, quod inveſtitura, quæ facta eſt ſub conditione poſſibili, quæ libero domini inveſtitoris continetur arbitrio, inutilis ſit, ſi collata in arbitrium Vaſalli: valeat verò, ſi collata ſit in domini ut boni viri arbitrium, argum. l. 3. C. de dotis promiſſ. l. ſtipulatio valet, 17. & l. Centeſimis, 46. in fin. ff. de verb. obligat. & l. ſub hac, 8. ff. de oblig. & actionib. liberum enim arbitrium incertum; ſed arbitrium boni viri certum eſſe dicitur, l. 1. in fin. ff. de legat. 2. Impoſſibilis porrò conditio eſt, cuius eventum natura vel lex averſatur, d. §. impoſſibilis Inſtit. de inutilib. ſtipulationib.*

*Natura impoſſibilis eſt conditio hæc, ſi digito cœlum tetigeris, l. ſi ſtipulor, 35. in princ. junct. §. 1. & l. continuus 137. §. cum quis, ff. de verb. oblig. & l. Filius 15. ff. de condit. inſtit. Vt & hæc conditio; Si uno die Romam iveris, §. ſi impoſſibilis inſtit. de inutilib. ſtipul.*

*Lege impoſſibilis eſt conditio, quæ eſt contra jus, vel bonos mores; l. pacta 7. ubi Donel. C. de pactis, l. non dubium 5. in fin. C. de legib. l. juriſgentium 7. §. ait Prætor; & §. generaliter, l. ſi unus 27. §. pacta quæ turpem, l. jus publicum, ff. de pactis, l. nec ex prætorio, l. neq; pignus, §. ult. ff. de reg. jur. l. illud convenire non poteſt, ff. de pact. dotalibus. Eiuſmodi eſt conditio hæc; Si ſororem tuam duxeris vxorem; l. ſi ſtipulator, 35. §. 1. ff. de verb. obligat. Item hæc condi-*



Digitized by Google

*tio; ſi homicidium, vel aliud flagitium feceris, l. ſi flagitii, 123. ff. d. t.*

*Impoſſibilis autem conditionis ea eſt natura, ut vitiet inveſtituram, ac inutilem eam faciat, cum quamvis aliam etiam conventionem vitiet, l. non ſolùm 31. ff. de oblig. & act. l. impoſſibilis, 7. ff. de verb. oblig. §. ſi impoſſibilis, inſtit. de inutilibus ſtipulat. Si ergo ſub huiuſmodi aliqua conditione inveſtitura fiat, puta hoc modo: Ego te per feudum de hoc prædio inveſtio, ſi digito cœlum tetigeris, vel; ſi uno die Romam iveris, vel, ſi ſororem tuam uxorem duxeris, vel, ſi homicidium, ſi adulterium, commiſeris, inveſtitura planè inutilis eſt, Henricus à Roſenthal. in ſynopſi jur. feudal. cap. 6. concluſ. 36.*

13 *Vocatur autem in dubium, ſitne utilis inveſtitura, quæ alicui fit de feudo Vaſàlli adhuc viventis? Diſtinguendum hîc eſt inter inveſtituram purè factam; & eam, quæ facta eſt in diē, ſive ſub conditione mortis Vaſalli poſſeſſoris. Purè facta inveſtitura, de feudo Vaſalli adhuc viventis, ipſo jure nulla eſt, per text. expreſſum in tit. 9. verſ. nam ſi lib. 1. feud. ubi feudiſta,* ſi, quis, *ait*, fuerit inveſtitus purè de alieno feudo, non valet habita inveſtitura, *ſimiliter Iuriſconſultus in tit. 35. lib. 2. feud.* Vbi, *inquit*, de alterius feudo fecerit (*dominus*) inveſtituram, ſiquidem purè, non valet.

*Sed*

*Sed quæritur, utrum reconvaleſcat iſthæc inveſtitura, ſi poſtmodum Vaſallus ille feudi poſſeſſor ſine legitimis feudi ſucceſſoribus moriatur? Bald. in tit. 22. §. ſi quis fecerit, nu. 6. & ibidem etiam Alvarot. nu. 5. lib. 1. feud. ſcribunt, duobus caſibus robur accipere hanc inveſtiturã mortuo ſine ſucceſſore Vaſallo. Prior caſus eſt, ſi inveſtitura facta ſit ſtipulatione interveniente; Alter, ſi inveſtitus Vaſallus novus poſſeſſionem feudi nactus fuerit.* 14

*Verum Matth. de Afflict. dicto loco, nu. 15. ſentit, inveſtituram hanc vires recipere nullas, etiamſi poſtea ſine liberis deceſſerit, feudi poſſeſſor, eandem opinionem amplectitur quoq; Ioan. Borch. in commentar. in conſuet. feud. part. 1. c. 7. nu. 24. & Hart. Piſtoris, lib. 2. quæſt. jur. quæſt. 25. nu. 13. & 14. & quidem recte. Tum quia ab initio quod vitioſum eſt, ſolo temporis tractu abſque nova voluntate convaleſcere non poteſt, l. quod initio 29. ff. de reg. jur. & l. qui res 98. §. Aream, 8. ff. de ſolut. & §. nec in pendenti Inſtit. de inutilib. ſtipulat. Tum etiam, quia ſi pura iſthæc ſtipulatio robur aſſumeret hoc caſu, nulla eſſet differentia inter hanc puram inveſtiturã, & eam, quæ fit ſub hac conditione, ſi feudi poſſeſſor aliquando abſq; feudi ſucceſſorib. deceſſerit. Cum tamen accurate diſtinguatur inter utramque illam inveſtituram, in dict. tit. 9. lib. 1. feud. & dict. tit. 35. lib. 2. feudor.*

*Eatenus tamen valet purè facta de feudo viventis inveſtitura, quatenus ipſe poſſeſſor conſenſerit inveſtitioni, per text. in dict. tit. 12. §. ſi quis fecerit, ibi, ſine illius conſenſu, & tit. 27. §. ſi quis inveſtierit, ibi, niſi eo conſentiente, lib. 1. feudor. & tit. 35. verſ. ubi verò; lib. 2. feudor. quo poſteriori loco, Iuriſconſultus ſcribit, ſi inveſtitus quis ſit de feudo viventis Vaſalli in caſum, quo ipſi inveſtitori feudum aperiatur, valere inveſtituram etiam ſine poſſeſſoris voluntate. Vnde ſequitur feudiſtam aliud ſentire in caſu, quo purè facta eſt inveſtitura de feudo viventis Vaſalli abſque eius voluntate. Confirmatur quoque hæc ſententia jure communi, quo valet pactum, de futura ſucceſſione tertii alicuius, modò ille in eam pactionem conſentiat, l. ult. C. de pact.*

*Mediolanenſes tamen & Cremonenſes exiſtimarunt huiuſmodi inveſtituram valere, ſive conſentiente, ſive ignorante feudi poſſeſſore facta fuerit, dict. tit. 27. §. ſi quis inveſtierit, lib. 1. feudor. Sed horum opinio reiecta videtur: tum quod ea poſteriori refertur loco, in dict. §. ſi quis inveſtierit, & uſitatum eſt in feudorum libris, quod reprobata opinio plerunq; loco refertur poſteriori, ut oſtendit Barthol. Camer. in repetit. tit. 55. de prohibita feudi alienat. per Frideric. pag. 246. & Hart. Piſtoris lib. 2. quæſt. jur. quæſt. 25. nu. 30. quæſt. 32. nu. 2. & quæſt. 34. nu. 24. tum*

*etiam*

etiam quod aliis in locis maximè in dict. tit. 22. §. ſi quis fuerit, lib. 1. feudor. ſimpliciter dicitur, ſine illius conſenſu, cuius eſt beneficium, non rectè fieri inveſtituram de ipſius feudo. In conflictu enim opinionum illa ſemper tenenda eſt, quam uſus comprobavit, l. minimè 23. & l. ſi de interpretatione, 37. ff. de legib. uſu autem comprobata cenſetur opinio, quæ ſæpius inculcatur, l. nam Imperator, 38. ff. d. t.

Quod attinet inveſtituram ſub conditione, ſive in diem mortis Vaſalli poſſeſſoris feudi factã, variant de ea interpretes magnoperè. Andr. de Iſern. in tit. 26. §. moribus quidem receptum eſſe, ut valeat confeſſio, ſed tales eſſe pravos mores, & non ſervandos generaliter, ſed tantùm, quando à Principe fit confeſſio, non etiam cum feudum conceditur ab inferiore. Hanc Iſerniæ ſententiam ſequitur Matth. de Afflict. deciſ. 292. nu. 4. & 5. hoc motus argumento, quod Papa dare poteſt expectativam ad certum beneficium, non etiam inferior aliquis, per text. in c. 1. & c. 2. & c. propoſuit extr. de conceſſ. præb. c. ne captandæ, eodem tit. in 6. c. ex parte, extr. de offic. & poteſt. judic. de leg. & c. eam te, extr. de reſcriptis.

Iacobin. verò de S. Georg. tract. feud. in verb. inveſtivit talem, nu. 12. verſ. poteſtis aliter dicere, &c. diſtinguit in hunc modum: aut inveſtitur aliquis de feudo Vaſalli adhuc viventis generaliter, non expreſſo eius nomine, puta inve-

*ſtio te de feudo, quod mihi primò aperietur: aut inveſtitura ſit de feudo certi alicuius Vaſalli, hoc modo; Ego te inveſtio de feudo Titii, ſi ille ſine heredibus feudi deceſſerit. De caſu priori veram eſſe Mediolanenſium & Cremonenſium opinionem, poſteriori autem caſu procedere Placentinorum opinionem in dict. tit. 27. §. ſi quis inveſtierit, lib. 1. feudor. Atq; hanc diſtinctionem confirmat Iacobin. argum. l. 3. §. de illo ff. pro ſocio. Hic enim ait, ceſſat votum captandæ mortis Vaſalli adhuc viventis, quæ eſt ratio d. l. ult. C. de pactis, Iacobinum refert, & ſequitur Menoch. conſil. 1. nu. 420.*

*Cæterùm communis eſt feudiſtarum ſententia, valere inveſtituram de feudo Vaſalli adhuc viventis ſub conditione mortis ipſius, & tale ſit feudum, quod, mortuo illo Vaſallo feudi poſſeſſore, ad dominum ſit reverſurum, Bald. Alvarot. & Matth. de Afflict. in dict. tit. 27. §. ſi quis inveſtierit, Alciat. ad d. l. ult. C. de pact. Socin. ſenior conſil. 52. lib. 3. Socin. jun. conſil. 76. num. 119. lib. 1. Zaſ. in epit. feud. part. 6. nu. 22. Roland. à valle conſil. 2. nu. 44. lib. 1. Andr. Geil. lib. 2. obſer. practic. obſer. 155. Hartman. Piſtoris lib. 2. quæſt. jur. quæſt. 25. nu. 4. & ſeqq. Atque hæc ſententia diſertè confirmatur text. in tit. 3. & tit. 9. lib. 1. feud. neque refert inveſtitura iſthæc conditionalis fiat ſciente, vel ignorante Vaſallo feudi poſſeſſore, per text. expreſſum*

*in d. t. 35. lib. 2. feud. ubi Iuriſc. ſed ſi, ait, ſub tempore vel conditione, quo feudum ſibi aperiatur, valebit inveſtitura, etiam ſine voluntate Vaſalli facta. Cõcordat text. in tit. 26. §. morib. lib. eod. feud. Vbi feudiſta generaliter, & abſq; diſtinctione inter ſcientiam, & ignorantiam poſſeſſoris feudi oſtendit, valere huiuſmodi inveſtituram.*

*Non deſunt qui putant de hac quaſtione contentionem fuiſſe inter Placentinos, itemq́ue Mediolanenſes, & Cremonenſes, per text. in dict. tit. 27. §. ſi quis inveſtierit, lib. 1. feudor. Sed locus ille intelligendus eſt de inveſtitura de feudo Vaſalli adhuc viventis purè facta, quam explicationem juvat non modò diſtinctio inter puram, & conditionalem inveſtituram, propoſita in dict. tit. 9. verſ. nam & ſi quis, lib. 1. feud. & d. tit. 35. verſ. ubi verò, lib. 2. feud. ſed & quod in dict. tit. 22. §. ſi quis fecerit, lib. 1. feud. abſque relatione contrariarum opinionum, ſimpliciter dicitur, pro non facta haberi inveſtituram, quæ de feudo viventis Vaſalli ſine illius conſenſu facta eſt: tùm etiam, quod in dict. tit. 27. §. ſi quis inveſtierit, lib. 1. feudor. non diſtinguitur inter purè factam inveſtituram, & eam, quæ in diem, vel ſub conditione mortis Vaſalli poſſeſſoris facta eſt.*

*Quamvis autem Frideric. Schenck. Baro à Tautenberg. in dict. t. 26 §. moribus, lib. 2. feud. exiſtimet, & hanc inveſtiturã, ignorante Vaſallo feudi poſſeſſore factam, jure civili reprobari per*



Digitized by Google

*text. in l. ult. C. de pact. Verius tamen eſt contrarium, ut & Hartman. Piſtoris ſentit, dict. lib. 2. quæſt. jur. quæſt. 25. nu. 28. & ſeqq. Iure enim civili, ſi cõceſſerim alicui uſumfructum feudi cuiuſdam, poſſum de eodem jure diſponere, ut poſt mortem eius ad alterum perveniat, l. qui fructus, 25. & l. fundi, 38. ff. de uſufruct. legat. & l. heredibus 50. ff. de leg. 2. ſed feudum inſtar uſusfructus obtinet, tit. 23. §. ult. lib. 2. feud.*

16 *Nec quicquam obſtat reſcriptum Imp. Iuſtiniani in d. l. ult. C. de pact. eius enim ſpecies planè diverſa eſt. Agitur ibi de pacto, quod de viventis hereditate interpoſitum eſt. Is qui aliquid ex ea pactione ſperat, ſcit ſpem vanam fore, ſi is, de cuius hereditate agitur, teſtamentũ condat, qua de cauſa optat, ut quamprimùm antequam fiat ab ipſo teſtamentum, moriatur. Voto eo quodammodo invitatur, ut vitæ eius inſidias ponat. Nihil ſimile eſt in noſtro propoſito & caſu, quippe cum Vaſallus non poſſit diſponere de feudo ſuo, neq; inter vivos, neq; per ultimam voluntatem, textus eſt in tit. 8. §. 1. lib. 1. feudor. Et quia certus eſt novus Vaſallus, in caſum mortis Vaſalli poſſeſſoris feudi inveſtitus, quod feudum de quo inveſtitus eſt, certò habiturus ſit, aut heredibus ſuis illud obventurum; non eſt metuendum, quod acceleraturus ſit mortem Vaſalli poſſeſſoris feudi de quo agitur.*

*Adhæc inveſtitura de feudo alieno conditionalis, ſive in diem incertum mortis Vaſalli, non eſt de futura ſucceſſione viventis ipſius Vaſalli, ſed eſt conventio quædam in defectum juris tertii, puta de caducitate ſucceſſionis, Bald. ad dict. tit. 27. §. ſi quis, lib. 1. feud. Hartman. Piſtoris, d. quæſt. 25. nu. 5. & ſeqq.*

*Vlterius non obſtat, quod Baro à Tautenberg. in d. §. moribus obiicit, conventionem illam inveſtituralem fieri de re aliena, puta de feudo alieno, de jure utendi fruendi prædio feudali, quod jus eſt viventis adhuc Vaſalli, proindeq; expectantiam illam de feudo Vaſalli viventis deſiderium mortis ipſius inducere, ut & Geyl. opinari videtur, dict. obſerv. 155. nu. 4. id, inquam, non obſtat, præſumptio enim illa captandi mortem Vaſalli poſſeſſoris feudi hîc meritò ceſſare debet, tùm quia certus eſt novus Vaſallus, ſibi, aut ſuis aliquando obventurum certò feudum illud, cum Vaſallus feudi poſſeſſor ad alium id transferre nequeat, atque ipſum dominum & heredes eius ex facta inveſtitura obligatos habeat: tùm etiam quia hominem homini inſidiari nefas eſt, l 3. in fin. ff. de juſt. & jur. Nefarium autem factum in viro honeſto non præſumitur, ut latè oſtendit Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 1. & 2.*

*Denique negotium hîc nobis facit nullum, quod feudiſta in dict. tit. 26. §. moribus, lib. 2.*

G 5 feud.

*feud.ſcribit, receptum eſſe moribus, ut valeat inveſtitura de feudo Vaſalli adhuc viventis in caſum mortis ipſius. Cui conſequens eſſe videtur, jure civili ſcripto eiuſmodi conventionem non valere. Cum jus moribus receptum, & ſcriptum jus ſint oppoſita. Quod enim jure civili ſcripto in omni uſufructu definitum eſt, quod etiam vivo adhuc fructuario in caſum mortis ipſius ad alium transferri poteſt, ut ſupra oſtendi, id ſpecialiter moribus feudorum in uſufructu feudali receptum eſt.*

17 *Eſt & illa anceps quæſtio, ſitne utilis & valeat inveſtitura de feudo Vaſalli filios feudi ſucceſſores habentis, facta ſub conditione, ſi deceſſerit ille abſque feudi ſucceſſoribus? Gloſſ. & Dd. communiter negant, Andr. de Iſern. & Matth. de Afflict. num. 71. & 75. ad tit. 27. de feudo dato in vicem legis commiſſ. §. ſi quis, lib. 1. feud. Fachin. lib. 7. controverſ. jur. cap. 28. verſ. quod attinet ad tertiam.*

*Ab his omnibus diſſentit Hartmann. Piſtoris, lib. 2. quæſt. jur. quæſt. 25. num. 19. & ſeq. & eum ſequutus Herman. Vult. lib. 1. de feud. cap. 7. nu. 48. pag. 195.*

*Communis ſententia mihi nequiquam diſplicet. Textus enim feudales nominatim de morte ſive deceſſu tantùm Vaſalli poſſeſſoris feudi loquuntur, titul. 3. ibi, ut poſt deceſſum eius, qui poſſidet, titul. 9. in princip. ibi. Poſt mortem eius,*

*eius, lib. 1. feudorum, & dict. tit. 26. §. moribus, ibi, de feudo militis ſui, quod poſt mortem ipſius ad dominum reverti ſperabatur, libr. ſecund. feudorum. Accedit textus urgentiſſimus in dict. titul. 27. §. ſi quis inveſtierit, in fin. lib. 1. feudorum, his verbis:* Hoc autem dicendum eſt de eo milite, qui feudi ſucceſſores non habet, *ubi notanda non ſolùm particula* hoc, *ſed & præſentis temporis verbum* habet. *Pronomen enim* hoc, *ut & verbum* habet, *pertinent ad præſens inveſtituræ negotium, & præſentem Vaſalli eiusquè feudi conditionem, puta ut valeat inveſtitura de feudo Vaſalli adhuc viventis, ſi hic ſucceſſores non habeat, id eſt, ſi tempore inveſtituræ non adſint, quos à morte ſua feudi ſucceſſores haberet. Similiter Juriſconſultus in dict. tit. 26. §. moribus, lib. 2. feudorum, utitur verbis præſentem tempore inveſtitionis conditionem ipſius Vaſallo, & feudi eius, quæ verba hæc ſunt:* ad dominum reverti ſperabatur, *junctis verbis,* dominum inveſtituram facere poſſe. *Et certè ſatis odioſum eſſet in caſu, quo Vaſallus legitimos feudi ſucceſſores præſentes habet, inveſtituram fieri de eius feudo, in caſum, quo is deceſſerit abſque feudi ſucceſſoribus: In mortem alterius, ait ille, ſpem tu tibi ponere noli. Satis ergò ſit, ſpem habere in futuro deceſſu viventis adhuc Vaſalli, non etiam futurorum ſucceſſorum ipſius.*

*Argu-*

Digitized by Google

18 *Argumenta Hartmanni Piſtoris tanti non ſunt ponderis, ut per ea communis infirmetur ſententia. Primum enim quod attinet ſub n. 20. dict. quæſt. 25. eſt illud huiuſmodi: Iure feudali generaliter eſſe cautum, ait, ut vivente poſſeſſore feudi, alius ſub conditione inveſtiri de eius feudo poſſit. Et reſpicit fortè Piſtoris, ad text. quẽ non allegat in d. tit. 35. verſ. ubi verò, lib. 2. feud. Verùm licet eo loco textus generaliter loquatur, non exprimens caſum, quo Vaſallus non habet liberos, feudi ſucceſſores: de hoc tamen ſpeciali caſu reſtrictivam interpretationem deſiderat ex text. in tit. 3. tit. 9. & tit. 27. lib. 1. feud. & tit. 26. §. moribus, lib. 2. feud.*

*Alterum Piſtoris argumentum illud eſt, quod nulla ſit ſtringens ratio pro negativa opinione. Verùm quibus argumentorum momentis, idoneis ſcilicet & urgentiſſimis, communis illa ſententia munita ſit, prius oſtendi.*

*Argumentum Piſtoris tertium, à conſuetudine & communi obſervantia petitum, æquè cõcludens non eſt, quippe cum contraria illa conſuetudo nondum ſit probata: Et licet alicubi recepta fuerit, ſtrictè tamen eo tantum in loco obtineret. Denique prætenſa illa conſuetudo rationabilis non eſt, cum occaſionem præbeat inhiandi feudo, quod à morte Vaſalli ad eos liberos pertinet, & quidem iure proprio ex prima ſcilicet inveſtitura adquiſito, per text. in tit. 14. § ſi capita-*

capitanei, junct. tit. 8. §. 1. lib. 1. feudorum. Rationabilis autem quæ non eſt conſuetudo robur habet nullum, c. ult. ubi Canoniſt. extr. de conſuetud. c. 1. tit. de jurejurand. in 6. Novell. 134. cap. 1. c. cum cauſa, 8. extr. de re judicat. Mynſing. cent. 6. obſerv. 41. num. 3. & 4. Andr. Geyl. lib. 2. obſerv. practic. obſerv. 31. nu. 11. 12. 13. & 14. Vaſq. de ſucceſſionum creat. lib. 1. §. 2. nu. 7.

Eſt & illa huius loci quæſtio, ſi Vaſallus de cujus feudo alius eſt inveſtitus in caſum mortis ipſius feudi poſſeſſoris, poſtea liberos procreet, an ibi facta inveſtitura evaneſcat, nec ne? Hanc quæſtionem movet idem Hartman. Piſtor. dict. quæſt. 25. num. 15. & ſeqq. ac concludit, evaneſcere inveſtituram, ſi facta ſit ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, & poſtmodum moriatur pater relictis liberis. Deficiente enim diſpoſitionis conditione, etiam ipſa diſpoſitio deficit, l. neceſſariò 8. ff. de peric. & commod. rei vendit. §. precium, verſ. ſin autem aliqui, Inſtit. de empt. & vendit. Et quoties aliquid dicitur, vel conſtituitur ſub conditione; ſi ea conditio non exiſtat, conſtitutioni locus eſt, l. 1. verſ. huius rei, ff. de offic. eius, cui mandat. eſt juriſdict. & l. ſi procuratorem, 8. §. ſi ignorantes, junct. §. ſeq. ff. mandat. l. 1. ff. de reg. Caton. Vnde Dd. dicunt, ſi conditionalis diſpoſitio affirmet, conditione cedente: ea deficiente, neget, & è contra, Angel. conſ. 373. colum. pen. Cravett. conſil. 344. num. 4. Item ſub condi-

Digitized by Google

*conditione relictum, cenſetur ſub contraria conditione non datum, l. quibus, 40. §. 2. & l. aliquando, 107. ff. de evict. & demonſtrat. Donell. lib. 14. Commentar. cap. 16. & ſeq.*

*Quod ſi verò liberi, poſt inveſtituram illam conditionalem nati, moriantur vivo adhuc patre Vaſallo, & poſtmodum decedat pater, ſine liberis feudi ſucceſſoribus, locus adhuc eſt inveſtituræ, cum adiecta conditio hoc caſu exiſtat, ſiquidem Vaſallus ſine liberis decedat, ut rectè ſentit Hartman. Piſtor. dict. quæſt. 25. num. 17. & ſeq. quem ſequitur Vulteius, lib. 1. de feudis, cap. 7. num. 49.*

*Eſt & illud hîc obſervandum, quod ſi inveſtitus præmoriatur Vaſallo, ſpes feudi adquirendi ad eius heredes tranſmittitur, argum. §. ex conditionali, Inſtitut. de verb. oblig. & eſt text. in tit. 9. lib. 1. feudorum. De hac quæſtione videri poteſt etiam Ioan. Borcholt. de feud. cap. 7. part. 1. num. 22. Hartman. Piſtor. dict. quæſtion. 25. num. 28. & ſeqq.*

*Similiter non ſolùm inveſtitor, ſed & heredes eius ex hac tenentur inveſtitura, tit. 3. & tit. 9. verſ. inveſtitor, lib. 1. feudorum, & dict. tit. 35. lib. 2. feudorum.*

20 Succedit *alterum huius quinti capitis membrum, quod eſt de pactis inveſtiturarum. Ipſa feudi inveſtitura contractus eſt, & quidem innominatus contractus, ut arguit text. in titul. 21.*

*verſ.*

*verſ. vel ſi dominis ſuis, lib. 1. feudorum, & latè expoſui ſupra cap. 2. Cùm autem jure communi pacta adponi poſſunt cuilibet contractui, l. juriſgentium 7. §. quinimò, 5. verſ. ea enim pacta, & §. ſeq. ff. de pact. l. in bonæfidei contractibus, 13. C. dict. tit. Sic & feudorum jure contractui inveſtiturali rectè & utiliter pacta adiiciuntur, tit. 8. §. filia verò, ibi, niſi inveſtitura, tit. 14. §. ultim. lib. 1. feud. tit. 3. §. ultim. tit. 8. in princip. verſ. qui enim alienæ, tit. 12. in princip. & tit. 50. in princip. lib. 2. feudorum. Pactum † autem inveſtituræ contractui adpoſitum, feudorum placita etiam tenorem inveſtituræ appellant, tit. 6. §. quinetiam, lib. 1. feudor. tit. 2. §. præterea, tit. 18. in princip. & fin. lib. 2. feudorum, & tit. 104. §. item ſi quis eo tenore, in extraordin. capit. idem quoque legem inveſtituræ vocant. tit. 48. in princ. lib. 2. feud. & tit. 27. lib. 1. feud.* 21

*Cæterùm triplex circa inveſtiturarum pacta incurrit inſpectio. Vna de huiuſmodi pactorum generibus. Altera de interpretatione harum pactionum. Tertia de effectu earundem.* 22

*Genera pactionum inveſtituræ quod attinet, pacta iſthæc vel detrahunt aliquid naturæ feudorum, vel ei aliquid adiiciunt, textus eſt in tit. 2. §. præterea ſi aliquis, & §. ſeq. lib. 2. feudorum, & paulò poſt latius oſtendam. Sic jure com-* 23

Digitized by Google

*communi pacta, quæ contractibus inſeruntur vel detrahunt aliquid naturæ contractuum, vel ei quidpiam adiiciunt, l. pacta conventa, 72. in princ. ff. de contrah. empt. & vendit. l. contractus 23. §. ſed hæc ita, ff. de reg. jur.*

24 *Non eſt hoc loco ignorandum, quod ut contractuum, ſic & feudi alia eſt natura, alia ſubſtantia, ſubſtantia cōtractus itemq; feudi eſt ipſa contractus & feudi forma eſſentialis; quâ ſublatâ, ipſe etiam contractus aut feudum eſſe deſinit, d. l. pacta conventa. 72. in fin. princip. ibi, quoniam emptionis ſubſtantia conſtitit ex precio, ff. de contrahend. empt. & vendit. & l. Iulian. 9. §. ſed ſi quis 3. ibi, mutata forma propè interimit ſubſtantiam rei, ff. ad exhibend.*

25 *Vt autem contractus emptionis & venditionis ſubſtantia ſive forma eſt precii conſtitutio, d. l. pacta 77. in fin. principii, ff. de contrahend. empt. & vendit. & locationis conductionis forma ſive ſubſtantia eſt mercedis conſtitutio, §. 1. Inſtit. de locat. & conduct. ſic feudi ſubſtantia, ſive eſſentialis forma eſt mutua domini & Vaſalli obligatio, de fide ſive fidelitate invicem præſtanda,* daß einer dem andern mit Raht vnnd That trew vnnd hold ſey / für Schaden warne / auch nach vermögen denſelben abwende / darneben der LehenMann dem LehenHerzn gebürende Ehr erzeige / *tit. 5. 6. 7. & tit. 22. §. curia autem; & tit. ſeq. §. de illa autem; verſ. quomodo enim,*

*lib. 2.*

*lib. 2. feud. Zaſ. in Epit. feud. part. 1. Molin. in conſuetud. Pariſ. tit. 1. num. ult. Schrader. tr. feudal. part. 2. cap. 2. num. 25. & ſeqq. Ioan. Borcholt. in Commentar. in conſuetud. feudor. cap. 1. nu. 20. Quò pertinet etiam, quod feudum à fide ſive fidelitate dicitur, t. 3. in fin. lib. 2. feud. quodq́; Vaſallus in feudorum libris appellatur fidelis, tit. 1. §. quia vidimus, tit. 4. §. ſi quis, & tit. ſeq. §. item ſi fidelis, & §. rurſus, tit. 10. lib. 1. feudor. & tit. 7. §. ultim. lib. 2. feudorum.*

*Quia verò ipſa mutuæ fidelitatis, ſive fidei præſtatio eſt ſubſtantia ſive eſſentialis forma feudi, conſequens eſt, quod pacto inveſtituræ effici non poſſit, ne domino Vaſallus, aut huic ille ad hanc fidem obligetur, ſalvo manente feudo, arg. textus in d. l. Iulianus 9. §. ſed ſi quis, 3. ff. ad exhibendum, & d. l. juriſgentium, 7. §. adeo, 6. ff. de pactis.*

*Cæterùm ut contractus cuiusq́; certa quædam eſt natura, d. l. juriſgentium, 7. §. quinimò, verſ. idem reſponſum, ibi, aliquid extra contractus naturam. ff. d. t. l. ex empto 11. §. 1. ibi, quæ naturaliter inſunt, ff. de actionibus empt. & vendit. l. naturalis 5. §. ſed ſi facio, ut facias, ibi, mandatum ex pacto etiam ſuam naturam excedere, ff. de præſcript. verb. & §. de illa ſanè, ibi, contra naturam ſocietatis, Inſtit. de ſociet. Sic & feudo ſua eſt natura, tit. 48. de feudo non habente propriam feudi naturam, lib. 2. feudor.*



Digitized by Google

26 *Quid autem ſit, quo internoſci natura debeat ab ipſâ ſubſtantia explicatu difficile videtur; unde Alciat. in l. 4. ff. de reb. credit. & Gabriel Mudæus ad tit. ff. de contrah. empt. & vendit. part. 6. num. 16. ſcribunt, in ſubſtantia & natura contractus diſtinguenda opus eſſe ingenio, & quidem inſtructo, Iacobus Cuiacius verò in prælud. feud. in fin. Contius lib. 1. Diſputat. cap. 17. & Iohan. Borcholt. in tit. ff. de pact. cap. ultim. num. 56. ſubſtantiam & naturam idem eſſe, & falſam ab Interpretibus communiter traditam inter hæc duo differentiam docere audent. Sed recens hoc dogma cum errore conjunctum eſſe, teſtabuntur, quæ mox dicam.*

27 *Subſtantia contractus continetur ipſâ eſſentiali forma, ſive ſpecifica differentia contractus, per quam contractus eſt id, quod eſt, ut eâ contractus forma ſublata, eſſentia quoq; contractus pereat, ut antea oſtendi.*

28 *Natura verò contractus eſt quædam eius adjuncta qualitas, quam ipſi autoritas legis tribuit, ut arguit text. in l. ſi unus 27. §. pactus ne peteret, verſ. quotiens, ibi, lex naturæ eius (dotis) tribuit, ff. de pactis, & §. adeo autem, verſ. ſed talis contractus, ibi, lex Zenoniana emphyteuſeos contractus ſtatuit propriam naturam, Inſtitut. de locat. & conduct. Dotis qualitas jure civili ea eſt, quod ſoluto per divortium matrimonio, per mulierem repeti poteſt, non ſtatim præſenti die,*

ſed

*ſed intra annum, ſi in rebus mobilibus conſiſtat l. unic. §. exactio autem, C. de rei uxor. action. Hæc autem dotis qualitas natura dotis dicitur in d. l. ſi unus 27. §. pactus ne peteret, verſ. quotiens ff. de pact. Eaq; natura pacto mutari poteſt in ipſo dotis contractu, ut non intra annum, ſed ſtatim ſoluto matrimonio, die præſenti reddatur mulieri, ut Iuriſconſultus Paulus dicto loco oſtendit. Non ergò ipſa contractus natura verè dici ſubſtantia poteſt, cum hæc perimi non poſſit ulla pactione, ut anteà docui.*

*Sic emphyteuſeos contractus ea eſt qualitas, & conditio, quod feudi emphyteutici interitus totalis ad dominum, particularis verò ad emphyteutam pertinet, l. 1. v. ſiquidem tanta, C. de jure emphyteutico. Sed hæc qualitas & conditio huius cōtractus, dicitur natura cōtractus emphyteutici, in d. §. adeò autem, v. ſed talis, Inſt. de locat. & cōduct. Atq; hæc natura pacto contrahentiū mutari poteſt, ut expreſſè dicitur citato modò loco, & in d. l. 1. C. de jur. emphyteut. Non eſt ergo natura contractus idem, quod contractus ſubſtantia.*

*Adhæc mandati ea eſt conditio & qualitas, quod procurator, qui illud ſuſcepit, repetere à domino poteſt oēs ſumptus, quos fecit in re ſibi mandata. l. qui proprio, §. pen. ff. de procur. & l. qui mutuā, §. ult. ff. mandati, atq; hæc mandati qualitas natura mandati dicitur, in l. naturalis, 5. §. ſed ſi facio. 4. ff. de præſc. verb. eaq; pacto huic cōtractui*



Digitized by Google

adjecto ita mutari poteſt, ſalvo ipſo contractu, ut procuratori dominus reddere non omnes ſumptus teneatur, ſed ad certam duntaxat quantitatem, ut docet Iuriſc. Paulus loco proximè citato. Natura ergo contractus ſubſtantia non eſt, cùm hæc mutari nequeat ſalvo ipſo manente contractu.

Denique ſocietatis ea conditio & qualitas eſt, ut & lucri & damni cõmunicatio inter ſocios fiat. Atque hæc conditio & qualitas ſocietatis natura dicitur, §. de illa ſanè, verſ. Q. Mutius, Inſt. de ſocietat. Sed pacto mutari hæc quodammodò natura poteſt, ut ex d. loco apparet. Ita tamen, ut non unus ſolum duntaxat lucrũ, alter ſaltem damnũ ſentiat, l. ſi non fuerit, 29. §. Ariſto. ff. pro ſocio.

Eſt ergo aliud ſubſtantia feudi, aliud item feudi natura. Et natura feudi eſt eius quædã adjũcta qualitas, non q̃ dominus & vaſallus ſua pactione illi adpoſuerint, ſed legis feudalis autoritas ei inſeruerit. Ac poteſt feudi natura pacto inveſtituræ mutari ſalvo manẽte ipſo feudo, text. eſt expreſſus in d. t. 48. v. ſed qualitercunq;, lib. 2. feud.

29 Non eſt tamen una eademq; naturæ conditio. Quædã enim natura contractus aliusq; rei pacto cõtrahentiũ mutari non poteſt; ſed ſi de ea mutãda pactum ſit interpoſitum, valet quidem, & conſiſtit ipſa negotii ſubſtantia, verùm pactio illa pro non adiecta habetur, ut diſertè arguit text. in l. cum precario, 12. in pr. ff. de precario, & §. de illa ſanè, ibi, & ob id non eſſe ratam pactionem, Inſtit. de ſocietat.

Hinc

*Hinc ergò concludendum, naturam ut contractuum, ſic & feudi aliam eſſe ſeparabilem, aliam inſeparabilem.*

*Eſt & illud hic generaliter monendum, quod feudi natura alia propria eſt, alia impropria, d.t. 48. de feudo non habente propriam feudi naturam, lib. 2. feud. t. 2. §. 1. ibi, nomine proprii feudi, lib. 1. feud. Propria feudi natura eſt communis & cōſueta feudi ratio ſive qualitas, t. 2. §. præterea, lib. 2. feud. Cuiuſmodi natura propria maximè explicatur in definitione feudi ſub. tit. 23. §. ult. lib. 2. feud. Impropria feudi natura eſt, quæ recedit ab illa communi, & uſitatata feudi ratione. Unde feudum aliud proprium, aliud improprium, d. t. 2. §. 1. lib. 1. feudor.* 30

*Sed videamus, quæ feudi natura propria aut impropia per inveſtituræ pactum detrahi poſſit, quæ itē non poſſit pacto detrahi. De feudi propria natura & illud eſt, ut feudum conſtituatur in re immobili, aut q̃ inter immobiles connumeratur, t. 1. §. ult. & d. t. 23. § ult. ibi, rei immobilis, lib. 2. feud. Quo poſteriori loco feudi proponitur definitio, quæ nō forma eſſentiali ſive ſubſtantia feudi ſed variâ naturâ feudi conſtat, ut etiam Curt. Iun. ſentit tr. feud. p. 1. c. 7. n. 7. & ſeqq. junct. n. 28. v. Ego teneo & concludo. Atqui hæc feudi natura quod ſcilicet in re immobili proprie conſtituatur feudum. ſeparabilis eſt feudi natura. Conventione etenim effici poteſt, ut feudum detur in re mobili,* 31

*bili, puta in certa nummorum quantitate, ut ar-*
32 *guit tex. in t. 8. † in pr. ibi, ut aliud eiuſdem boni-
tatis, ſeu quantitatis ei præſtetur, & tit. 25. ibi,
ut dominus Vaſallo eiuſdem æſtimationis, quod
erat tempore rei judicatæ feudum reſtituat, aut
nummos in feudum dandos numeret, lib. 2. feud.
Quo utroque loco Iuriſconſultus feudiſta docet,
quod ſi fundus alienus Vaſallo in feudum datus,
ei evincatur, neceſſe habeat dominus, Vaſallo
aliud eiuſdem bonitatis feudum dare, vel in alio
prædio, vel in nummis ſive precio evicti feudi.
Quo ſenſu etiam Hotoman. utrumq; eum locum
interpretatur, ut & Iac. de Ardiz. in Epit. jur. F.
c. 27. Vbi etiam ex hiſce locis cõcludit, q; in omni
re mobili feudũ cõſiſtere poſſit, licet non propriũ.*

*Alii quidem juris feudorum Interpretes, ali-
ter iſthæc loca interpretantur, in hunc puta ſen-
ſum, q; teneatur dominus, pro evicto feudo num-
mos Vaſallo dare, ut hic pro eadem illa pecunia
feudum ſibi aliud comparet, gl. Iacob. de Belviſo,
Alvarot. Bald. Baro à Tautenberg. dictis locis,
Curt. Iun. tr. feud. part. 1. cap. 2. n. 12. Senſbeck in
Comment. in uſus feud. part. 15. n. 61.*

*Paulò aliter explicat ea loca Iacob. Cuiac. ad
tit. 1. lib. 4. feudor. Vbi exiſtimat, nummos illos
dandos eſſe evincenti rem feudalem, ut hæc res
nummis illis ita redimatur per Vaſallum.*

*Sed neutra interpretatio placet, Iuriſconſul-
tus enim in d. t. 8. lib. 2. feud. diſertè ſcribit. Quod
aliud*

*aliud quantitatis feudum Vaſallo præſtare dominus pro evicto feudo teneatur, & eiuſdem bonitatis feudo, opponit quantitatis feudum, quorum alterum dominus præſtare Vaſallo cogatur. Deinde in d.t.25.lib.2.feud. Verba hæc:* vel nũmos in feudum dandos, *relationem habent ad tertium aliquem, cui dandi ſint nũmi illi pro feudo, ſed ad ſolum dominũ referri dictio illa debet, ut proximè ſequens verſiculus abundè arguit; his verbis;* dominus ad reſtitutionẽ feudi tenetur.

*Quod ſi dominus tenetur aliud dare feudum Vaſallo pro evicto feudo, aut in alio prædio illud dare tenetur, aut in nummis illis, cum ad alterutrum ſit obligatus, ut clarius oſtendit textus in d. tit. 8. in prine. lib. 2. feudor. Et notandum eſt, quod Iuriſconſultus in d. tit. 25. ait,* nummos in feudum dandos; *& non dicit,* nummos pro feudo dandos. *Poteſt ergò feudum conſtitui etiã in re mobili, cum pecunia ſit res mobilis, Novell. 22. de nuptiis c.45. verſ. ſi verò univerſa, l. ſi chorus, 79. §.1. ff. de legat. 3. l.1. §. diminutio, ff. de ventre inſpiciendo & l. ſi quis ſepulchrum 12. §. ult. ff. de relig. & ſumpt. funer. Sed feudum hoc proprium non eſt, ſed improprium. Quia verò conventione effici poteſt, ut feudum conſtituatur etiam in re mobili, conſequens illi eſt, quod de feudi ſubſtantia (quæ mutari non poteſt) non ſit res immobilis, licet alii id exiſtiment; inter quos etiam eſt dominus Vulteius, † lib. 1. de feudis, c.7.* 33

*Hh 4 num.*

*num.55.pag.207. Vbi hinc, ait, ſi conveniat, ut feudum in re quapiam alia, quam immobili, aut illi æquipollenti conſtituatur, pactum illud eſt contra ſubſtantiam feudi, quod non niſi in re immobili, aut illi æquipollenti conſtitui poteſt. Quæ ſanè Vultei & aliorum opinio, confundit planè ipſam feudi ſubſtantiam, id eſt, eſſentialem feudi formam, cũ ſubiectâ materiâ ſive re, in qua feudum conſiſtit, cum tamen aliud ſit feudum, quod ſua eſſentiali forma continetur: aliud item ipſa res in qua feudum conſiſtit, tit. 1. §. ſciendum, lib. 2. feudorum. Quemadmodum etiam aliud eſt uſusfructus, aliud res, in qua uſusfructus conſiſtit, l. 2. ff. de uſufruct. & §. 1. Inſtit. eodem titul. Quod ſi res immobilis eſt de ſubſtantia, id eſt, eſſentiali forma feudi; verum eſſe non poteſt, quod alioqui volunt Dialectici, formam rei alicuius ſubſtantialem eſſe eius ſolius rei, non communem cum aliis, res enim immobilis non ſolius feudi, ſed & emphyteuſeos, itemque uſusfructus eſt ſubiectum. Idem tamen Vulteius libro eod. 1. cap. 8. num. 37. pag. 341. in princ. agnoſcit, de natura feudi eſſe, ut res, in qua feudum conſtituitur, ſit immobilis, aut immobili æquipollens. Sed fortè, ut quidam alii, ſubſtantiam cum natura confundit.*

*De feudi natura propria eſt & illud, ut rei feudalis proprietas apud dominium maneat, uſusfructus verò ad Vaſallum tranſeat, ut teſtatur*

*feudi*

*feudi definitio in dict. tit. 23. §. ult. lib. 2. feudor. & arguit text. in tit. 8. §. ult. lib. eod. feud. ac docet Curt. Iun. in tractat. feudor. part. 1. cap. 7. nu. 30. junct. nu. 7. & ſeqq. Sed iſthæc feudi natura ſeparabilis eſt. Pacto enim inveſtituræ effici poteſt, ut & ipſa rei proprietas ad Vaſallum tranſeat, Bald. ad l. ſi plures 61. nu. 7. C. de condit. inſert. l. unic. nu. 67. C. de confeſſ. Curt. Iun. dict. cap. 7. nu. 22. & 28. Iaſon. in prælud. feudor. nu. 14. & conſil. 57. nu. 2. vol. 1. Molinæ. ad conſuetud. Pariſ. tit. 1. gl. 1. in fin. princ. nu. 52. Zaſ. in epit. feudor. part. ult. circa fin. Barthol. Camerar. in tit. de prohibit. feud. alienat. per Frideric. pag. 279. Ludolphus Schrader. tractat. feud. part. 2. cap. 2. nu. 29. & ſeq.*

*Eſt item de feudi natura propria ac ſeparabili, ut Vaſallus fidelitatem domino promittat jurato, pacto enim inveſtituræ effici poteſt, ut nudè & ſimpliciter, abſque juramento fidelitas promittatur, tit. 3. §. ult. & tit. 24. §. eſt & alia, lib. 2. feudor.*

*Sic feudi natura propria eſt, quod Vaſallus domino ſervitia præſtare tenetur, tit. 23. §. ult. in fin. lib. eod. feudor. Sed hæc feudi natura ſeparabilis eſt. Nam pacto inveſtituræ caveri poteſt, ne præſtet Vaſallus domino ſuo ſervitia, textus eſt in tit. 104. ibi, cum feudum ſic datum eſt, ut nullum pro eo ſervitium fiat.*

*Similiter feudi propria natura eſt, ut perpe-*



Digitized by Google

*tuò ad Vaſallum, & eius heredes maſculos pertineat, dict. tit. 23. §. ultim. in fin. lib. 2. feudorum. Sed hæc natura ſeparabilis eſt, cum per pactum ipſi feudo detrahi poteſt, ita ut temporale duntaxat ſit feudum, puta ad certum & definitum tempus duret, per text. titul. 2. in princip. ibi, niſi ad certum tempus datum fuerit, lib. 1. feudorum, aut morte domini aut Vaſalli finiatur, uti arguit text. in tit. 10. §. pen. verſ. morte enim, lib. 2. feudor. & tit. 105. in extraordinar. capit.*

*Adhæc propria feudi natura eſt, ut non alienetur per Vaſallum, niſi ex conſenſu domini, tit. 9. tit. 42. & tit. 55. lib. 2. feudor. Sed hæc natura ſeparabilis eſt. Pacto enim inveſtituræ effici poteſt, ut etiam ſine ſpeciali voluntate domini novum feudum alienandi poteſtatem habeat Vaſallus, textus eſt expreſſus in tit. 48. lib. eod. feudor. 2. unde licet de feudo ſuo Vaſallus teſtari non poſſit, tit. 8. §. 1. lib. 1. feudor. Inveſtituræ tamen pacto hæc natura detrahi feudo poteſt, arg. d. tit. 48. lib. 2. feud. & tradunt communiter Dd. quos refert & ſequitur Schrader. de feud. part. 7. capite ſecundo, numero decimo tertio.*

*Eſt quoque de feudi propria natura, ut Vaſallus, mortuo domino, ab eius herede inveſtituram petat. Item ut Vaſallo mortuo, ſucceſſor eius à domino petat inveſtituram, tit. 24. in princ.*

Digitized by Google

*princ. & tit. 32. §. de veteri anti, lib. 2. feud. & tit. 22. in princip. lib. 1. feud. & quidem ſi paganus ſit Vaſallus, intra annum & diem petat inveſtituram, dict. titul. 24. in princip. titul. 40. in princip. titul. 52. §. ultim. & tit. 55. in princip. verſ. præterea ſi quis, lib. 2. feudorum. Sin fuerit miles intra annum & menſem, dict. titul. 22. in princip. lib. 1. feudor. ſed hæc ſeparabilis eſt feudi natura. Pacto enim inveſtituræ ipſi feudo detrahi poteſt, & effici, ut neceſſe non habeat Vaſallus inveſtituram petere, argument. tit. 3. §. ultim. lib. 2. feud. & l. 1. §. ſi convenerit, ff. depoſiti, Schrader. de feudis, part. 6. capite primo, numero 15. vel ut petatur inveſtitura intra aliud quam prædictum tempus, arg. titul. 2. §. præterea, verſ. item ſi Vaſallus, lib. 2. feudor.*

*Præterea de feudi natura propria eſt, ut inveſtituram petat & accipiat Vaſallus vel per ſe, vel per procuratorem ſuum, tit. 3. §. ſed utrum ipſe & tit. 58. §. item inveſtitura per ſe, lib. 2. feud. ſed & hæc feudi natura ſeparabilis eſt. Cùm effici inveſtituræ pacto poſſit, ut ipſemet Vaſallus per ſe tantùm inveſtituram petat, accipiatque, argum. dict. titul. 2. §. præterea, verſ. item ſi Vaſallus per pactum, & arg. dict. tit. 3. §. ultim. lib. 2. feudor. Id etiam ſentire videntur Andr. de Iſern. ad titul. 22. quo tempore miles, numer. 57. lib. 1. feudorum, & Iaco-*

Digitized by Google

*Iacobin. de S. Georg. in tractat. feud. in verb. qui quidem inveſtiti, nu. 12.*

*Eſt inſuper feudi propria natura, ut in controverſia feudi, quæ eſt inter dominum & Vaſallum, pares Curiæ Iudices ſint: ſi verò lis ſit inter duos Vaſallos, dominus ſit Iudex, tit. 16. in pr. tit. 20. in pr. tit. 34. in pr. tit. 39. §. ſi inter dominũ, & tit. 55. §. pen. verſ. ſi verò, lib. 2. feudor. tit. 18. in princ. lib. 1. feudor. & c. ex tranſmiſſa, extr. de foro competent. & c. cæterùm, extr. de jud. Sed & hæc feudi natura ſeparabilis eſt: quippe cum pacto inveſtituræ effici poſſit, ut extraneus quiſpiã ſit Iudex in controverſia feudali, Schrad. tractat. feudal. part. 10. ſect. 6. num. 224. & 225. quo facit, quod quilibet juri ſuo pro ſe introducto renunciare poteſt, l. ſi quis in conſcribendo, 51. C. de Epiſcop. & Cleric. l. pen. C. de pact. & l. ſi Judex 41. ff. de minorib. Si tamen plures Vaſallos habeat dominus, eorum quoque conſenſu pactum hoc interponi debet, ut idem ſentit Schrader. dict. part. 10. ſect. 12. nu. 103. & ſeq. quam ſententiam confirmat etiam textus in l. de unoquoq; 47. in princ. ff. de re judicat.*

*Deniq; omnis quoq; alia feudi natura propria pacto inveſtituræ immutari poteſt, niſi ea natura fuerit inſeparabilis, argum. tit. 8. §. filia lib. 1. feud. tit. 2. §. præterea, verſ item ſi Vaſallus per pactum, & tit. 3. §. ultim. & tit. 18. lib. 2. feudor. Schrader. poſt alios, de feudis, part. 10. ſect. 2. nu. 44.*

*nu.44.ſect. 6.nu.225.ſect.13.nu.37.& ſect.17. nu.53.*

*Quoties autem propria feudi natura pacto inveſtituræ mutatur, improprium efficitur feudum, ſed duntaxat, quò ad mutatam illam naturam, in cæteris enim omnib. feudum manet proprium, per text. in dict. tit. 48. verſ. licet propriam, ubi feudiſtæ, lib.2.feudor.* 34

*Cæterùm inſeparabilis conditio feudi eſt, quod conſtitui per inveſtituram debet, nam ſine inveſtitura nullo modo conſtitui feudum novum poteſt, tit.25. in princ. lib.1.feudor. & tit.1. §. ult.lib.2.feudor. Hæc ergo feudi conditio pactione mutari non poteſt.* 35

*Sic feudi conditio inſeparabilis eſt, ut Vaſalli amore & honore erga dominum adquiratur, lege enim ſive pacto commiſſorio conſtitui non poteſt feudum, tit. 27. in princ. lib.1. feudorum.*

*Natura quoque feudi inſeparabilis eſt, quod fructus prædii feudalis ad Vaſallum pertinent, dict. tit. 23. §. ult. ibi, uſusfructus verò, lib. 2. feud. junct. l. per ſervum, 14. §. primo. ff. de uſufruct.*

*Eſt quoque prædii ſive poſſeſſionis feudalis, ut cuiuſque alterius poſſeſſionis, natura inſeparabilis, ut Vaſallus poſſeſſor tributum & penſum ex ipſo feudali prædio præſtet, non dominus feudi. Pacto enim caveri non poteſt, ne poſſeſſor prædii*

tribu-

*tributum ex eo ſolvat, per l. 2. & 3. Codic. ſine cenſu, vel reliquis fundum comparari non poſſe.*

*Natura feudi antiqui eſt & illa, quod in illud etiam agnati, ex primo adquirente deſcendentes, ſuccedunt. Sed hæc natura, abſque conſenſu agnatorum, pacto inveſtituræ mutari non poteſt, tit. 39. in pr. & tit. 45. lib. 2. feudor.*

*Similiter natura feudi eſt & hæc, ut Vaſallus ob feloniam, id eſt, ſcelus ſuum in dominum nefariè commiſſum, feudum amittat, tit. 26. §. Domino, tit. 38. & tit. 47. lib. 2. feudor. Sed neq; hæc natura pacto inveſtituræ detrahi feudo poteſt, cum pactum, ne futurus præſtetur dolus, nullum ſit, l. ſi unus 27. §. illud, ff. de pactis.*

26 *Poſtremò de natura feudi eſt, ut finita generatione, cui datum eſt feudum, revertatur feudum liberè ad dominum, tit. 5. §. rurſus, tit. 13. §. & ſi clientulus, lib. 1. feudorum, tit. 9. §. 1. verſ. ſin autem, titul. 12. & titul. 18. libro ſecundo feudor. Sed hæc natura Andreæ Knichen inſeparabilis eſſe videtur, & pacto inveſtituræ effici non poſſe, ut nullo caſu feudum revertatur ad dominum, per text. in titul. 13. §. inde poteſt præſumi, ibi, ideò ſcilicet, quia nunquam reverſurum ſit ad dominum, libro primo feudorum. Andreas Knichen tractat. de pact. inveſtitur. capite primo, numer. 196. ſed hoc effatum haud temerè probandum reor. Siquidem*

*quidem*

quidem pacto feudum hereditarium fieri poteſt, ut ad omnes omninò etiam allodiales heredes tranſeat.

Et tantum de pactis, quæ inveſtituræ adponuntur, ut eius naturæ quid detrahant. Videamus nunc de pactis, quæ feudo aliquid præter 37
eius naturam adiiciunt. Hæc pacta vel licita ſunt vel illicita. Licitum † huius generis pactum eſt, ut dominus evictionem præſtet Vaſallo, etiam ſcienti, prædium in feudum datum eſſe alienum. Citra enim hanc pactionem dominus non tenetur de evictione ipſi Vaſallo ſcienti rem eſſe alienam, titul. 8. in princip. lib. 2. feudorum, & l. ſi fundum 27. Codic. de evict. 38

Eſt quoque huius generis licitum pactum de ſervitiis quibuſdam inſolitis præſtandis, puta, ut Vaſallus feſtivis diebus uxorem domini, ad ædem ſacram euntem, comitetur, tit. 2. §. præterea lib. 2. feudorum. Vel ut certis diebus coram domino cantilenam cantet, aut ramum viridem & florigerum portet, aut quid aliud ſimile non prohibitum agat, Borcellus conſil. 1. num. 147. & ſeq. puta ramis ſilentium imponat, Menoch. conſil. 845. num. 82. Andr. Knichen tractat. de pactis inveſtitur. capite primo, num. 13. 14. & 15.

Eſt item licitum inveſtituræ pactum, quo agitur, ut frater fratri in novum feudum



Digitized by Google

*ſuccedat, ſine quo pacto, ſucceſſio in feudum novum non competit fratri, tit. 1. §. cum vero, verſ. ſin autem, tit. 8. in fin. & tit. 20. lib. 1. feudor. tit. 12. & tit. 18. verſ. ult. lib. 2. feud.*

39 *Sed non incommodè hoc loco in quæſtionem vocari poteſt, an etiam ex eiuſmodi inveſtituræ pacto ipſi fratri abſenti jus & actio quæratur? Negativa jure communi munita videtur, quo cautum eſt, ut nemo alteri vel paciſci, vel ſtipulari poſſit, l. ſi tibi decem, 17. §. ſi pactus ſim ne à me, ff. de pact. l. quò tutela, 73. §. ult. ff. de reg. jur. l. ſtipulatio iſta 38. §. alteri 17. ff. de verb. oblig. & §. ſi quis alii, §. quod ſi quis ſibi, & §. alteri ſtipulari, Inſtit. de inutilib. ſtipul. Cuius juris ratio evidens hæc eſt, quod obligationes ad hoc ſunt inventæ, ut unuſquiſque ſibi adquirat, quod ſua intereſt. Cæterùm, ut alii detur aut aut fiat, nihil intereſt paciſcentis, vel ſtipulatoris, d. l. ſtipulatio iſta 38. §. alteri. 17. ff. de verb. oblig. & dict. §. alteri ſtipulari, Inſtit. de inutilib. ſtipulat. Hinc licet pater filio ſuo paciſcatur, attamen inutilis eſt pactio, l. & heredi, 21. §. nos autem, ff. de pactis, ut & ſi mater paciſcatur filiæ, aut filia matri, l. inter Socerum, 26. §. filia, ff. de pactis dotalib.*

*Verùm hac ratione nihil obſtante aiens effatum juri conſonum judico, ut licet frater abſenti fratri ſucceſſionem in novum feudum ſuum paciſcatur in ipſa inveſtitura, attamen jus &*

actio-

*actionem ipſi fratri abſenti ea pactione adquiri. Tùm quia textus in d.tit.1. §. cum verò, verſ. ſin autẽ, & d. t.20.lib.1.feudor. generaliter loquuntur, nec diſtinguunt inter præſentem, & abſentem fratrem, proindeq́; etiam abſque hac diſtinctione exaudiri debent, per l.3. in fin. ff. de offic. præſid. l.1. §.3. verſ. & eſt relatum, ff. de aleatorib. Baro à Tautenberg. ad tit. 4. §. ſi quis de manſo, lib. 1. de feudor. mihi pag. 24. Tùm etjam quia cum frater paciſcitur abſenti fratri jus ſuccedendi in feudum, certè paciſcitur ei tãquam heredi ſuo. At poſſumus alteri, ut futurò heredi noſtro rectè paciſci, l. avus 33. verſ. quippe heredi, ff. de pact. & l. avus, 10. v. quippe heredi. ff. de pact. dotalib.*

*Pactum tamen, quo frater in inveſtitura pãciſcitur fratri ſuo abſenti partem feudi novi dimidiam, nullum eſt, quo ad fratrem abſentem, & eius portionem dimidiam, argumento textus, in dict. §. quod ſi quis ſibi & alii, Inſtit. de inutilibus ſtipulat. & docet Schrader. tractat. feudali, part. 7. cap. 1. num. 3.*

40 *Eſt præterea licitum inveſtituræ pactum adiiciens, quo expreſſè & ex certa ſcientia agitur, ut feudum quod datur novum, jure ſit feudi antiqui. In novum feudum ſuccedunt tantùm filii, non etiam fratres, & cæteri agnati, titul. 1. §. cum verò, tit. 8. §. ultim. lib. 1. feudorum, & titul. 11. §. his verò, verſ. quod ita intelligendum,*

*libro ſecundo feudorum. At huius pacti virtute, ſuccedunt quoq; in feudum illud novum defuncti Vaſalli fratres, cæteriq; eius agnati, ut poſt alios communiter docent Iul. Clarus, in §. feudum, quæſt. 8. nu. 2. Mynſing. cent. 4. obſer. 84. & cent. 6. obſer. 18. nu. 1. Andr. Geil. lib. 2. obſer. practic. obſer. 50. Baptiſta à Villalobos, in theſaur. commun. opin. ſub. lit. F. nu. 18. Franciſc. Vivius in communib. opinionibus in verb. feudum novum, Samuel Soarez. in receptis ſententiis, in lit. F. nu. 62. Laurent. Kirchov. cent. 2. commun. opin. concl. 46. Atque hoc commune pronunciatum robur accipit: tum ex eo, quod præter communem feudi rationem, pacto inveſtituræ aliquid feudo adiici poſſe generaliter traditur in tit. 2. §. præterea ſi aliquis, & §. ſeq. lib. 2. feudor. Tùm etiam, quod pactum hoc nulli alii nocet, quàm ipſi domino, & eius heredibus, ut proinde dominus liberè ſuo renunciare poſſit juri, d. l. ſi quis in conſcribendo, 51. C. de Epiſcop. & Cler. & l. pen. C. de pactis. Siquidē quilibet rei ſuæ moderator & arbiter ſit, l. in re mandata 21. C. mandati, l. nemo exterus 8. C. de Iudæis, atque heres etiam factum defuncti præſtare cogatur: l. cum à matre, 14. C. de rei vindic. l. ſucceſſores, 10. C. de ſolut. l. ex qua, 149. ff. de reg. jur.*

*Non deſunt tamen qui autumant, non obſtante hoc pacto feudum novum retinere naturam feudi novi, Bald. in prælud. feudor. diviſ.*

*3. &*

*3. & conſil. 5. vol. 5. Barbat. conſil. 66. vol. 4. Oldrad. conſil. 178. circa finem, Iaſon conſil. 152. vol. 2. & alii quos refert Tiraquell. de retraict. lignagier, §. 32. numer. 37. & Anton. Gabriel Roman. libro tertio concluſ. titul. de feud. concluſ. 1. num. 1. undè exiſtimant non effici hac pactione, ut frater fratri ſuccedat in feudum novum, ſed operari ſolùm, quò ad adquirentis deſcendentes, Menoch. conſil. 523. in fin. & Mozz. tract. feud. cap. de diviſ. feudi, numer. 62. cuius opinionis fundamentum illud eſt, quod hominum voluntate veritas facti immutari non poteſt, per l. ſi fortè, 8. ff. de caſtrenſi peculio, l. in bello, 12. §. facti autem cauſæ, ff. de captiv. & poſtlim. reverſ. & l. ſi donatione, 13. C. de collationibus. Sed reſponderi commodè poteſt, quod quidem feudum illud novum revera maneat novum feudum, ſiquidem rerum ſubſtantiam mutare nomen alienum non poſſit, l. Inſulam, 6. ff. de præſcript. verb. & l. aſſumptio, 6. ff. ad municipal. & l. cum falſa 5. C. de iur. & facti ignor. ratione tamen iuris, & omnium effectuum naturam feudi veteris ex domini placito aſſumat. Ioan. Borcholt. in comment. in conſuetud. feudor. cap. 4. num. 8. & Fachin. lib. 7. controverſ. jur. cap. 58. verſ. in hac quæſtione. Vnde in illud etiam Vaſalli fratres cæteriq; agnati ſuccedunt, ex voluntate ſcilicet libera ipſius domini, qui in ipſa inveſtitura*



Digitized by Google

& traditione feudi legem ſuæ rei dicere potuit, quam voluit, l. in traditionibus, 50. ff. de pactis, & l. legem, 10. C.d.t. cum quiſq; ſuæ rei liber ſit moderator & arbiter. Ac quiſq; ſuo juri renunciare poſſit, ut antea oſtendi.

Si tamen novum illud feudum ſit Eccleſiaſticum, ut ſi prælatus feudum Eccleſiæ apertum denuo in feudum alicui concedat, pacto inveſtituræ effici non poteſt, ut jure feudi antiqui cenſeatur, ita poſt alios ſentiunt Mynſing. cent. 6. obſer. 18. Andr. Geil. dict. obſerv. 50. nu. 1. lib. 2. Ioan. Borcholt. de feudis, cap. 4. nu. 9. Henric. à Roſenthal. in ſynopſi jur. feudal. cap. 2. concluſ. 17. & Vigel. in method. jur. feudal. cap. 4. nu. 3. verſ. huius exceptionis. Ratio eſt, quod prælati conditionem Eccleſiæ ſuæ deteriorem facere non poſſunt, l. jubemus 14. C. de SS. Eccleſ. l. cum Apoſtolica, extr. de his, quæ fiunt à prælatis. Sed huius pronunciati feudiſtæ quaſdam exceptiones admittunt, quas recenſet Schrad. tract. feudal. part. 2. cap. 3. nu. 76.

41 At eſt controverſum, num etiam abſentibus & ignorantibus agnatis Vaſalli, iſthac pactione jus illud antiqui feudi in feudo novo adquiratur, licet de illis nominatim in inveſtitura agatur nihil? quidam negant exiſtimantes, niſi de agnatis expreſſè facta ſit mentio in inveſtitura, tempore adpoſiti huius pacti, & Vaſallus nomine etiam abſentium agnatorum, tanquam procurator,

rator, aut negotiorum geſtor ipſorum receperit feudum, ac poſtmodum etiam ipſi agnati ratam habuerunt hanc conventionem, ipſis nullum jus adquiri in feudo. Ita poſt alios, quos refert, ſentit Alex. conſil. 10. nu. 5. vol. 3. Quam opinionem juvare videtur text. in l. Publia 26. in princip. ff. depoſiti. Vbi Mater Publia Mævia pactione, depoſito adiectâ, adquirit actionem depoſiti filio ſuo abſenti, cui ut res depoſita reſtitueretur, nominatim pacto cavit.

Verùm ab hac ſententia alieni ſunt Dd. communiter, ut ſcribit Schrader. dict. cap. 3. num. 79. & ſeq. quibus ipſe quoque ſubſcribit. Iiſdem quoque & meum addere calculum nihil dubito. Tùm quia frater pacto inveſtituræ adquirere poteſt fratri ſuo etiam abſenti, & ignoranti jus ſuccedendi in feudum novum, quamvis non ut procurator, aut negotiorum geſtor ipſius ita paciſcatur, dict. titul. 1. §. cum verò, verſ. ſin autem, & dict. tit. 20. lib. 1. feud. Tùm etiam quia hoc inveſtituræ pacto conſulit Vaſallus agnatis ſuis, tanquam futuris heredibus; ſiquidem illis jus ſuccedendi in feudum paciſcatur. Ac licet nemo alii paciſci poſſit: attamen alii, ut heredi futuro, rectè paciſci poſſumus, d. l. avus. 33. verſ. quippe heredi, ff. de pact. & l. avus 10. verſ. quippe heredi, ff. de pact. dotalibus: Tùm poſtremò quia admiſſo antecedente, intelligitur & conſequens admiſſum, l. ſi here-

 dita-

Digitized by Google

*ditatem, 32. verſ. in ſumma, ff. mandati, §. ſacræ Inſtit. de rer. diviſ. junct. §. idem juris eſt ſi rem ſacram, Inſtit. de inutilib. ſtipulat. & l. ult. in fin. ff. de eo, quod certo loco dar. oport. Ioan. à Reberteria, lib. 2. Topicorum juris, cap. 7. ut ex diverſo, conſequens qui vult, cenſetur quoque velle antecedens, l. illud 77. ubi Bart. & alii, ff. de adquir. vel amitt. hered. & l. ad rem mobilem, 56. ff. de procurator. & l. 2. ff. de juriſdict. Sed dare feudum novum jure antiqui feudi, eſt quoddam antecedens; cuius conſequens eſt, jus ſuccedendi in idem feudum competens etiam agnatis, ſiquidem agnati etiam in antiquum feudum ſuccedant.*

*Nihil huic concluſioni noſtræ decerpit, text. in dict. leg. Publia Mævia, 26. in princip. ff. depoſiti. Nam ut in illa ſpecie facti mater Publia Mævia ſpecialiter & nominatim filio ſuo, quem certa demonſtratione ſignificavit, pacto jus & actionem depoſiti quæſivit, ita etiam Vaſallus novus ſuo hoc inveſtituræ pacto de agnatis ſuis ſatis expreſſè meminit. Expreſſè enim & nominatim fieri dicitur & illud, quod per verba importantia idipſum ſua natura ſignificatur, & ex mente paciſcentium colligitur, l. prætor ait, 20. §. interdictum, ubi gl. in verb. expreſſum, item Angel. Iaſon. & alii, ff. de novi operis nunciat. l. 3. ubi, gl. in verb. pro Cauto, ff. de rebus credit. l. ſtipulationem*

21. ff.

*21. ubi Bartol. numer. 2. ff. de jur. dot. & leg. nominis, 6. §. verbum, ff. de verb. ſignif. Angel. in Authent. Sed cum teſtator, num. 2. C. ad leg. Falcid. Menoch. conſil. 235. numer. 41. vol. 3. Cùm ergò feudi antiqui ea ſit natura, ut in illud etiam agnati ſuccedant, certè inveſtituræ pacto, quo agitur, ut novum feudum jure feudi antiqui cenſeatur, caveri ſatis diſertè intelligitur, ut in illud etiam agnati ſuccedant.*

*Opportunè quoque & illa hoc loco poteſt latius tractari quæſtio, quam & ſupra paucis attigi ſub pactis inveſtituralibus, quæ quid detrahunt feudorum naturæ. An ſcilicet inveſtituræ veteri, de feudo paterno pactum utiliter adponi poſſit, ut feudum illud paternum cenſeatur jure novi, & virtute huius pacti feudum illud, mortuo ſine maſcula prole Vaſallo revertatur ad dominum, nec ad Vaſalli agnatos jure ſucceſſionis tranſeat? De hac etiam quæſtione non idem eſt omnium feudiſtarum judicium. Quidam aienti opinioni, patrociniū præſtant, ut Paulus Caſtrenſ. conſil. 159. col. 2. verſ. nam ad hoc, lib. 2. Ioan. Cephal. conſil. 173. nu. 9. lib. 2. Matth. de Afflict. deciſ. Neapol. 112. nu. 5. & deciſ. 248. nu. 7. & 8. Atq; horum pronunciatum illud robur capere videtur ex textu, in tit. 49. in fin. lib. 2. feudor. Vbi definitur, q; frater paternū feudum uni ex fratribus ſuis refutare poſſit* 42

*hoc expreſſo pacto, ut frater ille de eo, quaſi novo feudo, per dominũ inveſtiatur. Accedit in confirmationẽ eiuſdem opinionis & illud, quod feudum novum, ut antea oſtendi, ex pacto inveſtituræ naturam feudi antiqui induere poteſt. Inde enim ſequi videtur quod & feudũ antiquum ſive paternum per pactum inveſtiturale aſſumere poſſit naturam feudi novi, ſiquidem contrariorum eadem ſit ratio, §. videamus itaq́, verſ. nam ſi cognoverimus, Inſtit. de his, qui ſui, vel alieni jur. ſunt. l. 1. in princ. verſ. nam ſi cognoverimus, ff. eod. tit. §. videamus, verſ. ita enim, Inſtit. de tutel. & l. illud quæſitum, 32. verſ. cum enim, ff. ad leg. Aquil. Et quod operatur propoſitum in propoſito, id operatur oppoſitum in oppſioto, l. ſi ex toto, 8. in princ. & ibi Paul. de Caſtr. nu. 3. ff. de legat. 1. l. ult. ff. de legat. 3. & l. & ſi contra, 35. verſ. his conſequens, ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtit.*

*Confert deniq; eodem, quod Vaſallus in feudo paterno ſua culpâ agnatis præiudicare poteſt, quippe cum feudum hac culpâ Vaſalli in dominum commiſſâ, ad dominum revertatur, non ad agnatos tranſeat, text. eſt in tit. 24. §. deniq; tit. 37. in pr. lib. 2. feud. cui conſequẽs exiſtimari poteſt, quod Vaſallus etiã pacto inveſtituræ agnatis ſuis in feudo paterno præiudicare poſſit, ſiquidẽ culpã Vaſallus committat ſua ſolâ voluntate: pactum vero inveſtituræ conſenſu utriuſq; domini & Vaſalli, interponatur.* Ce-

*Cæterùm repudiata hac aiente opinione, plerique alii amplectuntur ſententiam negantem, & volunt inutile eſſe pactum inveſtituræ veteris, quo agitur, ut feudum paternum cenſeatur jure feudi novi, inutile, inquam, eſſe hoc pactum, quoad ipſos Vaſalli agnatos. Ita ſentiunt gloſſ. Bald. Alvarot. Martin. Laudenſ. & alii feudiſtæ communiter in tit. 14. de Vaſallo decrepitæ ætatis lib. 2. feud. item gloſſ. Bald. Iacob. Alvarot. & alii in tit. 45. An agnatus vel filius & tit. 49. de eo, qui finem fecit agnato de feudo paterno lib. eod. feud. Andr. de Iſern. in tit. 8. de ſucceſſione feudi §. hoc quoque nu. 6. & 9. lib. 1. feudor. Matth. de Afflict. in tit. 26. ſi de feudo defuncti contentio ſit, §. ſi quis per triginta lib. 2. feud. gloſ. in can. Quæcunque 25. in verbo novum. quæſt. 2. Bald. in l. 1. qu. 15. ff. de ſerv. diviſ. & in l. quoties 12. verſ. ſecundo caſu C. de ſuis & legit. & in præludiis feud. diviſ. 5. Curt. Iun. tr. feud. part. 1. quæſt. 8. c. 9. n. 9. Roman. conſil. 315. Alex. conſil. 30. in fin. volum. 1. Caſtrenſ. conſil. 290. & conſil. 425. vol. 2. Dec. conſil. 87. verſ. & licet. & conſil. 445. Iaſ. conſil. 96. vol. 1. & conſil. 180. n. 5. vol. 2. & conſil. 136. nu. 2. vol. 4. Socin. Iun. conſ. 103. n. 31. volum. 2. Roland. à Valle conſ. 60. nu. 8. volum. 1. & conſ. 41. num. 15 vol. 2. & conſil. 16. num. 5. vol. 3 & conſil. 3. nu. 2. volum. 4. Tiber. Decian. conſ. 90. nu. 6. vol. 3. Tiraquell. de retract. lignagier. §. 32. gloſſ. un. num. 38. Zaſ. in epit. feud. part. 12.*



Digitized by Google

*num.44. Mynſ.cent.4.obſerv.83. & 84. Andr. Geyl.lib.2.obſervat.pract.obſ. 49.nu.1. Fachin. lib.7.controverſ.jur.cap.58.Herman.Vult.lib.1. de feud.cap.8.nu.7.*

*Atq; hanc alteram opinionem veritati & ego propiorem judico. Tùm quia pactum hoc ſi utile eſſet, Vaſalli paciſcentis agnatis præjudiciũ crearet non leve, ut quib. jus ſuccedendi in paternũ feudũ eo pacto auferretur, cum tamen jure cautum ſit, ut factum cuiq; ſuum, non alii noceat, l. factum cuiq; 155.in pr.ff.de reg.jur. Bald. conſil. 198.n.2.& conſ.215.n.4.vol.2. Tùm etiam, quia nec conſenſu domini feudum paternum ignorantib.& invitis agnatis auferri poteſt tit.39.de alienatione paterni feudi lib.2.feud. Tùm poſtremò, quia placitis feudorum diſertè cautum eſt, ne abſq; agnatorum conſenſu, de paterno feudo Vaſallus inveſtiatur quaſi de feudo novo, textus eſt expreſſus in tit. 45. An agnatus vel filius & in fin. & tit.14. de Vaſallo decrepitæ ætatis lib.2. feudorum.*

43 *Quod verò ad argumenta contrariæ opinionis attinet, nihil ea negocii nobis faciunt in d.tit.49. lib.2.feud. caſus proponitur talis. Tres ſunt fratres, Titius, Sempronius, Mævius, horum uni, Titio ſcilicet primo fratri, in diviſione hereditatis paternæ obvenit feudum paternum. Etſi autem illi ſoli feudum hoc obtigerit, in illud tamen jus ſuccedendi ſalvum manet cæteris duob. fratribus,*

*fratribus, Sempronio & Mævio, in futurum ſcilicet caſum, ut arguit text. in t. 50. de natura ſucceſſionis feudi, §. paternū autem voco, lib. 2. feud. At Sempronius ſecundus frater, jus illud ſuum, quod in feudo paterno retinet, refutat fratri Titio, & quidē ſimpliciter refutat, id eſt paciſcitur cum eo de non petēdo illo feudo, vel ab ipſo Titio, vel eius heredib. neq; ab eo, cui Titius illud dederit. Hæc ſimpliciter facta refutatio nihil nocet Sempronio ſecundo fratri, quo minus cum tertio fratre Mævio, ſuccedere in feudum illud poſſit, ſi Titius primus frater, feudi poſſeſſor, ſine herede maſculo poſtmodum deceſſerit, ut teſtatur tex. in d. tit. 49. verſ. ſapientes quidam lib. 2. feudor. & textus in tit. 26. §. ult. lib. eod. feud.*

*Pactum enim huiuſmodi ſive refutatio perſonalis non porrigitur, niſi ad perſonas in conventione illa expreſſas, id quod evincitur etiam ex l. idē in duob. 25. §. 1. ff. de pact. Quod ſi vero Sempronius fratri Titio refutaverit jus illud ſuum omninò, i. e. ſi in univerſum ſive generaliter renunciaverit ſucceſſioni feudi nulla perſona alia nominata, in cuius favorē renunciarit, defuncto poſtea Titio, nullis liberis heredib. maſculis relictis, ſolus in feudū ſuccedit Mævius, frater terti⁹, non etiam cum eo Sempronius, propter generale pactum ſuum, ut in hoc ſecundo caſu decidit I C. feudiſta in d. t. 49. ibi, niſi feudum omninò refutaverit, lib. 2. feud. Ad quem text. pertinet quoq;*

*Ulpia-*

*Vlpiani reſponſum in l. juriſgentium 7. §. pactorum quædam, ff. de pactis.*

*Si autem Sempronius fratri ſuo Titio refutaverit jus ſuum, id eſt, renunciaverit ſucceſſioni illius feudi, hoc expreſſo pacto, atque eo fine, ut dominus Titium de ea feudi parte, quaſi de novo beneficio ſive feudo inveſtiret, ſecuta poſtmodum nova inveſtitura, quaſi novum ſit feudum, Titio ſine herede maſculo defuncto, ſimiliter nõ ſuccedit ei Sempronius in ullam feudi partem, ut definit ultimo loco Iuriſconſultus feudiſta in d. t. 49. in fin. lib. 2. feud.*

*Cæterùm quia poſtremo hoc caſu non ſuccedit Sempronius, in partem feudi, quam prædicto modo refutavit defuncto fratri Titio, quæritur, cum ſolus ſuperſit tertius frater, Mævius, an ille ſolus in totum ſuccedat feudum, necne? In partem dimidiam quin ſuccedat, dubitandum non eſt, cum in ea parte ipſi præjudicare non potuerit Sempronius frater iſthac refutatione, & renunciatione ſua, ut ex eodem dict. tit. 49. verſ. ſapientes quidam junct. verſ. præcedentibus, lib. 2. feud. haud obſcurè colligitur, & patet ex text. in dict. t. 39. in princ. lib. eod. feud. tum etiam ex regula juris in d. l. factum cuiq; 155. in princ. ff. de reg. jur. Verùm de altera dimidia parte feudi, non immeritò hic dubitaverit aliquis, an & illa ad eundem Mævium, vel ad dominum pertineat, ſiquidem verbis expreſſis id deciſum non*

*ſit in d.t.49.lib.2.feudor. At quia Iuriſconſultus ibidem verſ.ult. diſertè ſcribit, ſi refutatoriam illam pactionem, qua renunciavit Sempronius ſuo ſuccedendi juri, ſecuta ſit nova inveſtitura, ex nova illa inveſtitura quaſi novum ſit factum feudum, haud obſcurè ſignificat, in alteram illam dimidiam partem feudi non ſuccedere Mæviū, ſed eam ad ſolum Dominum pertinere, quippe cum in novum feudum, defuncto Vaſallo ſine herede maſculo, non ſuccedat frater, ſed illud ad dominum redeat, atque hoc ſenſu accipit etiam eundem locum Cuiacius ad titul.14.lib.2.feud. Quod cum ita ſit, dicendum videtur, quod etjam veteris inveſtituræ pacto Vaſallus præjudicare poſſit in paterno feudo agnatis, ſi paciſcatur, ut feudum paternum per inveſtituram quaſi novam jure & qualitate afficiatur feudi novi.*

*Verùm concluſio hæc neutiquam ex eo rectè extrui poteſt. Etſi enim agnatus vel totum ſuum feudum, vel partem feudi ſui refutare poſſit domino tit.14. & tit.38. lib.2.feudor. Refutatio tamen illa nullum præjudicium adfert agnatis. Quamdiu vivit Vaſallus domino refutans feudum ſuum, vindicare ſibi illud cæteri agnati nequeunt, ſiquidem ſuccedendi tantū jus habeant, quod competit eis, defuncto demum agnato, interea temporis feudum, ad dominum pertinet. Agnato autem refutatore poſtmodum mortuo, cæteri agnati repetere à domino feudum illud poſſunt,*

Digitized by Google

*poſſunt, per text. in tit. 83. verſ. ſi vero ſine herede. in extraordin. cap. tit. 40. de capitulis Conradi §. ultim. lib. 2. feudor. tit. 78. in extraord. capit. Confert quod jure communi heres nocere non poteſt, fideicommiſſario, in re, quam poſt mortem ſuam reſtituere juſſus eſt l. mulier 22. §. ſed enim. & l. ſi heres 70. §. 1. ff. ad SC. Trebel. ut & illud, quod reſoluto & perempto jure datoris, reſolvi etiam jus acceptoris l. peto 69. §. prædium, 1. ff. de legat. 2. & l. lex vectigalis 31. ff. de pignoribus, & quod vivente refutatore feudi, ut in agnatis non competat jus ſuccedendi, ſed eo demum abſque maſcula prole defuncto ſentiunt communiter gloſſ. in tit. 39. de alienatione feudi paterni, & ibidem Bald. num. 3. Alvarot. nu. 6. Martin. Laudenſ. num. 1. lib. 2. feudor. Iacob. de Ardiz. in ſumma juris feudor. parte 1. principali cap. 92. in princip. Iacobin. de S. Georg. in verb. Et unus ex dictis Vaſallis refutavit feudum num. 8. verſ. ſed pulchrum eſt videre, Curtius Iun. tractat. feud. part. 4. num. 147. Sonſbeck. in Commentar. in uſus feud. part. 12. n. 121. Zaſ. in epit. feudor. part. 9. num. 14. Mynſing. cent. 6. obſerv. 23. nu. 2. & Reſponſ. 44. num. 17. Hotoman. conſil. 31. nu. 19. & hanc communem dicit ſententiam Heinrichmannus conſil. 1. n. 58. volum. 1. conſilior. German. & eum ſequuntur Laurentius Kirchovius cent. 2. communium opinionum, concluſ. 43.*

*Alterum*

*Alterum arg. ideo nihil adverſus communem ſtringit ſententiam, quia contrariorum tum eadem eſt diſciplina, quando eorundem par & eadem eſt ratio, non niſi diverſitatis ſubſit ratio aliqua, Everh. in Top. legalib. in loco à contrariis n. 8. & 9. ſed novum feudum ex pacto inveſtituræ, ideo aſſumere poteſt naturam feudi paterni, quia pactum illud non vergit in agnatorum, ſed ſolius domini præjudicium, qui ſuæ rei legem dicere potuit, quam voluit, cum quiſque dominus liber ſit rerum ſuarum moderator & arbiter. At pactum inveſtituræ appoſitum, ut feudum paternũ cenſeatur jure feudi novi, præjudicat agnatis, quibus ſuccedendi jus competit in eiuſmodi feudum ex prima inveſtitura, tit. 14. §. ſi capitanei lib. 1. feud. In eo igitur jure Vaſallus agnatis ſuis nulla pactione præjudicare poteſt, tit. 39. de alienat. feudi paterni, in pr. lib. 2. feud.* 44

*Tertium arg. repelli ferè eadem ratione poteſt, qua primum. Feudum enim culpâ Vaſalli in dominum cõmiſſâ quamdiu Vaſallus ille vivit, ad dominum pertinet, hoc eſt commoditas feudi pertinet ad dominum. Neq; hic ullum incommodum aut præjudicium adfertur agnatis, ſiquidẽ paterni feudi utilitas ad agnatos ꝑtineat, defuncto demum agnato feudi poſſeſſore, non etiã eo adhuc vivente, ſiquidẽ ſucceſſione agnatis obveniat feudi poſſeſſio & cõmodum eius. Quamprimũ a. ſine prole maſcula decedit Vaſallus, poſſeſſio feudi* 45

*agnatis*

*agnatis ſucceſſoribus legitimis obtingit per text. tit. 40. §. ult. lib. 2. feud. & tit. 78. in extraord. capit. ac confert text. in l. peto 69. §. prædium 1. ff. de legat. 2. & l. 1. in princ. verſ. ipſe tamen libertus C. communia de manumiſſ. atque hanc ſententiam poſt alios amplectitur etiam Hartman. Piſtoris lib. 2. quæſt. jur. quæſt. 15. nu. 32. & ſeqq. Quod ſi tamen Vaſallus de paterno feudo inveſtiatur hac expreſſa pactione, ut feudum illud jure feudi novi cenſeatur, atque huic pactioni confeſtim, vel ex intervallo, conſentiunt cæteri agnati, ſucceſſores futuri; non poſſunt ſibi poſtea hi agnati vindicare jus ſuccedendi in feudum illud, ne quidem mortuo refutatore Vaſallo, text. eſt expreſſus in tit. 45. An agnatus vel filius, verſ. ult. ubi feudiſtæ lib. 2. feudor. & in tit. 26. ſi de feudo defuncti contentio ſit, §. Titius filios lib. eod. feud. & docent poſt Mynſing. cent. 4. obſervat. 84. & Andr. Geyl. lib. 2. obſervat. practic. obſerv. 49. nu. 2. & Vult. lib. 1. de feud. cap. 8. num. 7.*

*Eſt & illud licitum inveſtituræ pactum adiiciens, quo cavetur, ut in feudum de quo maſculus inveſtitur, ſuccedant quoque fœminæ, ſine hoc enim pacto fœminæ ad feudi huius ſucceſſionem non admittuntur, per text. in tit. 1. §. hoc autem notandum & tit. 8. §. filia vero lib. 1. feud. t. 11. §. ad filias verò, & t. 50. de natura ſucceſſionis feudi in pr. ibi, & nõ filia niſi ex pacto, lib. 2. feud.*

Quod

*Quodſi pactum hoc ſpecialiter ad certam Vaſalli filiam, aut neptem ſit directum, puta ſi dictũ fuerit, ut Vaſalli quoq; filia Magdalena, aut eius neptis Juliana, ſuccedat in feudum illud: certè hæc ſola filia, aut neptis, nec ulla alia ex filiabus ad feudi ſucceſſionem admittitur, cùm perſonale ſit hoc pactum per text. in l. idem in duobus 25. §. 1. & l. ſi unius 27. §. pacta quæ turpem 4. v. ante omnia enim ff. de pact. & facit l. quia tale 13. ff. ſolut. matrim. & l. non ſolum 8. §. tale legatum ff. de liberat. legat.*

*Sed pronunciato huic acriter obloqui videtur text. in l. juriſgentium 7. §. pactorum quædam 8. verſ. plerunq; enim, ff. de pact. ubi poſt Pedium Iuriſconſultum Vlpian. ait, plerunq; perſona pacto inſeritur, non ut perſonale pactum fiat, ſed ut demonſtretur, cum quo pactum factum eſt. Verùm his poſtremis verbis,* cum quo pactum factum eſt, *differentia indicatur inter pactum, cui paciſcentis inſerta eſt perſona, & illud pactum, quod continet expreſſionem tertiæ alicuius perſonæ. Prius pactum, licet habeat mentionem perſonæ paciſcentis expreſſam: attamen reale præſumitur pactum. Poſterius verò pactum, cui tertia quædam perſona eſt inſerta, (de quo noſtra eſt quæſtio) perſonale eſt pactum, nec pertinet ad alias perſonas pacto non expreſſas. Ita diſtinguit Bart. in l. qui in futurum 57. §. 1. n. 2. verſ. & ideò videtur dicendum ff. de pact. Bartolum ſe-* 46

*quitur Andr. Tiraq. de retractu conventionali, §.1.gl.6.n.10. ſed huic diſtinctioni magnoperè videtur refragari text. in l. qui jus futurum 57. §.1. ff. de pactis. Vbi pactum, cui paciſcentis perſona eſt inſerta perſonale dicitur pactum. Hanc pugnã uti divinant Dd. ſubaudiendum putant in lege proximè allegata dictionem taxativam* Tantum *per text. in l. non ſolum 8. §. tale legatum 3. ff. de liberat. legat. & l. niſi hoc actum 22. ff. de pactis ita ſentiunt Accurſ. Iacob. de Belviſo Bart. & alii in d. l. qui in futurum 57. §.1. ff. d. tit.*

47 *Ceterùm commodè hoc loco moveri poteſt quæſtio, illa controverſa, ſit ne fœmineum aut maſculinum feudũ, de quo maſculus eſt inveſtitus hac pactione expreſſa, ut in illud etiam fœminæ ſuccedant. Fœmineum hoc eſſe feudum ſeribunt Alvarot. in preludiis feud. ſub diviſ. feudi 8. Sonſb. in Comment. in uſus feud. part. 3. n. 23. Ant. Contius in Commentariis in conſuetudines feud cap. quib. perſonis feudum dari poſſit & Hotom. ad tit. 30. in verb. quia fœmineum, & ad tit. 50. de natura ſucceſſionis feudi in verb. vel niſi ſit fœmineũ, ilb. 2. feud. Verùm errori ſe implicarunt, & in eum etiam rapiuntur omnes, qui hanc amplectuntur ſententiam. Feudum enim, quod ex pacto inveſtituræ ad fœminas quoq; tranſit, diſertè ſejungitur à fœmineo feudo, in d. tit. 50. de natura ſucceſſionis feudi, his verbis:* Filius patri ſuccedit, & non filia, niſi ex pacto, vel niſi

ſit

ſit fœmineum, & *tit. 11. in princip. verſ. proles enim, ibi,* niſi eius conditionis ſit feudum, vel ita pacto adquiſitum, *lib. 2. feudor. quo poſteriori loco, his verbis,* niſi eius conditionis *ſit feudum, nullum aliud quam fœmineum ſignificari feudum extra controverſiam eſt. Cùm ergò feudum hoc opponatur ibi feudo illi, quod ex pacto inveſtituræ ad fœminam quoque tranſit, conconſequens ei eſt, feudum hoc non eſſe fœminum, quod ex ſpeciali pacto inveſtituræ ad fœminas quoque tranſit.*

48 *Videamus fundamenta quibus contraria nititur opinio. Adducunt autem text. in dict. tit. 30. de feudo fœminæ, lib. 2. feudor. ubi Iuriſconſultus,* ſi fœmina, *ait,* habens feudum deceſſerit, quia fœminum eſt feudum, &c. *ſed verba hæc,* ſi fœmina habens feudum, *perperam accipiuntur de fœmina, quæ feudum poſſidet ex pacto inveſtituræ, cum exaudiri debeant de ea tantùm fœmina, quæ ipſamet ex inveſtitura nova adquiſivit feudum novum. Tùm quia Iuriſconſultus feudiſta ibidem diſertè docet, in feudum, quod fœmineum vocat, abſque inveſtituræ pacto ſpeciali etiam filias ſuccedere, cum tamen in aliud feudum à matre adquiſitum filiæ non ſuccedant ſine ſpeciali pacto, ut prius oſtendi: Tùm etiam quia ſcribit præterea Iuriſconſultus, quoſdam ſentire, fœmineum feudum non tranſire ad filias,*

*niſi per ſpeciale pactum inveſtituræ ad eas quoque pertineat. Significat ergo feudum, quod fœmineum vocat, quidem adquiri abſque inveſtituræ ſpeciali quodam pacto: verùm ſecundum quoſdam feudum hoc ad adquirentis filias non tranſire abſque ſpeciali inveſtituræ pacto: Tùm poſtremò, quia his verbis,* ſicut ſi datum eſſet filio maſculo, *diſtinguit Iuriſconſultus feudum, quod primitus datum eſt maſculo, ab eo fendo; quod fœmineum ibidem appellat. Cu: conſequens eſt, fœmineum eſſe feudum, quod ab initio datum eſt fœminæ, maſculinum verò, quod datum eſt ab initio mari, ſive maſculo. Id quod non obſcurè evincitur quoque ex tit. 8. §. filia vero lib. 1. feud. his verbis,* vel niſi inveſtitæ fuerint.

49 *Deinde poteſt & illud contrariæ opinioni fundamentum poni, quod res unaquæque rectiſſimè appellatur ex conditione & uſu perſonæ, ad quam pertinet. Sic jus Romanum dicitur, quod ad populum Romanum pertinet, §. ſed jus quidem civile. Inſt. de jure natur. gent. & civil. Jus gentium, quod pertinet ad omnes gentes, l. 1. §. ult. ff. de juſt. & jur. Ornamentum quod ad mulieres pertinet, appellatur muliebre ornamentum: Ea, quæ ad puerilem pertinent uſum, vocantur puerilia: quæ ad familiam ſpectant, familiaria nominantur l. veſtis 23. §. pen. ff. de auro argento legat. Quocirca feudum etiam quod ex pacto inveſtituræ;*

*turæ pertinet quoq; jure ſucceſſionis ad fœminas, rectè fœminium appellatur feudum.*

*Sed neque hoc argumentum opinionem ſatis munit contrariam, tùm quia feudum quod ex pacto inveſtituræ tranſitorium quoq; eſt ad fœminas, non pertinet ad ſolas fœminas, ſed etiam, & quidem maximè ad maſculos: ad fœminas non tranſit quamdiu maſculi ſuperſunt: his deficientibus ſuccedunt fœminæ, tit. 6. §. quin etiam, tit. 8. §. filia vero, verſ. tunc enim lib. 1. titul. 17. §. cumq; inter. & d. tit. 30. ibi, deficientibus filiis, & tit. 51. §. ſimiliter lib. 2. feudorum. Feudum ergo hoc potius maſculinum, quam fœmineum appellari debet, ſiquidem à potiori fiat denominatio, l. quæritur 10. ff. de ſtatu hominum: Tùm quia ex cauſa fortius ducitur argumentum, quã à ſubiecto, cum ex illo eſſentiam ſuam res capiat, ex hac verò non item. Cauſa autem feudi eſt etiã perſona adquirens ab initio feudum: Subiectum verò feudi eſt quoq; perſona alia, quæ ab initio nõ adquiſivit feudum, ſed ad quam feudum ab alio adquiſitum pertinet, jure tantum ſucceſſionis. Si ergo à maſculo adquiſitum feudum ſit, maſculinum erit dicendum, etiamſi in illud etiam fœminæ quandoque ſuccedant: ſi ab initio adquiſitum ſit à fœmina, appellari fœmineũ debet, quamvis in illud etiam maſculi ſuccedant. Id quod diſertè arguit etiam text. in d. t. 30. de feudo fœminæ lib. 2. feud. Tùm poſtremò, quia cum alia ſit conditio*

*feudi fœminei, ut quod primitùs à fœmina per novam inveſtituram eſt adquiſitum: alia item feudi illius, quod à maſculo primùm adquiſitum eſt, ſed hoc expreſſò inveſtituræ pacto, ut in illud etiam fœminæ ſuccedant; ſiquidem ad illius ſucceſſionem etiam filiæ admittantur, abſq; ſpeciali ſucceſſionis pacto: in hoc verò ſuccedant etiã filiæ, non quidem ex natura feudi, ſed tantùm vi pacti inveſtituralis per text. in d. t. 30. de feudo fœminæ lib. 2. feud. certè feuda iſthæc duo ineptiſſimè confunduntur, & ambo fœminea perperam appellantur feuda.*

*Quamvis a. in feudum maſculinum, ut quod originem cœpit à mare, ſuccedant quoq; fœminæ, ſi pacto inveſtituræ ſingulariter cautum fuerit, ut & fœminæ ad feudi ſucceſſionem admittantur: id tamen procedit, ſi defuncto Vaſallo nullus extet maſculus ex primo adquirente deſcendens. Maſculus enim ſi quis adſit, fœmina excluditur à feudi ſucceſſione d. tit. 6. §. quin etiam tit. 8. §. filia verò, ibi, tunc enim ſuccedit filia filiis non extantibus lib. 1. feudor. & tit. 17. §. eumq; inter lib. 2. feudorum.*

*De hac quæſtione diſpar fuit judicium Gerardi & Oberti. Ille ſolum maſculum admiſit, excluſa fœmina, hic utrumque maſculum & fœminam ſimul ſuccedere contendit, uti evincitur ex tit. 51. §. ſimiliter lib. eodem feudorum, ſed Gerardi ſententia pervaluit, ut loca proximè allegata*

*gata arguunt. Eadem eſt conditio feudi fœminei, licet enim in illud quoque ſuccedant fœminæ ex natura illius feudi: attamen ſi cum fœmina concurrat, maſculus, tunc hic illi in huius quoque feudi ſucceſſione præfertur, text. in dict. tit. 30. de feudo fœminæ, in princ. 2. feudor. Aliqui tamen putarunt in fœmineum feudum non ſuccedere filios, ſed feudum inverti ad dominum, atque ſententia contraria æquitatis ratione prævaluit, ut docet feudiſta in tit. 15. an maritus ſuccedat uxori in beneficio, lib. 1. feud.*

*Si tamen feudum eo tenore ſive pacto ſit da-* 50
*tum, ut fœminæ cum maſculis ſuccedant: Quæritur, an excludantur & hoc caſu per maſculos fœminæ, aut ſimul & æqualiter admittantur fœminæ cum maſculis? Alii affirmant alii negant, affirmantium opinio probatur textu in l. 3. & l. pen. ff. de tritic. vino vel oleo legat. l. ſi cui 5. ff. de inſtruct. vel inſtrum. legat. l. Iulius Paulus 81. ubi Bart. & alii ff. de condit. & demonſtrat. l. ſi quis inquilinos 112. §. ſi ita legatum 2. ff. de legat. 2. l. ſi mulieri 8. ubi Bart. n. 5. ff. de uſufruct. accreſc. l. triplici 142. ff. de verb. ſignif. Atq; hæc communiter à Dd. recepta eſt ſententia, quam etiam probant poſt alios Schrader. tractat. feud. part. 7. cap. 4. nu. 75. & Hartman Piſtoris lib. 2. quæſt. juris quæſt. 35. n. 30. & Iohannes Borcholt. in Commentar. in conſuetudin. feud. cap. 7. part. 2. num. 67.*



Digitized by Google

51 *Negantium concluſio hoc niti videtur fundamento, quod dictio*, cum, *nihil differre dicitur à conjunctiva particula* ET, *in l. Titia 36. §. nihil ff. de leg. 1. ubi Pomp. Iuriſconſultus* nihil, *ait*, diſtat, utrum ita legetur, Titio & Mævio, an ita, Titio cum Mævio, utrobique enim conjunctim legatum videtur. *textus eſt ſimilis in l. illi cum illo 40. ff. de uſu & uſufruct. legat. & l. ſi quis actio 7. ff. de uſufruct. accreſc. Atque hanc opinionem amplectuntur Curt. Iun. tr. feud part. 3. membro 1. nu. 13. Duaren. de feud. cap. 10. num. 9. verſ. oportet autem, Valentin. Forſter. de ſucceſſionib. lib. 3. cap. 19. n. 18. Fachin. lib. 7. controverſiar. jur. cap. 43. & alii plures, quos refert & ſequitur Herman. Vulteius lib. 1. de feud. cap. 9. num. 49. pag. 433.*

*Verùm ab aiente ſententia communiori Dd. calculo probata neutiquam recedendum arbitror: Etſi enim dictio* cum, *ad conjungendi facultatem quod attinet, idem denotet quod copula* ET, *ut jura proximè adducta abundè arguunt: attamen particula* cum *non ſolum ſimplicẽ conjungendi, ſed & ſimul ac pariter congregandi vim habet, textus eſt elegans in d. l. ſi cui 5. in fin. ff. de inſtruct. vel inſtrument. legat. juncta l. 1. §. 1. ff. eodem tit.*

*Cuiacius quidem in d. l. illi cum illo 40. ff. de uſufruct. legat, ubi ſimiliter nullam aliam vim tribuit dictioni* cum, *quàm conjunctioni* ET, *docet,*

*docet, ideo in d. l. 1. §. 1. & d. l. ſi cui 5. ff. de inſtruct. vel inſtrument. legat. ſimultaneam habere vim articulum illum* cum, *quod ibi coniuncta ſint res principalis, & illius acceſſio. Res principalis eſt fundus, eius acceſſio eſt inſtrumentum. Verùm licet in d. l. ſi cui 5. & res principalis, & eius acceſſio coniungantur: attamen alia & major quidem vis tribuitur articulo* cum, *quam dictioni* Et, *in coniunctione earundem rerum principalis & acceſſoriæ. Menoch. quoque de præſumptionibus, lib. 4. præſumpt. 70. nu. 10. & nu. 32. expreſſè poſt alios ſcribit, quod dictio,* Cum, *magis coniungat ac copulet, quàm dictio* Et. *Bald. in l. quoties num. 5. C. de ſuis & legit. Dictio ait,* Cum, *maiorem inducit coniunctionem, quam dictio* Et. *Similiter Ferdinand. Vaſq. de ſucceſſionibus & ultimis volunt. lib. 2. §. 20. part. 2. requiſit. 29. declarat. 2. nu. 121. diſerte tradit, particulam illam* Cum *concurſum denotare coniunctorum in eodem gradu: dictionem vero* Et, *non tantam deſiderare ſimultatem, licet terminorum paritate data, non minus coniunctionem inducat copula* Et, *quam dictio* Cum. *Accedit huc, quod alios ſecutus Dd. docet Decian. Reſp. 12. nu. 3. vol. 2. ubi copulativam dictionem* Cum, *hæc dicit operari, ut omnia per eam copulata æqualiter determinet.*

*Quod ſi dictum ſit in inveſtitura, ut cum ma-* 52



Digitized by Google

*ciati argu. adduci, quod paria ſunt, nõ eſſe cau- lis ſimul in feudum ſuccedant fœminæ; articulus ille,* ſimul, *ſatis arguit, ſimultaneum ſuccedendi jus tributum eſſe fœminis, ut per maſculos nõ excludantur arg. d. l. ſi mulieri 8. n fin. ibi, ſi voluerit eos liberos ſimul cum matre frui, ff. de uſufruct. accreſc. & docet ita poſt alios quos refert & ſequitur Hart. Piſtoris lib. 2. q. quæſt. 35. n. 29.*

*Nihil ergò dubitandum, quin unà cum maſculis admittenda ſit & fœmina ad feudi ſucceſſionem, ſi hoc tenore facta ſit inveſtitura, ut unà cum maſculis fœminæ quoque in feudum ſuccedant, per text. in l. ult. ibi, utrũ Titium unà cum filiis ſuis C. de impub. & aliis ſubſtit.*

*Æquè in ambiguitatem non incidit, an cum maſculis vocari quoq; ad feudi ſucceſſionem fœminæ debeant, ſi dictum ſit in inveſtitura, ut in feudũ ſuccedãt fœminæ ſicut maſculi, per text. in tit. 104. §. item ſi quis eo tenore in extraord. capit.*

53 *Eſt & illa huius loci* Quæſtio, *an fœmina, quæ ex pacto inveſtituræ in feudum Vaſallo defuncto ſucceſſit, cedere cogatur maſculo, qui poſt fœminæ illius ſucceſſionem natus eſt. Facti ſpecies talis ſit: Titius cum de feudo inveſtiretur, pacto cavit, ut ad maſculos & fœminas liberos ſuos feudum illud eſſet tranſitorium, Titius poſtmodum moritur, relictis tantùm duabus filiabus Iohanna & Iuliana. Ex prædicta igitur pactione in feudum illud, ambæ filiæ ſuccedunt, idq; inter*

*ter ſe dividunt. Decedit poſtea Iuliana, uno tantùm relicto filio Pomponio. Quæritur ergo an hic Pomponius materteram ſuam Iohannam feudo, quod ex ſucceſſione poſſidet, jure excludat?*

*Aiens opinio placet Gloſſæ, And. de Iſer. Martino Laudenſi & Matthæo de Afflictis, in tit. 17. de eo, qui ſibi & heredibus ſuis lib. 2. feud. Iacobin. de S. Georg. tr. feud. in verb.* Et fœminis, *nu. ult. ubi ait, quod in ſecreto Iuris hæc opinio ſit verior. Eandē amplectuntur Celſus Hugo, conſil. 26. nu. 48. & Burſat. conſil. 63. nu. 16. huic opinioni fundamentū quærunt ex d. t. 17. lib. 2. feud. ubi caſus proponitur, quo mater paternum poſſidens feudum moritur, relictis filiis duob. quorum unus ſuperſtitib. duab. filiab. alter uno relicto filio deceſſit, & deciditur totū feudum ad filiū pertinere excluſis filiab. hac ratione addita, quod non pateat locus fœminæ, in feudi ſucceſſione, donec maſculus supereſt. Vtuntur & hac ratione, quod licet fœmina ad feudi ſucceſſionem ſit admiſſa, id tamen conditionaliter factū intelligi, ſi videlicet poſtea non ſupervenerit maſculus, exiſtente igitur hac cōditione, i. e. nato poſtea maſculo, fœminam deſinere feudum jure habere, ſub conditione. n. quod datum eſt, cenſetur ſub contraria conditione non datum, l. quib. 40. §. 2. & l. aliquando. 107. ff. de condit. & demonſtr. Gravetta conſ. 344. nu. 4. Donel. lib. 14. comment. cap. 16. & ſeq.*

*Poteſt & illud in confirmationē huius pronūciati*

*ſam, & eam eſſe finitam, per text. in l. 1. ff. de condict. ſine cauſ. & l. nihil intereſt. ff. de nautico fœnore.*

*Comprobat eandam concluſionem & hac ratio, quod quæ ab initio valent, ſi ad eum perveniant caſum, à quo initium capere nequeunt, vitiantur l. inter ſtipulantem 83. §. ſacram, ff. de verb. oblig. & §. item contra Inſtit. de inutilib. ſtipul.*

*Contrariæ opinionis, quæ cõmuniter eſt recepta defenſores legimus Iacobum de Belviſo, Bald. Alvarot. Petr. Ravennatem, Baronem à Tautenberg. in dict. tit. 17. lib. 2. feud. Mozz. tractat. de feud. cap. de naturalib. feudi num. 101. Ruin. conſil. 151. nu. 4. & conſil. 154. nu. 3. vol. 2. Curt. Iun. tractat. de feud. part. 3. num. 33. Iul. Clar. in §. feudum quæſt. 80. nu. 1. Zaſ. in Epit. feudor. part. 8. nu. 53. Sonſbeck. in comment. in uſus feud. part. 9. nu. 140 Schneid. de feud. part. 6. nu. 48. Ludolph. Schrad. tract. feudal. part. 7. cap. 4. nu. 82. Monoch. conſil. 568. nu. 15. vol. 6. & Andr. Fachin. lib. 7. controverſiar. jur. capite 41.*

*Atq; hanc ſententiam veritati propiorem & ego cenſeo. Tùm quia nemini jus quæſitũ auferri, nec ad quenq̃ alium abſq; facto eius, cui adquiſitum eſt, transferri debet, l. id quod noſtrum. ff. de Reg. Iur. cum ergo fœminæ realiter quæſitum ſit feudum, auferri illud eidem, & ad maſculum*

*poſtea*

Digitized by Google

poſteanatum transferri non debet: Tùm etiam, quia cum jus quoddam alicui eſt quæſitum, propter cauſæ exiſtentiam, licet ea cauſa deficiat poſtea, ſive deſinat, ipſum tamen jus quæſitum retinetur, per text. in l. ſi poſt mortem 10. §. ſi in adoptionem. ff. de bonor. poſſ. contra tab. Elegantior eſt textus l. cum uxori, 4. c. quando dies legat. ced. & docet Tiraquell. in tractat. Regulæ, ceſſante cauſa; ceſſat effectus, limitat. 11. nu. 1. hinc facta reſtitutio ex cauſa legitima, non extinguitur, ſi poſtea ceſſet ea cauſa, l. quod tempore 3. C. de reſtitutionib. militum & Bald. in l. generaliter 52. nu. 6. in fin. C. de Epiſcop. & Cler. Tùm item, quia effectus jam conſummatus non ceſſat, cauſa eius poſtea ceſſante, per text. in l. ult. ff. ſi tabulæ teſtamenti nullæ ex tab. l. patre furioſo 8. ff. de his, qui ſui vel alieni Iuris ſunt l. qui res 98. §. aream, ff. de ſolut. l. tutelas, 7. in princ. ff. de capit. deminut. Latè Tiraquell. in d. tract. Regul. ceſſante cauſa, ceſſat effectus, limitat. 12. nu. 1. & ſeqq. Tùm poſtremò quia certi ſunt modi, quibus feudum amittitur. Hiſce autem modis nuſquam connumeratur in feudorum libris, ſuperveniens maſculi nativitas; Non ergo putandum, quod hoc etiam modo fœmina feudũ antea adquiſitum rurſus amittat.

Non tuetur opinionem contrariam textus in d. tit. 17. de eo, qui ſibi, vel heredib. ſuis, verſ. non enim patet locus, lib. 2. feudor. Nam proponitur ibi

*ibi caſus à noſtro planè diverſus, quo ſcilicet tempore mortis Vaſalli & delatæ ſucceſſionis adſunt fœminæ ex uno filio, & maſculus ex altero filio, hoc caſu per maſculum à feudo excluditur fœmina, quia fœminis non patet aditus ad feudi ſucceſſionem, donec maſculus ſupereſt. Atqui noſter caſus non eſt, quando tempore delatæ ſucceſſionis in feudũ nullus adeſt maſculus, ſed fœmina tantùm adeſt, poſtea vero naſcitur maſculus, cũ jam ante fœmina feudum adquiſivit.*

*Ad alteram hujus opinionis quod attinet rationem, nullus eam ſuadet textus juris feudalis. Nuſquam enim in feudorum libris cautum legimus, fœminam ad feudi ſucceſſionem admitti hac conditione, ſi poſtea non naſcatur maſculus, ita ut nato poſtea maſculo privanda ſit rurſus feudo fœmina.*

*Tertium & quartum opinionis contrariæ argum. non procedit in his, quorũ effectus jam conſummatus eſt, ut antea oſtendi. Quando ergo fœmina ex pacto inveſtituræ feudũ jam adqſivit, ob defectũ maſculorũ, licet poſtea naſcatur maſcul⁹; attamen retinet adquiſitum prius feudum.*

54 *Quid vero ſi matertera maſculi poſtea nati nondum ſit de feudo inveſtita, eo tempore, quo in lucem poſtea editus fuit maſculus, an ne hoc caſu matertera cedere cogitur, & feudum reddere ſororis defunctæ filio? Sonſbeck. in commentariis in uſus feudor. part. 9. n. 142. affirmat per tex. in t. 8.*

§. ſi

§. *filia verò, ibi,* vel niſi inveſtitæ fuerint *lib. 1. feudor. d. t. 17. de eo, qui ſibi vel heredib. ſuis lib. 2. feudor. Confert eodem, quod feudum ſine inveſtitura nullo modo conſtitui poſſe dicitur in tit. 25. in princ. lib. 1. feudor.*

*Verùm Hart. Piſtoris lib. 2. quæſtionum juris q. 35. nu. 10. & eum ſecutus Herm. Vultei, lib. 1. de feudis c. 9. n. 49. circa finem pag. 436. in pr. planè negant, hoc moti argumento, quod materlera non tàm ex inveſtitura, q̃ ex ipſa ſucceſſione ex pacto primi adquirentis delata, feudum adquirat.*

*Atque hæc poſterior ſententia & mihi probatur. Tùm quia ſucceſſio æquè eſt modus adquirendi feudum legitimus, atq; ipſa inveſtitura, ut arguit textus in tit. 1. §. ult. in fin. & tit. 11. in pr. & tit. 33. in princ. lib. 2. feud. Si ergo matertera, vel quæ alia fœmina jure ſucceſſionis legitimè adquiſierit feudum, maſculus poſtea editus id ei amplius auferre non poteſt, etiamſi ipſa, fœmina de eo feudo veterem nondum acceperit inveſtituram, per ea, quæ circa præcedentem quæſtionẽ pro ſententia negata protuli; Tùm etiam quia vetus inveſtitura, quæ ſola ſucceſſoribus neceſſaria eſt, non inveſtitura nova, tit. 24. verſ. & è converſo, titul. 32. §. de veteri lib. 2. feudorum & titul. 22. in princip. lib. 1. feudor. eſt tantùm renovatio, & recognitio veteris beneficii, ſucceſſione prius adquiſiti, Schurff. conſil. 84. numer. 3. cent. 1. Roland. à valle conſil. 1. nu. 88.*

*nu.88. vol.1. & Cuiac. ad tit.4. lib. 2. feudor. Quam ſententiam maximè probat text. in l. 1. §. ſi quis ædificium, ff. de oper. novi nunciat. Confirmat eandem & illud, quod feudi ſucceſſores ipſa ſucceſſione retinere feudum dicuntur, in tit.36. ibi, feudum retinere, & tit. 45. in princ. ibi, agnatus feudum retinere poterit, lib. 2. feudor. & tit. 5. in princ. ibi; & retinetur lib. 1. feudor. Retinere autem dicuntur feudum ideo, quod per primam inveſtituram primi adquirentis adquiſitum ipſis eſt feudum, tit. 14. §. ſi capitanei, ibi, prædicti fratres & nepotes per inveſtituram patris, & avi in beneficium ſuccedunt, lib.1. feudor. Tùm poſtremò quia & hoc propoſito caſu fœmina amittere diceretur feudũ prius adquiſitum, cum tamen nuſquam feudorum placita modis amittendi feudum annumerent etiam ſupervenientem maſculi nativitatem, ne quidẽ hoc caſu, quo fœmina de feudo ſucceſſionis jure adquiſito, nondum veterem accepit inveſtituram.*

55 *Argumenta Sonſbeckii nihil ipſius opinioni roboris adferunt, nam in tit. 8. §. filia verò, lib. 1. feud. verba hæc:* Vel niſi inveſtitæ fuerint, *intelligenda ſunt de nova inveſtitura, qua primũ adquiritur feudum, non de inveſtitura veteri. Diſiunctiva enim coniunctio,* vel, *caſus ibi poſterioris diverſitatem arguit, prior autẽ caſus ibidem propoſitus, cum ſit de ſucceſſione feudi deſiderat*

*derat inveſtituram duntaxat veterem: Vnde patet, quod alter ille ſubiunctus caſus ſit de nova inveſtitura, fœmina autem jure ſucceſſionis feudum adquirens, non opus habet nova inveſtitura, ut antea oſtendi.*

*Ex altero loco in d. tit. 17. lib. 2. feudor. ideò nihil firmamenti accedit opinioni Sonſbeckii, quod, ut & ſuprà aperui, caſus ibi propoſitus planè alienus eſt, & diverſus à noſtro caſu, quod verò attinet text. in dict. tit. 25. in princ. lib. 1. feudor. loquitur ibi Iuriſconſultus de feudi conſtitutione. Aliud autem eſt adquirere feudum: aliud item ſpecialiter feudum conſtituere. Conſtituere feudum eſt vel feudi novi poſſeſſionem Vaſallo tradere, quod cum ſit, ipſa traditione poſſeſſionis ſimul etiam feudum Vaſallo adquiritur, atque hæc traditio eſt ipſa nova inveſtitura, in dict. tit. 1. in fin. junct. tit. 2. in princ. tit. 11. in princ. & tit. 33. in princ. vel eſt poſſeſſionem feudi veteris cōfirmare ipſi Vaſallo, quæ confirmatiò fit per inveſtituram veterē, Anton. Cont. tract. feud. cap. Quibus modis feudum adquiratur in princ. & Vultei. lib. 1. de feud. cap. 7. nu. 1. & ſeqq. etſi verò fœminæ nondum ſit per veterem inveſtituram conſtitutum feudum, quod ipſa jure ſucceſſionis adquiſivit: attamen ſuperveniens maſculi nativitas id ei rurſus auferre non poteſt, cum hic non ſit modus amittendi feudum, ut antea dixi.* 56

57 *Quodſi autem maſculus poſtea natus, probetur in utrero matris conceptus, eo tempore, quo ſuccedendi jus delatum fuit fœminæ, nunquid & hoc caſu non excludit fœmininam maſculus ille poſtea in lucem editus? Eam per maſculum hoc caſu excludi feudo, tradit Matthæ. de Afflict. ad d. tit. 17. de eo, qui ſibi, vel hered. ſuis lib. 2 feudor. Matth. de Afflictis ſequitur Herman. Piſtoris d. quæſt. 35. nu. 11. utrumq; refert & ſequitur Dn. Vultei. lib. 1. de feud. cap. 9. nu. 50. in fin pag. 436. quorum deciſioni & ego lubens ſubſcribo. Tùm quia is, in utero qui adhuc eſt, pro jam nato habetur in his, quæ ad eius commodum pertinent, l. qui in utero 7. & l. qui in utero 26. ff. de ſtatu hominum: Tùm etiam quia cœptum quoque pro perfecto haberi dicitur in l. eum aurum 19. §. infecti autem 11. ff. de auro argent. legat. l. cætera 41. §. ſed ſi paravit ubi Bart. ſcribit, pro completo haberi, quod cœptum eſt, ff. de legat. 1.*

58 *Eſt & illa Quæſtio anceps de feudo, quod ex ſimplici inveſtituræ pacto ad fœminas quoq; pertinet, ſi cum fœmina concurrat maſculus diverſæ lineæ, An & hoc caſu maſculus præferatur fœminæ, puta, ſi duæ ſorores paternum ex ſimplici inveſtituræ pacto feudum poſſideant, atq; harum una relicto filio moriatur, altera verò quadam gnata relicta decedat, utrum filius ille non ſolùm matris ſuæ partem feudi, ſed & materteræ portionem*

*tionem excluſa eius filia jure ſibi vindicet, quãvis ſit lineæ diverſæ, & ſemel matri jus feudi quæſitum ſit? Sonſbeckius in commentariis in uſus feudor. part. 9. nu 142. & ſeq. negat in caſu propoſito, quo ſemel matri in feudo jus quæſitum fuit. Illud enim ad eas quoque filias pertinere autumat. Sonſbekio adſtipulari videtur Vultei. lib. 1. de feud. c. 9. n. 49. pag. 430. verſ. quid autẽ, ubi ſimiliter diſtinguit inter formulam inveſtituræ, de qua agit text. in tit. 51. lib. 2. feud. & eam inveſtitionis formulam, quæ proponitur in tit. 17. lib. eod. feudor. exiſtimans, niſi ita diſtinguatur, conciliari non poſſe Oberti ſententiam, in d. tit. 51. cum text. in d. tit. 17. cuius autorem putat eundem Obertum.*

*Cæteri feudiſtæ alii communiter affirmant, maſculum ſcilicet hoc quoq; caſu fœminæ præferri debere. Atq; horum opinionem & ego Iuri cõſonam arbitror, per text. expreſſum in tit. 51. §. ſimiliter ſi quis lib. 2. feudor. ubi duorum feudiſtarum duæ contrariæ referuntur opiniones, una Gerardi, altera Oberti. Ille affirmat, hic negat, & quamvis Gerardi opinio præcedat, Oberti ſequatur: attamen autor textus illius non poſteriorem, ſed priorem opinionem probare cenſetur. Tùm quia feudorum jure cum duæ de quæſtione quadam referuntur opiniones contrariæ, non poſterior, ſed prior probari videtur, Bartholomæus Camerar. in commentar. in titulo*

*55. de prohibit. feudi alienat. per Frider. pag. 246. in fine Hartman. Piſtoris lib. 2. quæſt. jur. quæſt. 32. nu. 2. & quæſt. 34. nu. 24. Tùm quia Gerardi affirmans opinio, quod tantùm maſculus ſuccedat, & hic in toto feudo præferatur fœminæ, approbatur quoq; in tit. 17. lib. 2. feud. quo loco quæſtio caſus ſpecialis deciditur generali regula, hac ſcilicet; quod non pateat locus fœminæ in feudi ſucceſſione, donec maſculus ſupereſt, ex eo qui primus feudum adquiſivit: Tùm quia feudi ea eſt natura, ut licet ex pacto inveſtituræ tranſeat quoq; ad fœminas, quando tamen tempore delatæ ſucceſſionis maſculus extat, per eum planè excluditur fœmina tit. 6. §. quin etiam, & tit. 8. §. filiæ, lib. 1. feud. & tit. 18. lib. 2. feudor. Tùm etiam, quia jure quoque communi data generi poſteriſq; immunitas, ad eos, qui ex fœminis nati ſunt non pertinet, l. 1. ff. de jure immunitatis & l. vacatio 13. ff. de munerib. & honorib. Tùm poſtremò, quia ſemper maſculũ præferri fœminæ in ſucceſſione feudi, niſi aliud ex inveſtituræ pactis appareat, evincitur haud obſcurè ex text. in tit. 104. §. jugales verſ. in cæteris in extraord. capit. Atque hoc aiens pronunciatum noſtrum comprobant præter alios etiam Hartman. Piſtoris dict. quæſt. 35. nu. 18. & Fachin. lib. 7. controverſ. juris cap. 43.*

59 *Sed expendamus Sonſbeckii argumenta. Primum illud eſt. Si Obertus (cuius opinionem*

*con-*

*contra Gerardum probat Sonſbeck.) voluiſſet perpetuò obſervari, generalem regulam in d. tit. 17. verſ. non enim patet lib. 2. feud. propoſitam, æquè contradixiſſet Gerardi ſententiæ, in caſu d. tit. 17. atque in caſu d. tit. 51. lib. 2. feudor. At quia loco proximo adverſatur Obertus Gerardo, priori verò loco non item, conſequens eſt, propter diverſitatem caſuum, aliud placuiſſe ipſi in uno, aliud in alio caſu. Sed nihil officit communi ſententiæ, quam defendimus, argumentum hoc; ſiquidem certum non ſit, quod feudalis placiti, in d. tit. 17. lib. 2. feudor. propoſiti autorem laudare indubiè poſſimus Obertum, cum illius nulla ibidem mentio fiat. In eam quidem adducti ſunt nonnulli ſententiam, ut exiſtiment, ſecundi feudorum libri conceptionem ab ipſo factam eſſe Oberto. Verùm quia haud raro ipſius Oberti, tanquam tertii cuiuſdam mentio fit ſub hoc libro, puta in tit. 25. 28. 30. 32. 34. §. ex eadem lege, & §. ſeq. tit. 35. 42. & dict. tit. 51. §. quæſitum & ſeqq. §§. veriſimilis hæc ſententia videri non debet. Quod † autem ex tit. 1.* 60
*& tit. 24. §. porrò lib. eod. feudorum manifeſtum fit, Obertum duos de feudorum jure filio ſuo Anſelmo libellos ſcripſiſſe, non de duobus libris ſive voluminibus intelligendum, ſed de Epiſtolis duabus, ut arguit textus in dict. titul. 1. in princip. & titul. 23. in princip. lib. eodem feudorum. Sic aliàs etiam libelli appel-*

*latione Epiſtola, ſive literæ ſignificantur, ut in l. 1. C. de precibus Imper. offer. & tit. C. quando libellus Principi datus litis conteſtat. facit l. 4. §. 1. ff. de publican. l. §. ult. de appellat. tit. ff. de libellis dimiſſor. cum ergo ut ex jam dictis intelligitur veriſimile non ſit, Obertum eſſe autorem feudalis placiti in d. tit. 17. lib. 2. feudor. roboris habet nihil primum hoc Sonſbekii argumentum.*

*Sequens Sonſbekii argumentum hoc eſſe videtur: diverſitas facti jus quoque conſtituit diverſum, ſiquidem ex facto jus oriri dicatur l. ſi ex plagis 52. §. in clivo ff. ad leg. Aquil. proindeq; inprimis facti ſpecies in quæſtionum deciſionibus ſit ſpectanda l. ut reſponſum 15. C. de tranſact. Sed alia facti ſpecies proponitur in dicto tit. 17. lib. 2. feud. alia item in dict. tit. 51. §. ſimiliter ſi quis lib. eod. feudor. Aliud igitur meritò diſponitur in illo priori, aliud verò in hoc poſteriori titulo. At neque hoc admodum moveor argumento. Etſi enim alius proponatur caſus in dict. tit. 17. alius item in dict. titul. 51. lib. 2. feudorum, quia tamen generalis eſt ratio, qua deciditur quæſtio propoſita in dict. tit. 17. quæ hæc eſt: quod non pateat locus fœminæ in feudi ſucceſſione, donec maſculus ſupereſt ex eo, qui primus de feudo fuerit inveſtitus; certè ratione eadem confirmari quoque Gerardi opinionem, Oberti placito contrariam, in dict. tit.*

51. §.

*51. §. ſimiliter ſi quis, omninò putandum eſt, ſiquidem ratio eadem idem quoq; jus conſtituat, l. ſi poſtulaverit 27. §. ſed etſi 13. ff. ad l. Iul. de adulter. & l. 1 §. quod vulgò 25. ff. de vi & vi armat.*

*Tertium Sonſbekii argumentum, à proprietate pronominis demonſtrativi,* Hoc, *in tit. dict. tit. 17. ibi, qui primus de hoc feudo inveſtitus eſt, lib. 2. feudor. ſimiliter parum ſtringit, non enim particula* Hoc, *reſtringit illam rationem duntaxat, ad propoſitam ibi inveſtituræ formulam, qua dictum fuit, ut deficientibus maſculis, fœminæ ſuccedant, ſed pertinet dictio illa* Hoc, *ad diſtinguendum feudum illud omne, in quod etiam fœminæ ſuccedunt, ab eo feudo, cuius fœminæ expertes ſunt, ait enim Iuriſconſultus* de hoc feudo, *non dicit,* qui per hoc inveſtituræ genus, *& quia ratio deciſionis ibi allata gneralis eſt, de omni feudo, in quod etiam fœminæ ſuccedunt; certè particula* Hoc, *de omni quoque eiuſmodi feudo intelligenda erit, non reſtringenda tantùm ad inveſtituræ ſpeciem, in principio illius tituli propoſitã. Tùm quia relatio ad proxima ſemper fieri debet, non ad remota, l. à filio 15. §. ult. ff. de aliment. legat. gloſ. in l. 1. §. deinde ff. de poſtul. & in l. ſi idem 11. §. ult. in fin. ff. de Iuriſdict. Bart. in l. ult. ff. de reb. dub. Tùm etiã quia legis diſpoſitio ex generali ratione ad oẽs alios eiuſdẽ generis caſus porrigẽda eſt, quib. ratio illa convenit l.* 61



Digitized by Google

*regula §. ult. ubi Bartol. Bald. & alii, ff. de jur. & facti ignor. l. 2. §. ſi mater verſ. quid ſi curatores, & verſ. quid ſi deceſſerint, ff. ad S. C. Tertyll. l. nomen §. ultim. ff. de legat. 3. Everhard. in Topic. legalibus in loc. à ratione legis lata, &c.*

*Quartum argumentum, quod putari non debeat, fruſtra dictum fuiſſe in facti ſpecie propoſita in dict. tit. 17. lib. 2. feud.* Vel his deficientibus, *&c. proindeq́, verba illa aliquid amplius operari, quàm ſi dictum fuiſſet ſimpliciter, ut maſculi & fœminæ in feudum ſuccedant: ideò, nobis negocium facit nullum, quod licet ſpecialis ſit caſus ille dicto loco traditus: attamen deciſio illius fiat argumento adeo generali, ut ad aliorum quoque eiuſdem generis caſuum, quibus de ſucceſſione fœminarum agitur, deciſionem pertineat. Quin etiam caſus, dicto loco propoſitus, eſt de feudo, quod ad fœminam à primo adquirente pervenerat, & nihilominus feudum illud in concurſu maſculi, & fœminæ, ad ſolùm maſculum pertinere ibi deciditur: qua tamen in re potiſſimum opinionis Sonſbeckii fundamentum eſt poſitum, dict. part. 9. nu. 143.*

*Proximo Sonſbeckii argumento, quod ipſi in ordine quartum eſt, ideò moveor nihil, quod non tam ad caſus ſpecialitatem, quam ad rationis decidendi generalitatem quavis in diſpoſitione ſpectandum eſt, per juris textus ſupra adductos.*

*Quod*

Quod poſtea Sonſbeckius urget, ſimilem caſum alibi in feudorum jure haud expreſſum eſſe, levius id eſt, quam ut refutatione indigeat, ſiquidem, ut modo dixi, ratio decidendi inprimis ſpectanda ſit in ſæpè allegato tit. 17.

Cùm igitur ex prædictis manifeſtum, promptum & apertum ſit, à feudi ſucceſſione per maſculum fœminam in adductis caſib. excludi, quæritur ulterius, an ſemel excluſa fœmina, perpetuò intelligatur remota, ut licet poſtea feudi poſſeſſor nullo relicto filio decedat, amplius ad ſucceſſionem in feudum non admittatur? Hæc certè quæſtio elegans eſt, & admodum utilis, verùm adeò perplexa & dubia, ut vix cognoſci poſſe videatur, quam in ſententiam diſſolvi debeat. 62

Non perpetuò ipſam cenſeri excluſam, ſentiunt non pauci, quos referunt & ſequuntur Iohan. Fichard. in additionibus ad Ioannem Baptiſtam à Villalobos lib. communium opinionum lit. F. nu. 60. Mynſing. cent. 5. obſerv. 74. Hartman. Piſtoris lib. 2. quæſt. juris quæſt. 36. Henricus à Roſenthal in ſynopſi juris feudalis, cap. 7. concluſ. 96. Herman. Vultei. lib. 1. de feud. cap. 9. num. 52.

Aliis verò placet opinio contraria, à quorum numero ſunt, quos citant Tiraquell. in explicat. l. ſi unquam ad verb. ſuſceperit liberos, num. 195. C. de revocand. donat. Menoch. conſil. 1. nu. 458. Andr. Geyl. lib. 2. obſerv. practic. obſervat. 148.

*num 1. Ludolphus Schrader. tract. feudali, part. 7. cap. 4. num. 83. & alii alibi, quibus & ego calculum meum haud invitus addo, motus argumẽtis graviſſimis, firmiſſimis, quæ ordine ſubiiciam.*

*Primùm illud eſto, Iuriſconſultus feudiſta in tit. 6. §. quin etiam, lib. 1. feudor. disertè ſcribit,* ſi quis eo tenore feudum acceperit, ut eius deſcendentes maſculi, & fœminæ illud habere poſſint, relicto maſculo ulterius fœminæ non admittuntur. *Notandum quod non ſimpliciter ait feudiſta,* relicto maſculo fœminę non admittuntur, *ſed dicit,* ulterius non admit-

63 tuntur. *Dictio autem illa* † ulterius *eſt adverbium temporis perpetui, ut evincitur ex c. cum acceſſiſſent verſ. fuit inſuper, ibi, ne primiceriatus dignitas eſſet ulterius in Eccleſia memorata, ubi Bald. extr. de conſtitutionibus & in l. 3. in fin. ibi, poſt hanc verò temporis definitionem nulli movendi ulterius facultatem patere cenſemus C. de præſc. 30. vel 40. ann. & tradit poſt alios Tiraq. in d. l ſi unq̃ in verb. Revertatur. n. 129. C. de revoc. don. Hinc ergò liquidiſſimè apparet, fœminã per maſculum à feudo ſemel excluſam, intelligi perpetuò à jure ſuccedendi in feudũ remotam.*

64 *Laborat quidem magnoperè Hartmann. Piſtoris dict. quæſt. 36. num. 25. vim huius argumenti omninò attenuare. Verùm innanem ſumit operam. Primò conſiderat formulam inveſtituræ propoſitam in dict. §. quin etiam, quâ per copulam*

*copulam* ET, *vocati ſunt ad feudi ſucceſſionem maſculi & fœminæ: & quia Iuriſconſultus ait,* eo tenore, *exiſtimat Hartmannus cum dicendum videatur, ex prædicta inveſtituræ formula propter naturam copulæ* ET, *fœminam ſimul & unà cum maſculo vocari ad feudi ſucceſſionem, voluiſſe feudiſtam eo loco dubitationem illã tollere & definire, non attenta copulæ illius natura, relicto maſculo fœminas ulterius, id eſt cum maſculo illo non admitti, aliâs enim nihil intereſſe quo tenore, id eſt qua inveſtituræ formula, maſculus & fœmina vocati ſint ad feudi ſucceſſionem. Atqui loci illius interpretatio hæc ideò ferenda non eſt, quod hoc intellectu admiſſo, fruſtra adverbium,* ulterius, *ibi adpoſitum eſſet, cum ſatis fuiſſet dicere, relicto maſculo fœminæ non admittantur. Cùm autem in omni diſpoſitione nihil fruſtra, & otiosè poſitum cenſeri debeat, certè iſthæc Hartmanni explicatio textus illius neutiquam probari poteſt, ſed putandum feudiſtam reſpexiſſe eo loco, per adverbium illud temporis perpetui ad fœminæ excluſionem perpetuam. Deinde ut fundamentum huius noſtræ ſententiæ in d. §. quin etiam, poſitum labefactet Hartmannus Piſtoris, duplicem adfert cauſam, cur locus ille nihil juvet cõcluſionem, quam defendimus: Vna eſt, quod textus ille generaliter de fœminis loquatur, proindeq́; non ſit reſtringendus ad eas tantùm fœminas, quæ eo tempore,*

*quo*

*quo primus inveſtitus decederet, extitiſſent, & per maſculum jam eſſent à ſucceſſione remotæ. Altera cauſa eſt, quod decidendi ratio, cur non admittantur fœminæ in caſu dicti illius §. in eo poſita non ſit, quod ante eſſent excluſæ fœminæ.*

*Sed tanti viri judicium licet magnifaciam in jure noſtro explanando, attamen videre non poſſum, qua commoda ratione obtineri queat, textum dict. §. quin etiam, loqui de fœminis generaliter, non de illis in ſpecie fœminis, quæ delatæ ſucceſſionis tempore, cum maſculo primi adquirentis filio concurrunt gradu eodem. Quamvis enim dicto loco verba hæc*, ulterius fœminæ non admittuntur, *per ſe conſiderata, non etiam ad ſpecialem ibi propoſitum caſum relata, ſenſum contineant generalem de aliis quoq; fœminis: attamen quia ad propoſitam ibi facti ſpeciem pertinent, non aliis de fœminis intelligi poſſunt, quàm quæ cum primi adquirentis filio, delatæ ſucceſſionis tempore concurrunt gradu eodem. De aliis ſanè fœminis non niſi ineptè excluditur locus ille, ſiquidem maſculus, qui eo extat tempore, alias remotioris gradus fœminas excludere non poſſit, cum illis ſuccedendi jus delatum non ſit, non entium quippe qualitates nullæ ſunt. Quapropter prædicta illa verba,* ulterius fœminæ non admittuntur, *de illis tantum capienda ſunt fœminis, quæ tempore delatæ ſucceſſionis in feudum, hoc eſt, tempore defuncti*

*Vaſalli,*

*Vaſalli, de cuius ſucceſſione agitur, unà cum maſculo, feudi ſucceſſore extant. Alteram quod attinet cauſam, fateor quidem, quod dict. loco principaliter decidendi ratio non ſit poſita in eo, quod ante ſint excluſæ fœminæ. Non enim principalis quæſtio eius loci illa eſt, an fœminæ per maſculum excluſæ, poſtea amplius non admittantur, At quia feudiſta in eo §. propoſitæ inveſtituræ triplicem vim oſtendit; puta quod non extante maſculo fœmina patri defuncto in feudum ſuccedat: quod item relicto maſculo fœmina non admittatur: quod deniq; ulterius, id eſt nunquam amplius admittatur, ſuccedente maſculo, per quem excluditur; argumentum ſatis firmum ſententiæ communi, quam tuemur, textus ille præſtat.*

*Adhæc ſcribit Piſtoris, ſi verba illa,* ulterius fœminæ non admittuntur, *futuram quoque reſpicerent ſucceſſionem, generaliter non de omnibus fœminis intelligenda eſſent, atque ita quoque de fœminis ex eodem ſuccedente maſculo natis, cum textus non diſtinguat inter fœminas, quæ vel eo tempore, quo primus inveſtitus mortuus eſſet, extiterunt, vel poſt mortem eius natæ fuerunt; ſed manifeſtè falſum eſſe, quod fœminæ à maſculo deſcendentes, poſtquam ſemel maſculus extitit, ulterius non admittantur: At reſponderi poteſt Harimanno, ineptiſſimè textum illum ad alias extendi fœminas; quam*

*qua*

*quæ ſucceſſionis tempore cum ipſo maſculo gradu eodem verè, aut repræſentationis jure concurrunt. Quî enim per maſculum excludi diceretur à ſucceſſione fœmina, de qua dubium nullum eſt, quod necdum ei delatum ſit jus ſuccedendi in feudum, qualis fœmina eſt ipſius maſculi ſuccedentis filia. Certiſſimi quippe juris eſt, quod cum parente ſuo proles in feudum avi defuncti non ſuccedat. Eſt & illud expediti juris, quod gradu proximioribus liberis vel agnatis jus ſuccedendi in feudum deferatur, non remotioris gradus liberis vel agnatis, titul. 50. §. paternum verſ. Reſpub. & verſ. ſeq. & tit. 55. § præterea lib. 2. feud. & facit textus in Novell. 118. cap. 3. in fin.*

*Præterea ſubiicit Hartmannus, quod feudiſta in dict. §. quin etiam, agat tantùm de excluſione fœminarum à primo ſucceſſionis gradu, non autem ullius alterius ſucceſſionis gradus ab eo exprimatur, proindeque ſtrictè textum illum exaudiendum de primo tantùm ſucceſſionis gradu, non etiam de gradu ſucceſſionis ſubſequenti, ſiquidem feudalia jura, quotieſcunque de ulteriori ſuccedendi gradu loquuntur, nominatim illud ſemper exprimant, ut in titul. 17. & titul. 51. §. ſimiliter libr. ſecund. feudorum. Verùm hæc anguſta textus §. quin etiam, interpretatio excluditur, & reiicitur meritò propria & genuina ſignificatione adverbii* ulterius, *quod perpe-*

*perpetuam fœminarum ſemel excluſarum remotionem ſatis ſuperq́ denotat, arguit & exprimit ut ſupra oſtendi. Quod ſi textus illius ſtricta hæc explicatio admittenda eſſet, fruſtra & planè ocioſè aduerbium* ulterius *diceretur adpoſitum, cum ſatis fuiſſet Iuriſconſulto dixiſſe.* Fœminæ non admittuntur.

*Poſtremò urget Piſtoris in dict. §. quin etiam. Verbum* admittuntur, *quod cum ſit præſentis, non futuri temporis, autumat, intelligendum eſſe eum locum, de præſenti ſucceſſione in feudum, non etiam de ſucceſſione futura, & ſecundùm verbi illius tempus, exandiendum quoque adverbium* ulterius, *eò quod qualitas adiuncta verbo ſecundùm verbi tempus intelligenda ſit, l. in delictis 4. §. ſi extraneus ff. de noxalibus act. l. Titius 25. ff. de teſtamento militis Alex. conſil. 83. num. 11. volum. 3. conſil. 5. num. 3. & conſil. 101. num. 14. volum. 5. conſil. 29 num. 6. conſil. 139. num. 3. conſil. 143. in princip. conſil. 198. num. 12. conſil. 207. num. 10. & conſil. 227. num. 8. volum. 6. Andr. Gayl. lib. 2. obſervat. practic. obſervat. 136. num. 2. Sed nihil nec hæc movet Hartmanni Obiectio, verbum enim illud præſentis temporis,* admittuntur, *accipi eo loco convenit ſecundùm propriam adverbii illius* ulterius *naturam. Quoties enim qualitas verbo adjuncta non patitur, ut ſecundùm tempus verbi illius intelligatur, toties fallit illa regula.* 65

*regula, quæ habet, quod qualitas verbo adiecta ſecundum tempus verbi illius ſit intelligenda, per text. in l. in ſubſtitutione 31. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. c. Raynutius extr. de teſtament. c. ultim. §. item opponitur, 22. quæſt. 3. & docet poſt alios Petrus Duennas in Fallentiis regularum juris, ſub litera Q. regul. 556. verſ. ſecundò fallit, & verſ. fallit quintò, & Menoch. conſil. 225. num. 16. & conſil. 227. nu. 26. & 60. Quocirca adverbium* ulterius *cum ſit futuri temporis, propria eius natura inſpecta, juxta eius genuinam proprietatem cenſendum quoque verbum illud* admittuntur.

66 *Negocium hic quoque nobis facit de juriſprudentia præclarè meritus Hermannus Vulteius lib. 1. de feudis, cap. 9. num. 53. Hic enim diſtinguit inter non admiſſionem & excluſionem fœminarum. Fœminam propter maſculum non admitti ad feudi ſucceſſionem affirmat per textum in d. §. quin etiam, ſed eas excludi à ſucceſſione feudi negat, cum nuſquam in feudorum libris per maſculum excludi dicantur. Deinde diſtinguit inter feudi ſucceſſionem, quã facti eſſe dicit, & jus ſuccedendi in feudum, ut alibi etiam anxiè diſtinguit inter res & jura, puta inter res dotales, & ipſam dotem, quæ juris eſt, lib. diſceptat. Scholaſticar. cap. 19. fœminam per maſculum excludi quidem, ſi dici poſſit, eam tamen à jure ſuccedendi ſimiliter excludi non concedit.*

Exclu-

*Excluditur, ait, à præſenti ſucceſſione, propter maſculum, jus autem ſuccedendi in futurum caſum retinet, ut ſi poſtea deficiat maſculus, ad idem feudum ſit admittenda. Sed neque hac inſpectione à communi, quam probo, opinione dimoveor. Quod enim ad primam attinet diſtinctionem, nego fœminam non excludi à ſucceſſione, quæ propter maſculum non admittitur ad ſucceſſionem. Tùm quia quod Iuriſconſulto in d. §. quinetiam, eſt* non admitti, *idipſum à feudiſta* excludi *dicitur in tit. 104. §. item ſi quis ibi;* fœminæ excludantur, *in extraord. cap. Tùm etiam, quia fœmina, quæ ex pacto inveſtituræ feudi capax eſt, ut exiſtente maſculo non admitti dicitur, in dict. §. quinetiam, ita rectiſſimè etjam excludi per maſculum ſucceſſione feudi dicitur, verbum enim* excludere *eſt propriè privativum verbum, præſupponens habitum ſive jus, quod excluditur l. 2. ff. de except. l. ſi ponas 23. §. ſi hereditatem, ff. de inoffic. teſt. l. 1. §. 1. ff. famil. erciſc. l. cum antiquioribus 19. verſ. ſi enim ipſe ibi,* beneficio excludatur *C. de jure delib. Cùm ergò fœmina, quæ feudi ex tenore inveſtituræ capax eſt, non admittitur, rectè per maſculum excludi dicitur.*

*Altera quoque Domini Vultei diſtinctio mihi hac ex ratione diſplicet, quod nuſquam in feudorum libris diſtinguitur inter ſucceſſionem, & jus ſuccedendi. Et licet diſtinguamus inter ſucceſ-*

*ceſſionem, id eſt ipſum ſuccedendi actum: attamen cui denegatur ſucceſſio, eidem jus ſuccedendi competere nequit, cum nemo ſuccedere poſſit;*
67 *niſi cui ſuccedendi jus competit. Confert † huc, quod nomina verbalia in IO, in jure noſtro plerunque juris, non facti ſignificationem habent; quale eſt nomen obligatio, §.1. Inſt. de obligat. & nomen actio §.1. Inſtit. de actionibus, tum etiam ipſummet nomen ſucceſſio, l. hereditas nihil aliud ff. de reg. jur. item vox, bonorum poſſeſſio l.3. §. bonorum igitur 3. ff. de bonor. poſſeſſ.*

68 *Sequens argumentum, quo firmari judico Dd. communem opinionem, hoc ſyllogiſmo concludi poteſt: Quicunq; in defectum alterius ad ſucceſſionem vocatur, is ſuccedente eo, in cuius locum vocatur, in tantum excluditur, ut poſtea amplius non admittatur licet is, per quem remotus ſemel fuit, poſtea decedat, aut jure, in quod ſucceſſit, abſtineat, l. poſt aditam 5. C. de impub. & aliis ſubſtitut. l.3. & l. quamdiu inſtitutus 69. ff. de adq. vel amitt. hered. l. ait Prætor 7. §. ſed quod, ibi ſi autem prius minor adiit hereditatem, mox abſtentus eſt, ſubſtitutum pupillo ſervum cum libertate, non poſſe heredem exiſtere, neq; liberum eſſe, ff. de minorib. §. maſculo igitur, Inſtit. de pupill. ſubſtit. l. verbis civilib. 7. l. in pupullari 14. l. ex facto 43. in prin. ff. de vulg. & pupill. ſubſtitut. Sed fœmina quando inveſtituræ pacto ad feudi ſucceſſionem vocatur, in defectum ſaltem maſculorum*

dorum vocari intelligitur, tit. 17. in pr. ibi, vel his deficientibus fœminis tit. 18. ibi, & maſculis deficientibus fœminæ, tit. 30. ibi, deficientibus maſculis ad filias pertinebit, lib. 2. feud. Succedente ergò maſculo, fœmina, quæ pari gradu cum eodẽ maſculo extat, ſed per ipſum feudo excluditur, nunquam poſtea ad idem feudum admittitur.

Vtuntur quidem contrariæ opinionis patroni iiſdem textibus, proximè ex feudorum jure adductis, affirmantes, quod & mortuus maſculus deficere dicatur, per text. in §. ſi eadem res duob. Inſt. de legat. l. 5. ff. de vulg. & pupill ſubſtitut. & l. quod ſi alterutro 78. ff. ad l. Falcidiam, unde rectè colligi putant, ſi maſculus, poſteaquam in feudum ſucceſſit, moriatur, denuò locum fieri fœminæ antea per maſculum eundẽ excluſæ. Sed nihil moror hanc objectionem, non enim in ſucceſſionis materia deficere dicitur, qui poſt ſucceſſionem moritur, ſed qui moritur antequam ſuccedat, ut jura proximè citata arguunt, & ſatis ſuperque evincitur ex juris civilis textibus in proximi ſyllogiſmi propoſitione maiore adductis. 69

Vlterius noſtræ ſententiæ fidem adjungit & hæc argumentatio: quicquid ſub cõditione datur, ſub contraria conditione non dari cenſetur: & cõtra, quod adimitur ſub conditione, ſub contraria conditione dari intelligitur l. quib. 40. §. quidam Titio & l. aliquando 107. ff. de cond. & demonſtr. Donel. lib. 14. comm. c. 16. & ſeq. Cravet. conſ. 344. 70



Digitized by Google

*num. 4. Quando autem inveſtituræ pacto etiam fœminæ jus ſuccedendi in feudum datur, ſub conditione jus & illud ei dari intelligitur, ſi maſculi deficiant, verba enim,* deficientibus maſculis, *in dict. tit. 17. tit. 18. & tit. 30. lib. 2. feud. conditionem important, cum ſint duo ablativi abſoluti conſequentiam deſignãtes, qui conditionem inducunt l. evictis 18. in princ. ff. de uſur. l. à teſtatore, 109. ff. de condit. & demonſtr. & l. acceptis 93. ff. ad l. Falcidiam. Bald. ad l. 1. num. 6. verſ. quæro nunquid in contractibus C. quand. liceat ab empt. diſced. Dd. in Rubric. ff. ſolut. matrimon. Menoch. conſil. 38. num. 26. & conſil. 69. num. 72. Roland. à Valle conſil. 65. num. 23. volum. 3. latè Forſter. de ſucceſſionib. lib. 3. cap. 15. axiom. 3. num. 6. & 7. Sub contraria ergò conditione, ſi ſcilicet maſculi non deficiant, ſed extent maſculi, illiq; in feudum ſuccedant, non intelligitur fœminæ jus in feudum ſuccedendi amplius datum. Cui autem ſuccedendi jus non competit, illi nec ſucceſſio competere dicitur, cũ ſucceſſio ſit effectus juris ſuccedendi. Præterea comprobat hanc concluſionem & illud, quod ſufficit conditionẽ ſemel, & quidem momento tantùm extitiſſe, ut aliquis jure excludatur, per text. in l. quod certatum 3. ubi Dd. C. de poſtum. hered. inſtit. Bart. & Dd. in l. ubi §. fin. ff. ad SC. Tertyll. Georg. Natta & alii in c. quamvis tit. de pact. in 6. Quapropter cum fœmina ad jus ſuc-*

*ſuccedendi in feudum ſub conditione vocata ſit, ſi maſculi deficiant, exiſtente maſculo tempore delatæ ſucceſſionis, confeſtim expirat, eius ſiquidem conditione exiſtente, ſub qua non datum quid dicitur, confeſtim etiam facta conceſſio evaneſcat, §. conditiones verſ. nam ſi ea, Inſtitut. de verb. obligat. cum ſimilibus.*

*Adhæc comprobat concluſionem noſtram & hoc argumentum. Quicunq; aliquo modo à ſucceſſione excluditur, is nulla ratione ad eam amplius admittitur l. ſi ponas 23. §. 1. ff. de inoffic. teſtamento, & facit l. 2. in princ. & §. 1. & 2. ff. de except. Sed fœmina à feudi ſucceſſione per maſculum remota, excludi dicitur per tex. in t. 104. §. item ſi quis eo tenore, ibi, fœminæ excludantur, in extraordin. capit. Fœmina igitur à feudi ſucceſſione ſemel per maſculum remota, amplius ad eam non admittitur.* 71

*Addo prædictis argumentis & illud efficaciſſimum & certiſſimum ex clauſula generali dict. t. 6. §. ult. lib. 1. feudor. petitum, ſi mortuo abſque liberis maſculo, per quem fœmina à feudi ſucceſſione fuit remota, feudum ad dominum revertitur: verè dicitur fœminam, per maſculum ſemel excluſam, cenſeri in perpetuum à ſucceſſione feudi remotam, ſed verum prius per textum in dict. tit. 6. §. ultim. lib. 1. feudor. quo loco Iuriſconſultus feudiſta,* his omnibus, *ait*, caſib. feudũ amittitur, & ad dominum revertitur. 72

*Præmiſit autem eo loco proximè Iuriſconſultus duos potiſſimum caſus. Vnum, quo fœmina per maſculum à feudi ſucceſſione fuit excluſa, ipſo poſtmodum ſine liberis mortuo: Alterum quo Vaſallus, qui unus adeſt, ideò, quod eſt natura mutus, ſuccedere in feudum non poteſt. Vtroque ergo caſu feudum ad dominum revertitur. Verum eſt igitur etiam poſterius, quod ſcilicet fœmina ſemel feudi, ſucceſſione excluſa, in perpetuum cenſeatur remota.*

*Hoc argumentum cum quidam contrariæ opinionis defenſor, Ioannes Niellius diſp. feudali 5. ad theſin 4. nervos habere videret, eò confugit, ut exiſtimaverit, compilatorũ vitio dictum §. quin etiam, alieno loco inter cauſas feudi amittendi fuiſſe collocatum. Sed putandum non eſt, compilatores juris feudorum, quicunque etiam illi ſint, adeò fuiſſe ineptos, ut ſæpè dictum §. quin etiam collocare eo voluerit loco, cum quo nihil planè commune haberet § ille.*

*Vt enim totus præcedens tit. 5. eſt de modis, quibus amittitur feudum, & amiſſum ad dominum revertitur: ita quoq; tot. ſequens tit. 6. eſt de caſibus, quibus feudum amittitur, & ad dominum revertitur. Vnus proponitur caſus in pr. & § 1. eiuſdem tituli: duo autem, ut dixi, in §. quin etiam & § ult. Primus caſus eſt, quo feudum non jure datum revertitur ad dominũ, ut quia Prælatus Eccleſiæ in feudum res Eccleſiæ dedit, quæ*

*ante-*

*antiquitus dari in feudum ſolita non ſunt. Alter eſt, quo ſine liberis decedit Vaſallus, per quem fœmina prius fuit excluſa. Tertius caſus eſt, quo Vaſallus, quod natura mutus eſt, feudum retinere non poteſt. Quia igitur his caſibus omnib. feudum amittitur, & ad dominum revertitur, idq́ probè intellexerunt compilatores, cōmodo certè loco ſubiicitur in fine eiuſdem tituli clauſula hæc generalis.* Et his caſibus omnib. feudum amittitur, & ad dominum revertitur. *Cùm autem feudum tribus etiam hiſce caſibus ad dominum revertatur, dici non poteſt, quod fœmina per maſculum priùs excluſa, eo mortuo, ad feudi ſucceſſionem in locum maſculi admittatur.*

*Atq; hæc ex ordine prolata argumenta tanti ſunt momenti, ut ſola præclarè confirment communem quam defendimus ſententiam. Sed adiiciamus iiſdē etiam rationes, quib. Dd. in corroborāda cōmuni hac opinione utūtur. Ius, aiūnt, ſemel extinctum, amplius nō reviviſcit, l. 3. §. ſi capitis. verſ. etiamſi omiſerit ff. de bonis libertor. l. ſed ſi meis, 26. §. arbor. ff. de adquir. rerum dom. l. in tantum 6. §. ſemel ff. de rerum diviſ. l. inter ſtipulantem 83. §. ſacram ff. de verb. oblig. Sed jus ſuccedendi in feudum pacto inveſtituræ datum etiam fœminæ extingui affirmant, ſi maſculus cum fœmina cōcurrat, & hæc per illius ſucceſſionē feudo excludatur, proindeq; jus illud mortuo poſtmodum eodem maſculo non reviviſcere ipſi*

 *fœmi-*

*fœminæ concludunt. Aſſumptionem huius ſyllogiſmi licet neget, Hartman. Piſtoris d. quæſt.36. num.28. & eam falſam dicat Dominus Vulteius lib.1. de feudis cap.9. n.55. verſ. non etiam obſtat ſecundum: eam tamen veriſſimam eſſe teſtantur ſuperiora argumenta, & maximè illud, quod eſt in ordine ultimũ, ex quo evincitur, falſum eſſe, quod dicto loco affirmat Dominus Vulteius, jus illud ſuſpẽſum magis intelligi ratione effectus ſui, quam ut omninò ſit extinctum. Quod idem probare intendit Hartman. Piſtoris d. qu.36. nu.28. hoc exemplo, quo Vaſallus aliquis duos poſt ſe reliquit filios, quorum alter deceſſit relicto filio primi adquirentis nepote. Hic, ait, etſi propter nepotem frater non poſſit ſuccedere fratri defuncto, nemo tamen propterea dixerit, jus ipſius eſſe extinctum, ut propterea, defuncto deinde nepote, minus ipſi ſuccedere queat. Verùm reſponderi poteſt Hartmanno, exemplum hoc planè diſſimile eſſe, fœmina enim ſub conditione, & in defectũ maſculi, ut ſupra oſtendi, ad feudi ſucceſſionem vocatur, cum feudum pro maſculis & fœminis datur: Maſculis vero ſimpliciter & purè ſuccedendi in feudum jus defertur. Vnde licet maſculus cum alio gradu concurrat eodem: alter tamen per alterũ non excluditur, ſed ambo pariter ſuccedunt, tit.8. §.1. lib.1. feud. tit.50. lib.2. feud.*

*Nituntur & hac à ſimili ratione, Dd. communis opinionis tutores, quod fœmina vigore ſtatuti*

*per maſculum à ſucceſſione bonorũ ſemel remota, perpetuò excluſa dicatur, ut amplius ad ſucceſſionem venire prohibeatur, Bart. in l. ult. ff. ad S. C. Tertyll. Bald. in l. ſi quis poſthumos, 9. §. ſi filium, ff. de liber. & poſthum. & in l. poſthumus 6. in princ. ff. de inoffic. teſtamento. Franciſ. Aretin. conſil. 144. incip. viſo puncto. Alex. conſil. 43. incip. conſideratis vol. 3. Socin. conſil. 92. vol. 1. & conſil. 50. vol. 3. Dec. conſil. 309. Pariſ. conſil. 22. nu. 16. Andr. Geil. lib. 2. obſervat. 148. nu. 4. Ant. Peregrinus tract. de fideicommiſſ. artic. 27. nu. 17.*

*Ad hoc à ſimili argumentum reſpondet Dominus Vult. dict. cap. 9. nu. 45. verſ. in tertio autem argumento, diſſimilitudinem eſſe in argumento magnam, ſiquidem ſtatutum loquatur de caſu, quo certum eſt, quod excludat fœminam non tantùm à ſucceſſione, ſed etiam à ſucceſſionis cauſâ, hoc eſt, à jure ſuccedendi. Sed contra hanc reſponſionem replicamus, Dd. loqui de ſtatuto, quod ſimpliciter repellit fœminam exiſtente maſculo, nec inter ſucceſſionem, & jus ſuccedẽdi ullo verbo diſtinguit. Si nominatim diſtingueret eo modo ſtatutum, nihil opus fuiſſet quæſtionem de eo movere dubiam. Deinde quod jure feudorum fœmina, per maſculum ſemel repulſa, etiam à jure ſuccedendi in poſterum remota cenſeatur, præter alia communis opinionis argumenta noſtra ſupra adducta, cumprimis clariſſimè arguit*

*generalis illa clauſula in dict. tit. 6. §. ult. lib. 1. feud. ut quæ abundè oſtendit, quod mortuo maſculo, per quam fœmina fuit excluſa, feudum revertatur ad dominum. Si ad dominum revertitur feudum illud: certè fœmina etiam jus ſuccedendi in illud feudum penitus amiſit.*

*Hartmannus Piſtoris dict. quæſt. 36. nu. 29. ut hoc Dd. argumentum extenuet, alia utitur ratione, interpretes, ait, declarant eam regulam, quod fœmina ſtatuto ſemel excluſa, amplius non admittatur, ut licet per fratrem ſit repulſa à patris ſucceſſione: minimè tamen ſit remota à ſucceſſione eiuſdem fratris. Roman. Alex. Iaſ. & cæteri in l. 1. §. veteres de adquir. vel amitt. poſſ. atq; hinc ſimiliter concludit Piſtoris, quod licet filia propter maſculum patri in feudum ſuccedere non potuerit, nihilominus tamen eam defuncto deinde maſculo ad ſucceſſionem admittendam eſſe.*
74 *dam eſſe. At reſpondendum, eam Dd. declarationem capiendam eſſe de ſtatuto, quod non ſimpliciter, ſed temporalibus ſaltem verbis fœminam excludit, cuiuſmodi verba ſunt,* quoſque, donec, quandiu, quoad, *ut ſi dicat, ſtatutũ quouſq; maſculi extant, vel donec maſculi extant, quandiu maſculi extant, quoad maſculi extant. Hæc enim verba ex ſententia Dd. non ſunt perpetuò excluſiva filiarum, ſed eas quadantenus & temporaliter contemplatione maſculorum impediunt. Petrus Ancharan. conſil. 220. incip.*

cip. hæc quæſtio, & alii, quos refert & ſequitur Andreas Gail lib. 2. obſervat. practic. obſervat. 148. num. 4. Hotoman. conſil. 28. num. 7. & 8. Gabriel. Roman. lib. 6. concluſione 4. num. 9. ſimpliciter verò ſi excludantur ſtatuto propter maſculos fœminæ, decedente maſculo, per quem fœmina fuit excluſa, admitti amplius non poteſt ea fœmina, Gail poſt alios dict. obſer. 148. nu. 4.

Quod ſi verò exaudienda ſit limitatio hæc Dd. etiam de ſtatuto, quod ſimpliciter, maſculis extantibus, fœminas excludit; eam procedere dixerim in caſu tantùm, quo frater, per quem ſoror excluſa fuit, nullos ex ſua agnatione maſculos reliquit, qui vigore ſtatuti fœminæ præferendi ſint. Cùm enim ſtatuti finis ſit, ut familia & agnatio maſculorum opulentia eò honeſtius conſervetur, fine hoc ceſſante, meritò etiam ceſſabit effectus finis, excluſio ſcilicet fœminæ, per ea quæ longo ſtylo tradit Andreas Tiraquel. tractat. Reg. Ceſſante cauſa ceſſat effectus, limitat. 1. & Everhard. in Topic. legalib. in loco à ceſſatione rationis nu. 4.

Quod autem mortuo ſine prole Vaſallo feudum eius ſorori, antea excluſæ, non datur, ſed ad dominũ revertitur; in propoſito verò caſu mortuo ſine liberis fratre, allodiũ eius ſorori antea excluſæ, nõ fiſco cedit: diverſitatis cauſa in eo poſita eſt, quod

*quod feudum pro maſculis & fœminis datum, dominus hac tacita conditione & pacto illud fœminis quoq; dediſſe intelligitur, ſi maſculi deficiant, ut ſupra oſtendi. Vnde ſub contraria conditione, ſi extent maſculi tempore delatæ ſucceſſionis, fœminæ omnino non datum intelligitur feudum; ſiquidem conditionalis conceſſio, exiſtente conditione, ſub qua non datum aliquid intelligitur, penitus evaneſcat, l. 1. & 2. & tot. tit. C. de inſtitutionib. ſub conditione, & §. conditiones, ibi, ſi ea ita non ſunt, nihil valet ſtipulatio, Inſtit. de verbor. oblig. Statutum vero ſimpliciter excludens ſucceſſione fœminam maſculo exiſtente, ut ex eius finali cauſa cognoſcimus, privat quidem fœminam ſuccedendi jure, quamdiu maſculis in familia agnationis extat; at in caſum non exiſtentis maſculi in agnatione non privat eam. Quo facit etiam, quod allodialis hereditas adita ab herede, priorem conditionem & qualitatem amittit, cum patris hereditas allodialis à filio adita non amplius ſit hereditas, ſed filii patrimonium cenſeatur, l. ſed ſi plures 10. §. filio, ff. de Vulg. & pupill. ſubſtitut. Feudum verò ſui ſemper ſimile ſit, ad quemcunq; etiam ſucceſſorem pervenerit, cum beneficium primi concedentis, & adquirentis ad ſucceſſores pertineat, tit. 14. §. ſi capitanei, lib. 1. feudor, proindeq; à poſſeſſoribus in eo, diſpoſitio nulla fieri poſſit, ne quidem per ultimam voluntatem tit. 8 §. 1. lib. eod. feudor.*

Ad-

*Adducunt inſuper interpp. pro communi opinione, vulgatā regulam, qua dicitur, quod unum quodq; ad naturam ſuam facilè revertatur l. in tantùm 6. in princ. ff. de diviſ. rer. l. ſi unus 27. §. pactus ne peteret verſ. quoties enim. Vbi Iaſon, ff. de pactis. Ex qua regula concludunt, quod fœmina ſemel à feudi ſucceſſione excluſa, cenſeatur in perpetuum repulſa, eò quod feudi natura hæc ſit, ut ad eius ſucceſſionem fœminæ nō admittantur tit. 1. §. hoc autem & tit. §. filia verò, lib. 1. feudor. tit. 11. §. 1. verſ. filias verò, & tit. 50. lib. 2. feudor.*

*Ad hoc argumentum reſpondet Hartm. Piſtoris, dict. quæſt. 36. nu. 29. verſ. ad regulam etiam ultimo loco, & Herm. Vulteius, lib. 1. de feudis cap. 9. nu. 55. verſ. non etiam obſtat quartum &c. in quæſtionibus feudalib. inprimis reſpiciendum eſſe ad inveſtituræ tenorem ſive pactum, non ad naturam feudi. Quæ ſanè reſponſio, & meâ ſententiâ, argumento huic Dd. omne robur adimeret, niſi ex aliis firmioribus documentis (de quibus ſupra) conſtant certò, inveſtituræ pactum, quo maſculis & fœminis feudum datur, eam habere vim, ut fœmina per maſculū ſemel excluſa defuncto etiam eo maſculo, amplius ad feudi ſucceſſionem non admittatur. Quoniam autem pacti illius indubiè ea vis eſt, ut quinque priora abundè oſtendunt argumenta, rectè huc etiam confert communis illa regula.*

*Adhæc communi opinioni & hoc ponunt fundamentum interpp. feudorum, quod etiam maſculus, feudi regulariter capax, à feudi ſucceſſione ſemel excluſus, perpetuò excluſus cenſeatur; ut docent Cacheran. deciſ. Pedemont. 23. nu. 33. verſ. ſextò pro ſorore, & Menoch. conſil. 315. nu. 25. & conſil. 400. nu. 14. ſi autem perpetua illa excluſio, etiã in maſculis locum habet; quid mirũ: ſi eandem in fœminis obtinere dicamus? ſiquidem fœminæ regulariter nõ ſuccedant in feudis?*

*Hoc argum. non aliter minuere ſtudet Vult: d. c. 9. nu. 55. verſ. in poſtremò, quàm q affirmat; argumẽtum illud in excluſo procedere maſculo; ſed fœminam, quæ propter maſculũ non admittur, non omninò excludi à ſuccedendi jure, non admittitur, ait, ſed non excluditur fœmina per maſculũ. Verùm q fœmina ad feudi ſucceſſionẽ per maſculum non admiſſa, omninò etiam excluſa dicatur; argumentis comprobavi ſupra maniſeſtiſſimis. Ego ſi partes ſequerer eorum, qui communem oppugnant ſententiam noſtram, negarem enunciatum illud Dd. quo volunt, quod etiam maſculus ſemel excluſus, in poſterum etiam excluſus cenſeatur. Maſculorum enim etiam in feudis excluſionem haud eſſe perpetuam arguit clariſſimè textus in tit. 50. §. paternum autem, lib. 2. feud. Hinc licet Clericus, per clericatum ſuum, omninò excludatur à jure ſuccedendi in feudum, tit. 30. §. ult. lib. eod. feud. attamen ſi poſtea*

ſtea clericalem deſerat vitam, denuò recipit jus illud, ut ſi poſtmodum tempore delatæ ſucceſſionis homo ſecularis ſit, in idem ſuccedere poſſit feudũ, à quo prius propter clericatum excluſus fuit, ut docent Iacob. de Arditz. in Epit. feudor. cap. 79. Andr. de Iſer. Matth. de Afflict. & Hotoman. ad d. t. 30. lib. 2. feud. Frider. Schenck ad tit. 21. lib. eod. feud. & Sonſbek. in commentar. in uſus feudor. part. 12. num. 140. Hartm. Piſtoris, lib. 2. quæſt. jur. quæſt. 33. nu. 14. & Herman. Vult. dict. cap. 9. nu. 67. pag. 499. verſ. quod tamen ita intelligendum. Quod ſi etiam liber homo juris ſuccedendi in feudum capax, efficiatur ſervus, dubium eſt nullum, quin jus illud penitus & omninò amittat, cum ſervus quod ad jus civile attinet, pro nullo habeatur l. quod attinet, 32. ff. de reg. jur. atque etiam mortuo comparetur l. ſervitutem 209. ff. dict. tit. ſi tamen poſtmodùm in libertatem reducatur, jus illud ſuccedẽdi in feudum recuperat text. eſt in tit. 106. in extraord. capit. & facit l. ſi alienum 49. §. 1. ff. de hered. inſtituend. l. eum qui 104. ff. de condit. & demonſtr. & l. ſi deportati 7. in princ. ff. de legat. 3. ac ſentit ita etiam Hartm. Piſtor. lib. 2. quæſt. jur. quæſt. 32. nu. 41.

Momenta argumentorum, quib. fœminã per maſculum à feudi ſucceſſione ſemel excluſam etiam perpetuò repulſam cẽſeri firmiter cõprobatũ reor, hactenus ſtudioſè inſpexim⁹: ad q̃ cum acce- 79

*cedat & illud, quod iſthæc ſententia communis eſt, ut teſtantur poſt alios Andr. Geil. lib. 2. obſervat. 148. nu. 1. & Ludolph. Schrad. tractat. feud. part. 7. cap. 4. nu. 83. & agnoſcunt etiam contrariæ opinionis patroni Mynſing. cent. 5. obſer. 74. Hartm. Piſtoris, lib. 2. quæſt. juris quæſt. 36. nu. 1. Herm. Vulteius lib. 1. de feud. cap. 9. nu. 51. Petr. Heigius quæſt. 26. nu. 6. eò minus de hoc pronunciato noſtro dubitare quiſquam debet. Opinio enim illa verior præſumitur, quæ à maiori parte Dd. recipitur & approbatur l. 1. in princ. ibi, ſanè crebrior apud veteres opinio eſt, ff. de offic. quæſtoris l. 4. in princ. ibi. Et generaliter omnes opinantur, ff. de his qui not. infam. l. ita vulneratus 51. in princip. ibi, dicitur vulgo ad l. Aquil. l. quæſitum 12. §. ſed ſi fundus 27. ibi, quam ſententiam cottidiè increſcere & invaleſcere videmus, ff. de inſtruct. vel inſtrument. legat. atq; ita communiter ſentiunt Dd. quos refert & ſequitur Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 71. num. 2. Quò pertinet, quod communis Dd. opinio vim conſuetudinis obtinere dicitur, Bal. in c. ne imitaris extr. de conſtitut. Et quia communis hæc opinio melioribus & fortioribus corroborata eſt rationibus, quam altera paucorum, de quibus paulo poſt, meritò etiam prævalere debet, per text. in orat. de conceptione Digeſtor. §. ſed neq; & in l. quòd dicitur 5. §. penult. ff. de impenſis in res dotales fact. Menoch. poſt alios d. præſumpt. 71. n. 24.*

*Quin-*

*Quinetiam communis hæc Dd. ſententia ante annos quindecim maturo, pleno, graviſſimoq; Aſſeſſorum Cameræ Imperialis judicio comprobata eſt, Anno ſcilicet 1590. 22. Ianuarii, quo tempore Dominus feudi Elector Palatinus, contra filias nobilis viri VVilhelmi ab Haberen per fratres ſemel excluſas, defunctis poſtea ipſis fratribus ſine prole, ſuccedere volentes, victoriam reportavit, ut teſtatur Andr. Knichen tractat: de veſtiturarum pactionibus, cap. 3. nu. 23. 145. & 301. ac patet ex Camerali voto 21. ſub part. 1. Tomi 2. Votorum Cameræ Imperialis, opera Adriani Gylmanni editorum, quo voto in prædicta cauſa pro ipſo Domino contra prædictas filias deciſum fuit, & ſorores à fratribus antea excluſæ, in perpetuum remotæ pronunciantur. Proindeq; deciſioni huic, veluti in Auditorio Imperatoris latæ, à quo inferiorũ dependent judicia, in poſterum quoq; inhærendum, nec ab ea recedendum erit. Mandoſ. de Inhibitionibus quæſt. 72. nu. 21. & ſeq. Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 1. num. 27. facit enim jus quoad omnes compares l. ultim. ubi Dd. c. de legibus. Plotus in l. ſi quando 9. §. 1. num. 31. C. unde vi; ac conſequitur vim & effectum legis generalis; Matth. de Afflict. deciſ. Neapolit. 383. num. 8. Menoch. conſil. 973. num. 20. & ſeqq. Panciro-lus conſil. 1. num. 32. Hermann. Vulteius lib. 2. de feudis cap. 3. num. 9. in fin. Id quod maxime*

 *xime*

*ximè in ea procedit deciſione, quæ graviſſimis (ut hoc noſtro caſu) corroborata eſt argumentis, ſiquidem ea prævalere meritò debeat opinio, quæ melioribus & validioribus communita reperitur rationibus, ut poſt alios ſcribit Menoch. dict. lib. 2. præſumpt. 71. num. 24. & arguit text. in dict. orat. de conceptione Digeſtor. §. ſexto.*

76 *Sed videamus cujus ſint ponderis argumenta partis adverſæ. Illud omnium efficaciſſimum videtur, quod Hartman. Piſtoris dict. quæſt. 36. nu. 12. & eum ſecuti Hermannus Vulteius dict. cap. 9. nu. 53. pag. 446. verſ. nullus autem eſt textus, & Petr. Heigius quæſt. 26. nu. 11. part. 1. à lege ceſſante depromunt. Iure noſtro feudali, aiunt, nuſquam diſpoſitum reperitur, fœminam, quæ ex pacto ad ſucceſſionē feudi vocata, & propter maſculum excluſa fuit, ita ſucceſſionis jure privari, ut defuncto maſculo amplius ad id aſpirare non poſſit, ſed feudum potius ad dominum revertatur. Non igitur ſine juris authoritate temerè aſſeverandum erit, cum & ipſemet Imperator ſine lege loqui erubeſcat. Novell. 18. de triente & ſemiſſe cap. 5. in pr. conſonat. textus in l. illam 19. ibi, eò, quod nulla conſtitutio Cod. de collationibus & in l. diſſentientis 5. ibi, nulla juris præcipit conſtitutio Cod. de repudiis.*

*Hoc argumentum facilè tolli poteſt inficia-*

*tione*

*tione ſive negatione antecedentis. Communem enim opinionem diſertè probat textus clariſſim9 in dict. tit. 6. §. quin etiam junct. §. ult. lib. 1. feudor. ut ſolidè ac nervosè oſtendi ſupra, ubi ex proprietate adverbii* Vlterius, *& clauſula illa in fine adiecta manifeſtè docui, quod fœmina, per maſculũ feudi ſucceſſione ſemel remota, in perpetuum cenſeatur repulſa, ut licet poſtea ſine prole maſculus ille decedat, ipſa tamen denuò ad feudi ſucceſſionem non admittatur.*

*Quam ſententiam idem locus hoc ipſo quoque probat apertè, quod Iuriſconſultus feudiſta utitur, ibidem particula* qnin etiam, *quæ dictio ut & Vocula* quinimo *ampliativa eſt, ſive augmentativa, auget enim & ampliat diſpoſitionem, eamq́; extendit in caſu, quo ſi non fuiſſet expreſſum, aliud foret decidendum §. quinimò Inſtit. de milit. teſtamento l. generaliter 24. §. ultim. verſ. quinimò, ff. de fideicommiſſ. libert. l. plures 27. ff de damn. infect. gloſſ. & Iaſon in l. Iuriſgentium 7. §. quinimo, num. 10. ff. de pact. Alciat. conſil. 15. num. 4. lib. 8. Quò accedit, quod & ſimplex dictio* Etiam, *ampliativa eſt, & ſua natura implicat caſum magis dubium, eumq́; ſimiliter decidit Tyber. Decian. reſp. 46. num. 118. vol. 2. Ioannes Cephall. conſil. 68. numer. 9. lib. 1. Pariſ. conſil. 46. quoniam, num. 30. & 31. libro quarto. Roland. à Valle conſil. 27. num. 19. vol. 4. Menoch. poſt alios* 77

*conſil. 233. nu. 5. conſil. 277. num. 55. conſil. 281. num. 14. conſil. 289. num. 24. lib. 3. conſil. 392. num. 9. conſil. 331. num. 7. & conſil. 336. nu. 17. lib. 4. Caſus autem qui præcedit dictum §. quin etiam, eſt de feudo quod jure datum non eſt, proindeq; ad dominum invertitur. Eſt igitur & ſequens ille in dict. §. quin etiam propoſitus caſus de fendo, quod ad dominum revertitur.*

*Videri quidem potuiſſet in eo §. caſus propoſitus eiuſmodi eſſe, quo feudum non ad dominum reverti, ſed ad fœminam antea per maſculum excluſam pertinere debuerit, ſiquidem fœmina inveſtituræ pacto non minus vocata fuerit, atq; maſculus, nec impediatur amplius per ullius maſculi exiſtentiam. Verùm hac ratione non obſtante deciditur in §. quin etiam hanc fœminam ulterius, id eſt, in poſterum quoq; ad feudi ſucceſſionem non admitti, ſed feudum illud ad dominum reverti.*

*Adhæc in eodem §. quin etiam contra adverſæ partis opinionẽ militat proprietas, & vis verborum relicto maſculo: quæ voces, cum duo ſint ablativi abſoluti, conditionem deſignant hanc, ſi maſculus ſit relictus, per ea quæ ſupra de his ablativis docui, conditionis autem natura hæc eſt, ut ea exiſtente penitus evaneſcat, quod ipſa diſpoſitione conceſſum fuerat, nec amplius poſtmodum reviviſcat l. qui res 98. §. aream 8. ff. de ſo-*

*de ſolut.§. conditiones verſ. nam ſi ea Inſtitut. de verb. obligat. Can. quæ res. diſtinct. 4.*

*Et ſane admodum dictu abſurdum eſt & ineptum, quod opinantur, & affirmant, defenſores quidam opinionis contrariæ, ſenſum dict. §. quinetiam, hunc eſſe, quod fœminæ ad feudi quoque ſucceſſionem pacto inveſtituræ vocatæ, non admittantur ad feudum, quamdiu maſculus illud ſucceſſione adquiſitum, poſſidet. Quum enim omnis quæſtio de caſu dubio ſit, arg. l. Quod Labeo 9. ff. de Carboniano edict. nullam autē dubitationem recipiat extante maſculo, feudum poſſidente, fœminam non admitti, certè intellectus ille idoneus & textui conveniens exiſtimari non debet. Accedit, quod ( ut & ſupra dixi ) adverbium* Vlterius, *cum effectu, & ſingulari myſterio operandi poſitum meritò cenſetur, in dict. §. quinetiam, ſiquidem nullum diſpoſitionis verbum ocioſum eſſe debeat. Quod ſi feudiſta eo feudali placito illud tantùm ſenſiſſet, fœminas ad feudi ſucceſſionem pacto inveſtituræ etiam vocatas, dum maſculi adſint, non admitti, poſtea verò defuncto ſine prole maſculo, jure eas ſuccedere; ſuffeciſſet decidendo ſimpliciter dicere,* fœminæ non admittuntur, *nec opus fuiſſet addere ulterius. Cùm autem ea particula adpoſita ſit ipſi deciſioni, & quidem ſubnexa negatione, ad quodcunq; tempus etiam futurum referri debet, ut oſtendi ſupra.*

*Præterea certum eſt, quod textus §. illius, agat de caſu non admiſſionis fœminarum, quocirca exaudiendus eſt, vel de tempore, quo pater Vaſallus moritur, & in feudum jam ſuccedendum eſt: vel de tempore, quo filius in feudum paternum ſucceſſit: vel de futuro poſtmodum tempore. De primo illo tempore malè duntaxat intelligitur, cum feudorum communis natura ea ſit, ut maſculi fœminis in feudo præferantur. Prius verò explicatur de medio tempore, quo ſc. maſculus ille adhuc vivit & jam poſſidet feudum, ſiquidem maſculus feudi poſſeſſor mulieri feudo cedere, haud cogi poſſit. Optimè ergò accipitur textus ille de poſtremo tempore, quo maſculus feudi poſſeſſor moritur, quod ſcilicet nec eo tempore amplius admittantur fœminæ, quæ propter maſculum antea admitti non potuerunt.*

*Deniq; confirmat hāc interpretationem & illud, quod Iuriſconſultus in dict. §. quin etiam, utitur cum negatione præſentis temporis verbo,* non admittuntur, *ex quo evincitur, quod fœminæ maſculo exiſtente, ipſo jure à ſucceſſione feudi confeſtim repellantur, ſi ipſo jure, poſtmodum in caſu decedentis ſine prole illius maſculi, amplius admitti non poſſunt, niſi juris expreſſi beneficio oſtendantur denuò admiſſæ, quod jus in feudorum libris nuſquam expreſſum reor.*

Eſt

*Eſt ergo textus huius §. quinetiam, minimè obſcurus, ſed clariſſimus, ex quo ſolidum communi opinioni fundamentum ponimus. Ei quoq; adiungimus textum, in dict. tit. 17. & tit. 18. lib. 2. feudor. ubi licet non æquè verbis expreſſis diſponatur, quod fœmina per maſculum ſemel remota à feudi ſucceſſione in perpetuum ſit excluſa, attamen per verba idem importantia ſatis exprimitur, cum oſtendat eo loco Iuriſconſultus, quod fœmina quæ pacto inveſtituræ ad feudi ſucceſſionem vocatur in defectum maſculorum, atque ita ſub conditione vocari intelligatur, proindeq; in caſum exiſtentis maſculi non vocata cenſeatur, ſiquidem paria ſint non vocari, vel vocari ſub conditione purificata & extincta, argumento l. cedere diem 213. ff. de verb. ſign. §. conditiones verſ. nam ſi ea, Inſtit. de verb. oblig. & docui ſupra latius. Expreſſum autem & illud dicitur, quod verbis ſua natura idem importantibus proponitur l. nominis & rei 6. §. verbum ex legibus, ff. de verborum ſignif. l. prætor 20. ibi, Bartol. num. 2. ff. de novi oper. nunciat. Ang. in Auth. ſed cum teſtator, numer. 2. Cod. ad l. Falcidiam Menoch. conſil. 235. numero 41. lib. 3. & tantùm de primo contrariæ ſententiæ argumento.*

*Alterum depromitur ex tit. 8. §. filia verò lib. 1. feudor. ubi Iuriſconſultus feudiſta,* tunc enim, *ait,* ſuccedit filia, filiis nõ extantib. *Ex hoc textu* 78

poſt Martinum Laudenſem, & alios, Hartmannus Piſtoris dict. quæſt. 36. nu. 15. verſ. Quartò reaſſumendo, & Petr. Heigius quæſt. 26. nu. 18. part. 1. concludunt, mortuo ſine liberis maſculo, per quem antea fuit repulſa fœmina, denuò jus ſuccedendi in feudum ipſi fœminæ competere, cum textus dicat, filiis non extantibus, & non extare dicantur filii etiam tunc, quando maſculus, per quem fœmina fuit remota, poſtmodum ſine prole decedit. Verùm concluſio hæc malè extruitur, ex eo loco. Tùm quia Iuriſconſultus ſpecialiter agit de caſu, quo deceſſit pater, qui primus feudum inveſtiturâ adquiſivit novâ, ut arguunt verba hæc: niſi inveſtitura fuerit facta in patre, junctis præcedentib. & ſequentibus verbis, filia verò; Item & filiæ ſuccedant, proindeq́ non temerè in correctionem textus dict. §. quin etiam, extendi debet ad eum caſum, quo filia prius remota fuit per filiū, qui poſtea ſine li-
79 beris extremum vitæ ſpiritum edidit: Tùm† etiam quia iſthæc verba, filiis non extantibus, ſunt duo ablativi abſoluti, qui conditionem inducunt, vel reſolvi in conditionē debent, ut & ſupra oſtendi, ac patet ex l. ſi debitor 4. §. ſi in venditione, ibi, niſi ſalva cauſa pignoris ſui conſenſit vel venditioni, vel cæteris, ff. quibus mod. pign. vel hypothec. ſolvitur, l. debitor 59. in princip. ff. ad S. C. Trebell. l. ſi paterfamil. 40. ibi, vel mutata conditione, ff. de hæredibus inſtit. e-

victis

*evictis agris 18. ff. de uſuris l. fideicommiſſa 11. §. cum eſſet, ibi, accepta certa quantitate ff. de legat. 3. l. acceptis 93. l. ſi heres 90. in princ. ibi, accepta certa pecunia, ff. ad l. Falcid. l. 2. §. fin. ibi, matre prohibita, ff. ad SC. Tertyll. Quinimò abſolutus ablativus maiorem vim habet, quam qualibet alia conditio, cum diſpoſitionis vim obtineat, Bart. in d. l. fideicommiſſa §. cum eſſet ff. de legat. 3. & æquè conditionem ſignificat, ſicuti conjunctio Si, Bart. in l. 1. quæſt. 7. ff. de condit. & demonſtr. ac magis accedit ad diſpoſitionem, quam alia quævis conditio expreſſa, Caſtrenſ. in l. in ratione 30. §. penult. ff. ad l. Falcid. Iaſon in Rubric. ff. ſolut. matrim. in 2. lectur. Ruin. conſil. 134. col. 3. & conſil. 141. lib. 3. Alciat. in l. cum quærebatur 240. ad fin. ff. de verb. ſignif. Tyber. Decian. conſil. 41. num. 48. lib. 1. & conſil. 44. num. 58. lib. 3. & denique formam hi ablativi inducunt Dd. in c. de appellationib. ext. de appell. Bald. in Auth. mari & avus C. quando mulier tutelæ offic. fungi poteſt, Decian. conſil. 73. nu. 27. lib. 2. Conditionis autem natura ea eſt, ut ea ſemel exiſtente & purificata, diſpoſitio planè evaneſcat, ut ante oſtendi: Tùm poſtremò quia cum certum ſit quod text. d. §. filia verò, de eo ſolùm caſu loquatur, quo primus adquirens pater decedit, extante ex eo filio & filia, proindeq́; decidatur tantum filiam non ſuccedere, eo quod maſculus extet, alius autem controverſus caſus noſter,*

*quo moriente ſine liberis maſculo, ſola adeſt fœmina per eundem maſculũ prius repulſa, ne ullo quidem verbo attingatur, nihil certè ad decidendum hunc ambiguum caſum locus ille pertinet, uti quoq; ibidem Præpoſitus reſpondere videtur.*

80 *Neque ullum facit negocium, in eodem §. particula* Tunc, *quam urget Petr. Heigius d. quæſt. 26. num. 18. Etſi enim dictio iſthæc* Tunc, *extremitatem temporis ſignificet, & ad mortis tempus referatur, l. penult. ff. de teſt. tutel. ſuaq; vi præſentis temporis verbum, ad futurum etiam protrahat, Bart. in l. ſi ita, 7. nu. 1. ff. de auro & arg. leg. attamen vim quoq; reſtrictivam habet, ac reſtringit diſpoſitionem ad caſum duntaxat expreſſum l. 4. §. ult. ff. de condit. & demonſt. l. huiuſmodi 64. ff. de verb. oblig. l. in ſubſtitutione 31. in fin. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. l. uxori uſumfructum 35. ubi Bart. ff. de uſufr. legat. Tyber. Decian. Reſp. 1. n. 23. & ſeq. & nu. 192. conſil. 10. nu. 20. & 21. Menoch. conſil. 52. num. 168. lib. 1. & conſ. 152. num. 41. lib. 2. Cùm ergo in dict. §. filia verò, expreſſus ſit caſus ille tantùm, quo Vaſallo decedente, ex eo maſculus & fœmina ſimul adſunt, convenit ut ad eum ſaltem caſum particula illa* tunc, *referatur.*

81 *Adiiciunt tertiò argumentum ex tit. 17. de eo, qui ſibi vel hered. ſuis lib. 2. feudor. ubi generaliter rationis loco ſcribitur, non patere locum fœminæ in feudi ſucceſſione, donec maſculus ſupereſt*

*pereſt ex eo, qui primus de feudo fuit inveſtitus. Hanc rationem, aiunt, ipſa deciſione generaliorem eſſe oportet, & regularum proindeque non tantùm in facti ſpecie ibi propoſita, ſed in omni quoque alio caſu obtinere, maximè cum dictionis,* Donec, *ea ſit natura, ut actum cui adjungitur, non penitus removeat, ſed tantùm ſuſpendat, ita ſentiunt poſt Laudenſem & alios, Hartmannus Piſtoris dict. quæſt. 36. numer. 17. Herman. Vultei. lib. 1. de feud. cap. 9. num. 53. pag. 453. & Petrus Heigius dict. quæſtion. 26. numer. 13.*

*Ad hoc argumentum reſpondent communis opinionis defenſores dupliciter. Primò dicunt, ex obiecto illo textu, dict. tit. 17. nihil certi ad infringendam opinionem communem, propter varios & diverſos intellectus deſumi poſſe, cum incertum & dubium per æquè incertum & dubium probari nequeat. Deinde admittunt contrariam illam opinionem in caſu, quo ad feudi ſucceſſionem, & maſculi & fœminæ vocatæ ſunt hac inveſtituræ forma, ut donec maſculi adſunt, fœminæ non ſuccedant, de quo caſu textum in dict. titul. 17. loqui affirmant. Ita reſpondetur ad hoc argumentum in voto Camerali 21. num. 32. 46. 50. & 51. tùm etiam ab Andrea Knichen tractat. de veſtiturarum pactionibus cap. 3. num. 100. & ſeqq.*

*Quidam verò alii, inter quos eſt Ferrarius* 82

*Mon-*

*Montanus tract. de feud. lib. 8. cap. 8. & Fachin. lib. 7. controverſiar. jur. cap. 45. verſ. ſecundum argumentum, accipiunt in dict. tit. 17. particulam* Donec, *ea in ſignificatione qua reperitur poſita in literis ſacris Matth. cap. 1. verſ. 25. & lib. 2. Samuel. c. 6. verſ. 23. ubi dictio* Donec, *de futuro tempore negat.*

*Atqui reſponſionibus hiſce non inhærendum, ſed quid certius depromendum reor, atque illud dico, quia in dict. tit. 17. ut initium abundè arguit, non eſt propoſitus caſus, quo inveſtituræ formula contineat dictionem* Donec; *in ſubiecta ratione illa, in verſ. non enim patet &c. proprietatem vocis illius præcipuè ſpectandam non eſſe, cum etiam veriſimile non ſit, compilatores juris feudorum, qui vix uſitatam tunc temporis inter doctos latinam linguam noverunt, ut ſcribit etiã Hotomannus in d. §. quin etiam tit. 6. lib. 1. feudor. admodum advertiſſe ad naturam & proprietatem particulæ illius. Reſpicit ergo Iuriſconſultus feudiſta in adjuncta illa deciſionis cauſa, ſolummodò ad feudi naturam, quod pro maſculis & fœminis datum eſt, quæ feudi illius proprietas & natura eſt, ut ſi & maſculus & fœmina tempore delatæ ſucceſſionis in feudum ſimul adſint, fœminæ locus non pateat in feudi ſucceſſione, & vocula illa* Donec *duntaxat referatur ad caſum delatæ ſucceſſionis, & quidem omnem eiuſmodi caſum: atq; hoc ſenſu intelligenda ſit, quod fœmina*

*fœmina non admittatur ad feudi ſucceſſionem, quocunque etiam gradu cum maſculo concurrat, hoc eſt, ſive concurrat gradu primo, ut quo pater primus Vaſallus decedit; ſive gradu ſecundo, ut quo moritur primi adquirentis filius, & cum eo fœmina concurrit: ſive remotiori aliquo concurrat gradu. De huiuſmodi enim ſucceſſionis gradibus nominatim agitur in eo titulo. Eſt quidem, non inficior, adverbium temporis dictio illa* Donec, *verùm quod vim habet limitativam, Pariſ. conſil. 25. num. 16. lib. 2. Menoch. conſil. 151. num. 49. lib. 2. & diſpoſitonem facit conditionalem l. ſi quis 9. §. ſi oleum 3. ff. de dolo, Tyber. Decianus poſt alios quos citat conſil. 9. n. 18. volum. 3. proindeq́ diſpoſitionem reſtringit, quæ reſtrictio intelligenda ſecundùm ſubjectam materiam, & rei, de qua agitur, naturam, cui conſequens eſt, voculam illam limitandam eſſe, & reſtringendam ad tempus ſolùm delatæ ſucceſſionis, quo cum maſculo fœmina concurrit, maximè cum de eo ſolùm tempore, & caſu propoſita ſit quæſtio illius tituli.*

*Deinde contra opinionem communem argumentantur quidam ex tit. 18. de duobus fratrib. à capit. inveſtit. lib. 2. feud. hoc modo: Vnuſquiſque ſuis potius heredibus puta liberis, quàm extraneo, contrahendo & paciſcendo proſpexiſſe cenſetur, per textum loco proximè citato: Ergò pater adquirendo feudum pro maſculis & fœminis, pa-* 83

nis, potius filiæ ſuæ quàm ipſimet domino proſpicere voluiſſe exiſtimandus eſt. Et per conſequens intelligitur pater iſthac inveſtituræ forma voluiſſe, ut decedente poſtmodum ſine liberis filio, ſuccederet ei in feudum filia eius ſoror. Sed reſpondendum quod pater quidem prædicta inveſtituræ forma proſpexerit non filiis tantùm, ſed & filiabus, verùm juxta naturam feudorum, ſiquidem contrahentes legibus ſe conformare videantur l. nec enim 6. ff. de ſolut. l. cum quid 3. ff. de rebus credit. Cùm ergò feudorum natura hæc ſit, ut exiſtente filio non admittatur filia, quæ inveſtituræ pacto conjunctim cum maſculis vocata fuit, filio verò deficiente locus pateat in feudi ſucceſſione ipſi filiæ, dict. titul. 6. §. quin etiam & titul. 8. §. filia. libr. 1. feudorum. Non intelligitur parens proſpexiſſe & conſuluiſſe filiabus etiam in caſum, quo decedit maſculus, per quem antea fuit remota fœmina, eò quod fœminæ cum maſculis conjunctim vocatæ ſub conditione, ſi maſculi deficiant, vocatæ cenſeantur, ut aperui ſupra: certè maſculo exiſtente ſucceſſionis delatæ tempore, atque ita conditione deficiente, fœminarum vocatio prorſus evaneſcit, nec amplius reviviſcit, dict. leg. qui res 98. §. aream 8. ff. de ſolut. c. quæ res diſtinct. 4. & §. conditiones verſ. nam ſi ea Inſtitut. de verborum obligationib. Deficiente enim conditione perinde eſt, ac ſi diſpoſitio facta non fuiſſet, l. pecuniam

caniam quam 36. ff. de rebus credit. l. neceſſariò §. quod ſi pendente 8. ff. de pericul. & commod. rei vendit. & paria ſunt nihil fieri vel fieri ſub conditione, quæ non purificetur, cum natura conditionis ſit, ut prius impleatur, quàm effectus aut aliquod emolumentum ex ea ſequatur, per jura jam citata, & text. in l. ſi poſt diem 5. §. ſed ſi, ff. quando dies legatorum vel fideicommiſſorum libert. Cephal. conſil. 269. numero vigeſimo tertio, libr. ſecund. Rolandus à Valle, conſil. 59. numer. 8. volum. 3. Item conditio habetur pro cauſa, deficiente igitur conditione, ut ſi maſculus tempore delatæ ſucceſſionis adſit, deficit quoque cauſæ effectus, ſcilicet vocatio & jus ſuccedendi in feudum fœminæ pacto inveſtiturali datum, per tradita Felini in c. ſi cautio numero decimo ſexto, extr. de fide inſtrument. Et certè enunciatum illud. Unuſquiſque ſibi ſuiſque heredibus videtur proſpexiſſe, in dict. tit. 18. libro ſecundo feudorum, intelligendum eſt ſecundùm quæſtionem ibi propoſitam, quæ eſt de caſu, quo duo fratres de feudo novo ſimul inveſtiti ſunt hoc pacto, ut deficientibus maſculis fœminæ feudum habeant. Horum fratrum unus ſi decedat, poſtea nullo maſculo, ſed filia tantùm relicta, non frater decedenti fratri, ſed filia eius in feudum ſuccedit, cum pater filiæ potius, quam fratri eo inveſtituræ pacto proſpexiſſe videatur.

Adhæc

84 *Adhæc communi opinioni hoc quoque objectant argumentum, Sonſbeck. in Commentar. in uſus feudor. part. 9, num. 134. Hartman. Piſtoris dict. quæſt. 36. num. 22. VVeſemb. tract. de feud. cap. 6. num. 23. & alii, alibi: ea ſemper tenenda eſt ſententia, quæ diſponentis voluntati magis eſt conſentanea, l. in ambiguis orationibus, 96. ff. de reg. jur. l. ſi quis intentione 66. ff. de judic. & pro expreſſo, & diſpoſito id ſemper eſt habendum, quod quis interrogatus veriſimiliter reſpondiſſet, gl. in l. tale pactum 40. §. ult. in verb. per exceptionem, ff. de pactis.*

*Sed cum pater feudum adquirit ea inveſtitura, quæ maſculorum & fœminarum habet conjunctam mentionem, in ea eſt procul dubio voluntate, ut filiis etiam poſt ſucceſſionem in feudum mortuis, filiabus in feudi ſucceſſione locus pateat, cum pater ratione pietatis, cenſeatur liberos ſuos extraneo anteponere voluiſſe, l. cum avus 102. ff. de condit. & demonſtrat. l. cum acutiſſimi 30. C. de fideicommiſſ. l. generaliter 6. C. de inſtitut. & ſubſtitut. Sed hoc argumentum rectè hunc in modum diluitur. Pactum inveſtituræ non ſolius adquirentis Vaſalli voluntas eſt, ſed & domini concedentis; cum pactum ſit duorum vel plurium in idem placitum conſenſus l. 1. §. 2. ff. de pactis l. 3. in princip. ff. de pollicitat. Non ergò ſpectandum duntaxat, quid Vaſallus primus adquirens ſenſerit, ſed & quid animi habuerit,*

*buerit dominus concedens. Quapropter cum nullius expreſſa ſit voluntas, intelligi utriuſque debet mens, ſecundum feudorum uſitatam naturam de qua jam dixi.*

*Præterea Hartman. Piſtoris dict. quæſt. 36. num. 18. 19. & 20. contra perpetuam fœminæ excluſionem hunc in modum ratiocinatur: Etſi maſculus remotioris gradus jam ante excluſus ſit à feudo per alium maſculum in gradu proximiore conſtitutum, attamen ex voluntate concedentis & primi adquirentis, ſuccedit in idem feudum, deficiente poſtmodum maſculo, à quo prius fuerat ſubmotus. Ergò & fœmina, licet ſemel per maſculum ſit excluſa, eo tamen poſtea deficiente, ad eiuſdem feudi ſucceſſionem eſt admittenda. Verum & hoc argumentum exigui ponderis eſſe judico. Antecedens enim propoſiti Enthymematis à ſcitis feudalibus planè alienum puto; tum quia maſculus à primo adquirente deſcendens, remotioris gradus qui eſt, nunquam in feudorum jure excludi dicitur, per eum maſculum, qui proximiore in gradu exiſtit, & propterea in feudum ſuccedit: Et certè non niſi ineptè excludi diceretur, cui nondum jus ſuccedendi eſt delatum, ob id, quod in gradu remotiori conſtitutus eſt, ſuperſtite enim filio, nepoti ex eodem non competit in hereditatem avitam ſucceſſio, titul. 11. §. 1. & titul. 50. libr. ſecund. feudorum: tum etiam; quia defi-* 85

Oo cere

*ſicere non dicitur ille, qui poſteaquam in feudum ſucceſſit, poſtmodum è vita diſcedit, cum ille dicatur deficere in ſucceſſionis materia, qui non ſuccedit, vel quòd ſuccedere non poteſt, vel jus ſuccedendi repudiat, ut ſupra docui. Ex falſo igitur antecedente, conſequens verum produci nequit.*

86 *Eodem loco Hartmannus tale etiam argumentum pro fœmina adferre videtur: Quocunque gradu maſculus exiſtit, fœminæ præfertur t. 17. & tit. 51. §. ſimiliter, libr. ſecund. feudorum. Ergò à contrario, quocunque etiam gradu deficit maſculus, ſuccedit in feudum fœmina, & per conſequens, decedente ſine filiis maſculo, fœmina per eundem prius remota feudum ſuccedit. At huius argumenti refutatio ex Logicorum regula peti poteſt, plus eſt in concluſione, quàm fuit in præmiſſis. Præmiſſæ agunt de maſculo deficiente, ſed concluſioni aſſuta appendix eſt de maſculo, qui non deficit, ſed ſucceſſit in feudum.*

87 *Vlterius pro fœmina prius per maſculum ſubmota, fortiter militare videtur & hoc argumentum: Quanquam deficere non dicatur maſculus, qui ſuccedit in feudum: attamen ſi eo mortuo, nullus extet amplius ex primo adquirente maſculus, rectè hoc caſu deficere dicitur maſculus, proindeq́ hoc caſu ad feudi ſucceſſionem admittenda eſt fœmina, quantumvis antea fuerit per*

*per defunctum Vaſallum excluſa. Verùm & huius argumenti probè conſiderati vis eſt exigua. Tùm quia placita feudorùm omnia, quæ fœminam in locum deficientis maſculi admittunt, eam ſolùm vocant fœminam, quæ antea non fuit unquam per maſculum ſubmota: Tùm quia fœmina pacto inveſtituræ cum maſculo conjunctim vocata, jure ſubſtitutionis in locum deficientis maſculi vocata cenſetur, ſuccedente ergò maſculo, per eundem fœmina in perpetuum ſubſtitutionis jure excluſa rectè dicitur, ut poſtmodum eodem maſculo decedente, amplius ex natura ſubſtitutionis ſuccedere non poſſit: Tûm etiam, quia abſurdum omninò videtur, ut fœmina, quæ patri ſuo ſuccedere prius non potuit, ut filia propter fratrem ſuccedentem, nunc ut collateralis fratri eidem ſuccedat, ſiquidem favorabilior ſit, proindeq́; prior liberorum, quam collateralium ſucceſſio. Non quidem ignoro, quod filius, qui tempore eſt excluſus à bonorum poſſeſſione unde liberi, petere poſſit bonorum poſſeſſionem unde legitimi, l. 1. §. ſed videndum eſt 11. ff. de ſucceſſorum edict. l. 4. §. 1. ff. quis ordo in bonorum poſſeſſione ſervetur & l. ſecund. in princip. ff. unde legitimi. Verùm diſſimilitudo in eo conſtitit, quod filius ſuccedere, & bonorum poſſeſſionem agnoſcere potuit, ex capite unde liberi: at filia extante maſculo cũ eodem feudum ſuccedere nequit. Tùm poſtremò*

*quia pacta ſtricti juris ſunt, l. ſi unus 27. §. pacta quæ, 4. verſ. ante omnia, ubi Doctores ff. de pactis. titul. 1. §. & quia vidimus, & §. ſequent. libr. prim. feudorum, proindeque pactum inveſtituræ, quo conjunctim cum maſculo fœmina ad feudi ſucceſſionem vocatur, ſtrictè accipiendum eſt de caſu tantùm primò, quo ſcilicet, Vaſallo defuncto; fœmina ex primo adquirente ſola adeſt, nec ullus cum ea maſculus concurrit, non etiam de caſu altero, quo decedente maſculo ſola extat fœmina per maſculum prius ſubmota.*

*Et pertinet hûc, quod ea, quæ ſtricti juris ſunt, ſufficit in minimo effectum habere, ſecundùm Archidiaconum in cap. 2. tit. de filiis Preſbyterorum in 6. & Antonius de Butr. in c. at ſi Clerici, §. de adulteriis, colum. 3. extr. de judiciis. Andreas Knichen de veſtiturarum pactionibus cap. 2. num. 103. Confert eodem, quod pacta ambigua ſtrictè interpretamur contra eum, pro quo adjecta ſunt contractui l. veteribus 39. ubi Coſtal. & alii ff. de pactis l. ſi in emptione 34. in princip. ff. de contrah. empt. l. cum quæritur 26. ff. de rebus dub.*

38 *Cauſam fœminæ agentes Sonſbeckius part. 9. num. 131. VVeſembec. de feud. cap. 6. num. 23. & Petrus Heigius quæſt. 26. num. 34. part. 1. hoc adferunt argumentum: Diſpoſitio (aiunt) quævis ita accipi debet, ne ſitocioſa & inutilis, ſed*

ſed ut ſemper aliquid operetur, l. ſi quando 109. in princip. ff. de legat. 1. l. ſi ſtipulatus 4. ff. de uſuris. Ergò quando etiam fœmina ad feudi ſucceſſionem, cum maſculis pacto inveſtituræ vocatur, pactum illud eo ſenſu accipi debet, ut fœmina etiam aliquo caſu admittatur ad feudum. Proindequé licet ſemel excluſa ſit per maſculum ea fœmina, attamen ſuccedere poſſe debet alio ſequenti caſu, quo amplius non extat maſculus ex primo adquirente deſcendens, alioqui enim nihil operaretur inveſtituræ pactio illa, cũ feudum hac ratione ad eam fœminam nunquam perveniret. Ad huius imperfecti ſyllogiſmi antecedentem partem reſpondeo, quod diſpoſitio quævis intelligenda ſit ſecundùm diſponentium mẽtem & voluntatem, l. 3. ubi Iaſon C. de lib. præterit. & l. ult. c. quæ res pign. oblig. poſſ. voluntatem inquam, vel expreſſam, vel tacitam, id eſt, juri & legibus conformem l. 3. ff. de reb. creditis & l. quod ſi nolit 31. § quia aſſidua 20. ff. de Ædilit. edict. l. 4. in princip. verſ. quia non eſt veriſimile ff. de uſuris. Lofred. conſil. 39. num. 17. Sed voluntas domini concedentis, & primi adquirentis expreſſa non eſt, ut quovis caſu fœmina, per maſculum ſemel excluſa, in perpetuum vel ad tempus ſit excluſa. Quocirca voluntas tacita juri & legibus conformis hîc ſpectari debet: quæ eſt, ut fœmina pacto inveſtituræ vocata, per maſculum à feudo ſubmoveatur, & ſemel repulſa

*alio ſucceſſionis caſu amplius non admittatur, ut argumenta pro communi opinione adducta abundè arguunt. Non ergò ocioſa eſt illa inveſtituralis diſpoſitio, qua cum maſculis ad feudi ſucceſſionem etiam fœminæ vocantur, etiamſi fœmina non admittatur ad feudum, à quo ſemel per maſculum fuit excluſa. Operatur enim illud diſpoſitio iſthæc, quod fœmina ſuccedere poteſt in feudum, ſi non extet, ſed deficiat omninò maſculus tempore delatæ ſucceſſionis, operatur & illud, quod fœmina antea per maſculum ſubmota, denuò ſucceſſionis caſu exiſtente non admittitur.*

*Quod attinet exempla Sonſbeckii, de patre, qui dum agonizat, feudum accipit pro ſe, & liberis maſculis & fœminis, item de patre, qui filium ſpadonem, & filiam habet tempore inveſtituræ, ſpecialia ſunt illa, ex quibus generalis quæſtio definiri nequit l. ſi peculium 10. ff. de manumiſſ. teſtamento l. ſervis 99. §. ultim. ff. de legat. 3. & l. in toto 80. ff. de regul. jur. Agonizans quoque pater, de feudo inveſtiri quòd poſſit, non facilè dixerim; ſiquidem ille jam cum letho dimicet, & negocium inveſtituræ non intelligat, ſpadonem quod attinet filium, cum certum ſit, quod ille prolem generare non poſſit, idqúe non ignoret Dominus, & pater Vaſallus, ex veriſimili eorum mente filiæ quoque feudum purè datum videtur, ſiquidem pacto etiam miles eſſe non poſſit, l. 4. ff. de re militari Bald. ad l. milites,*

omnes

*omnes ff. ex quibus cauſ. maior. proindeq́; nec capere feudum militare tit. 21. & tit. 63. lib. 2. feudorum.*

*Adhæc Hartmannus Piſtoris dict. quæſt. 56. num. 14. & ſeq. pro fœmina hoc etiam modo argumentatur: Quicunque propter alium, in medio exiſtentem, à ſucceſſione removetur, illius jus non omninò extinguitur, ſed ad tempus ſuſpenditur, donec alius ſuccedendi caſus contigerit, quo impedimentum illud ceſſat, ut arguit text. in tit. 14. & tit. 50. lib. 2. feudor. l. ſi filiusfam. 22. ff. de bonis libert. l. penult. ff. de jure delib. & l. omnia 32. §. ult. ff. de legat. 2. Ergò licet fœmina propter maſculum removeatur à feudo, non tamen eius ſuccedendi jus omninò extinguitur, ſed contingente caſu, quo nullus extat amplius maſculus, ad feudi ſucceſſionem admittitur. Atque hoc argumentum repetit, & latius perſequitur Petr. Heig. d. q. 26. n. 22. & ſeqq. uſq; ad n. 32. Verùm licet argumẽtatio hæc magni ponderis videatur, attamen hîc nobis negotium facit nullum. Antecedens enim enthymematis perpetuò verum non eſt, quippe cum ſubſtitutus hæres, propter inſtitutum, primo gradu heredem à ſuccedendi jure ſubmotus, in perpetuum ab eo excluſus intelligatur, ita ut licet inſtitutus poſt ſucceſſionem moriatur, denuò tamen ad eam non admittatur ſubſtitutus, per textus apertos ſupra circa argumentum ſecundum cõmunis opinionis adductos.* 89

*Quapropter cum fœminæ pacto inveſtituræ conjunctim ad feudi ſucceſſionem cum maſculis vocatæ, ipſis maſculis tantùm ſubſtitutæ ex feudorum placitis cenſeantur, ut docui ſupra, & ſentit etiam Andr. Knichen tractat. de veſtiturarum pactionibus cap. 3. num. 40. 41. 42. & 43. conſequens ei eſt, fœminâ per ſuccedentem maſculum ſemel remotâ, jus illius omnino eſſe peremptum, & planè extinctum.*

10 *Advocant in patrocinium fœminæ Sonſbeckius d. part. 9. n. 132. & VVeſembec. dict. cap. 6. nu. 23. verſ. quod ſi in feudorum & hoc à comparatis petitum argumentum: Fœmina ex ſententia Dd. in fœmineum ſuccedit feudum, etiamſi ab eo per maſculum antea ſit remota: Ergò ſuccedit in maſculinum quoque feudum, quod pro maſculis & fœminis datum eſt, licet ab eo per maſculum prius fuerit ſubmota, ſed hoc argumentum momenti eſt exigui. Tùm quia de antecedente concors Dd. opinio non eſt. Diſſentiunt enim Matth. de Afflict. & Alvarot. ad tit. 30. lib. 2. feud. Alciat. conſil. 170. num. 3. Menoch. conſil. 400. num. 15. & Ioannes Borcholt de feud. cap. 7. num. 37. ut proinde incertum per æquè incertum probari non poſſit: tùm etiam, quia à ſpeciebus diſparatis neceſſariò ad alias ſpecies inferri non poteſt l. ultim. ff. de calumniatoribus l. Papinianus 20. in fin. princip. ff. de minoribus l. naturaliter, 12. §. 1. ff. de adquir. vel amitt.*

*amitt. poſſeß. l. ſi maritus 10. de donat. inter vir. & uxor. & l. neq; natales, 10. C. de probat.*

*Adferunt & aliud præſidium fœminæ ſemel à feudo per maſculum excluſæ, idem Sonſbek dict. part. 9. nu. 134. VVeſenbec. dict. cap. 6. nu. 23. Hartman. Piſtoris d. quæſt. 36. nu. 22. & Petrus Heigius dict. quæſt. 26. num. 46. In ambigua, aiunt, & dubia oratione intellectus ille præferri debet, qui eſt benignior & humanior, l. placuit 8. C. de Iud. l. ſemper in dubiis, 56. ff. de reg. jur. & l. ubi eſt 21. ff. de reb. dub. Sed ambigua & dubia eſt oratio in tit. 6. §. quin etiam, lib. 1. feud. cum alii aliter eum locũ interpretentur. Quapropter cum quidam textum illum accipiant de temporali fœminæ excluſione, eaq; humanior & benignior ſit explicatio, meritò ea præferri ac prævalere debet. Sed huius Syllogiſmi aſſumptionẽ omninò nego, quod enim de perpetua fœminæ excluſione exaudiri locus ille debeat, arguit abunde non modò adverbium* ulterius, *& particula* quin etiam, *ſed & duo illi ablativi abſoluti,* relicto maſculo: *tùm etiam clauſula illius tituli 6. generalis,* His omnibus caſibus feudum amittitur, *& ad Dominum revertitur ut ſupra latius expoſui.* 91

*Firmamentum intentioni fœminæ per maſculum prius ſubmotæ conſtituit Petr. Heig. d. quæſt. 26. nu. 18. 19. & 49. in hoc quoq; argumento: Excludi, ait, à jure ſuccedendi non dicitur ille, cui* 92

*nondum obtigit caſus, quo ſuccedere poſſet, excluſio enim facta dici nequit, niſi ubi præceſſit incluſio argumento l. qui ſuperſtitis 94. ff. de adquir. vel amittend. hered. Michaël ab Aguirre in Reſponſo pro Rege Hiſpaniæ apologetico part. 3. num. 37. ſed donec maſculus extat, non exiſtit caſus, quo ſuccedendi jus fœminæ competat. Ergo à jure ſuccedendi nō dicitur excluſa fœmina, quæ ante propter maſculum ſuccedere non potuit, proinde caſu poſtmodum contingente, quo nullus amplius adeſt maſculus, per quem ſuccedere impediatur fœmina, hæc certè ad ſucceſſionem admitti debet. Hoc argumentum primo intuitu ſatis ſpecioſum videtur. Verùm hac dilui reſponſione meo judicio rectiſſimè poteſt: Jus ſuccedendi in feudum competit hoc caſu fœminæ ſub conditione, ſi ſcil. tempore delatæ ſucceſſionis non extet maſculus ex primo adquirente, ut ſupra docui. Cùm ergo deficit iſthæc conditio, non ineptè ſuo conditionali hoc jure excludi fœmina dicitur.*

93 *Idem Heig. eadem quæſt. nu. 33. pro fœmina hoc quoq; militare argumentum autumat, ex regula juris depromptum, quod à Principe conceſſum beneficium, perpetuò tributum intelligatur c. decet. tit. de reg. jur. in 6. ſed ea regula exaudiri debet de beneficio, quod purè & cum omni cauſa in aliquem confertur. Quando autem feudum pacto inveſtituræ pro maſculis & fœminis*

*nis datur, beneficium hoc conceditur fœminæ non purè, ſed ſub conditione, ſi ſcilicet maſculus deficiat ſucceſſionis delatæ tempore, ut ſupra docui: Item concedit Dominus feudum non cum omni cauſa, quippe cum directum, ut vocant, dominium ſibi conſervet, cum ſpe conſolidationis futuræ tit. 23. §. ult. lib. 2. feud. junct. titul. 5. §. rurſus tit. 13. §. etſi clientulus lib. 1. feudor. tit. 9. §. 1. verſ. ſin autem titul. 12. & tit. 18. lib. 2. feudor.*

*Adferunt nonnulli adverſus communem opinionem, quam defendimus vulgatam juris regulam, ceſſante cauſa ceſſat effectus, c. cum ceſſante. extr. de appellat. Cùm autem excluſionis fœminæ cauſa ſit, maſculi exiſtentia, qui delatæ ſucceſſionis tempore ſupereſt, & in feudum ſuccedit: autumant ei conſequens eſſe, ſi abſque liberis poſtmodum decedat ille maſculus, revocari ad feudum eandem fœminam. Sed parata eſt promptaq; adverſus hanc obiectionem reſponſio. Prædicta enim regula de cauſa ceſſante non procedit, quando effectus cauſæ jam conſummatus eſt, & perfectus ut latè oſtendit Tiraquell. in tractat. dict. regul. Ceſſante cauſa ceſſat effectus limitat. 12. nu. 1. & ſeqq. cum ergo ſemel excluſa ſit per maſculum fœmina, atq; ita conſummatus & præfectus ſemel effectus cauſæ illius, quæ eſt maſculi exiſtentia, certè ea regula planè hîc vinciatur, & officium ſuum perdit per l. 1. ff. de reg. jur.* 94

Non

95 *Non deſunt, qui iniquitatis, duritiæ, & rigoris communem accuſant ſententiam, quibus non modò occurrendum ex ſententia Iuriſconſulti Vlpiani in l. proſpexit 12. §. 1. in fin. ff. qui & à quib. manumiß. liberi non fiunt, ubi quod quidem (ait) per quam durum eſt, ſed ita lex ſcripta eſt: verùm etiam illud reſpondendum, opinionem hanc ab iniquitate, duritie & rigore planè alienam eſſe. Ex natura namq; feudorum fœminæ regulariter in feudum nõ ſuccedunt, quod autem ad eius ſucceſſionem ex pacto inveſtituræ contra feudorum indolem nonnunquam admittuntur, id accepto ferendum ſoli gratiæ & benignitati concedentis domini cuius largitas ſecundum ſcita feudalia menſuranda & æſtimanda eſt in caſu, quo ſimpliciter maſculis & fœminis datum eſt feudum, nec expreſſè & nominatim in pacto inveſtituræ definitum, ut fœmina licet ſemel per maſculum ſubmota ſit, ipſo tamen maſculo poſtmodum ſine liberis mortuo admittatur ad feudum. Quoties enim quid nominatim contra ſubiectæ materiæ naturam cautum non eſt, contrahentes & paciſcentes juri & rei, de qua agitur, naturali indoli ſe conformaſſe cenſentur l. 3. ubi Dd. ff. de reb. cred. & c. cum dilectus extr. de conſuetud. Menoch. conſil. 331. nu. 34. & ſeq. Quapropter cum feudorum natura hæc ſit, uti ex feudalibus placitis ſupra edoctum & demonſtratum eſt, ut prædicto inveſtituræ pacto in-*

*cto intelligatur fœmina ad feudi ſucceſſionem vocata, ſub hac tantùm conditione,* ſi deficiat maſculus, *hac certè conditione ſemel deficiente, ita removeri confeſtim fœminam, ut in perpetuum excluſa ſit, putandum eſt.*

*Deſtructis ergò hactenus fundamentis ſententiæ partis adverſæ, nihil moveamur amplitudine & ſplendore eorum, qui vel Authores vel patroni eius opinionis dicuntur, per ea quæ latè ſcribit Menoch. lib. 2. de præſumptionib. præſumpt. 71. paſſim enim in jure noſtro eorum ſententia ſemper comprobatur, qui validiorib. nituntur rationibus §. item pretium Inſtit. de emt. & vend. l. 1. §. 1. ff. de contrah. empt. & vend. l. ſi quis 10. C. de condict. ind.*

*Hactenus de inveſtituræ pactis, quibus licitè quid adiicitur feudali contractui: ſequuntur modò pacta, quibus negocio inveſtituræ quid adiici prohibetur. Eiuſmodi pactum eſſe judico, quo agitur, ut domino liceat Vaſallum in caſu nō præſtiti ſervitii per literas diffamatorias publico in loco propoſitas traducere; atq; ei probrū impunè obiectare: Illud namq; promittere tantùm poſſumus alii, licitè, quod ſalva dignitate noſtra poſſumus l. nepos 125. in fin. ff. de verb. ſign. Et recipere quis in ſe non poteſt, quod eſt cum vituperio coniunctum l. veſtis 23. §. 2. verſ. muliebria, ff. de aur. & arg. legat. Facta quoq; pietatem, exiſtimationem & verecundiam, quæ læ-* 96

*dunt*

*dunt noſtram, & contra bonos mores ſunt, nec facere poſſe credendũ non eſt, l. filius 15. ff. de condit. inſtitut. Accedit, quod integrum non eſt alicui, ultionem ſibi permittere, cum judiciorum vigor, jurisq; publici tutela in medio ſit conſtituta, quibus jus ſuum quis obtinere poſſit l. nullus 14. C. de Iudæis. Spectat eodem, quod ſingulis concedendum non eſt, quod per magiſtratum publicè fieri poteſt, ne occaſio ſit maioris tumultus faciendi, l. non eſt ſingulis 176. ff. de reg. jur. Confert denique huc, quod Vlpianus Iuriſconſultus poſt Iulianum & Celſum ſcribit his verbis: Cur ad arma & rixam procedere patiatur Prætor, quos poteſt Iuriſdictione ſua componere? l. ſi cuius 13. §. æquiſſimum, ff. de uſufruct.*

97 *Nihil decerpit huic concluſioni, quod ex ſententia Pauli Iuriſconſulti, jure permiſſum eſt, nocentem infamare l. eum qui 18. in princ. ff. de iniur. Locus enim ille exaudiendus eſt de eo, qui aliquem de vero, ſed obſcuro adhuc crimine, pœna & vindicta publica digno, infamat, ut ſcilicet flagitium eius diſpaleſcat, & publicè à magiſtratu coërceatur, uti arguit text. in l. un. verſ. ſanè ſi quis C. de famos. libell. & l. 3. C. de offic. Rectoris provinc: & docent Andr. Gail. lib. 2. obſerv. 99. Mynſing. cent. 4. obſer. 4. Fachin. lib. 9. controverſiar. juris cap. 10. Matth. Colerus de proceſſibus executivis part. 1. cap. 8. n. 79.*

*Cuiac.*

*Cuiac. in lib. 55. Pauli ad edictum pag. 78. & Donell. lib. 15. comment. cap. 24. pag. 448. Bronchorſt. cent. 4.* ἐναντιοφανῶν *aſſert. 77.*

*Neque etiam imminuit ſententiam noſtram, quod Vaſallus, qui ſervitia debita non præſtat domino, perfidus eſt & periurus tit. 6. in fin. lib. 2. feudor. proindeq́; infamis l. ſi quis 41. C. de tranſact. ut illi iniuria fieri non cenſeatur, cum jã ante ſit infamis, & lædi eius dignitas & honor non videatur, quando ipſi probrum aliquod obiicitur, ſiquidem iniuria pertineat ad imminuendum honorem alterius, l. 1. §. omnemq́; & §. uſque adeo, ff. de iniuriis. non entium autem nulla ſint qualitates, l. 2. ff. de uſufruct. l. 4. ff. locati l. eius, qui in provincia, 41. verſ. quoniam tunc, ff. de rebus credit. & l. adeo 7. §. quod ſi toto, ff. de adquirend. rer. dom. Non, inquam, id noſtram atenuat ſententiam, nullius enim honos aut dignitas denigratur iniuriâ, ſive contumeliâ alterius quâ præmitur, l. un. C. de famoſis libel. & docet Donel. lib. 15. comment. cap. 38. pag. 504. verſ. nihil agit voluntas. Cum lege non convicio alicuius infamia quis notetur l. 1. & tot. titul. ff. de his qui infam. not. etiamſi per convitium illud contemnatur Inſtitut. titul. de injuriis in princip. l. 1. in princip. ff. de dicto titulo. Licet ergo jam infamis ſit Vaſallus, de quo agimus, attamen ei opprobrium publicè obiicere integrum non eſt Domino, cum alia*

de

98 *Nec quicquam etiam refragatur, quod nulla eſt iniuria, quæ fit in volentem, & conſentientem l.1.§.uſq; adeò 5. in fi. ff. de iniuriis enim ſcienti, tit. de reg. jur. in 6. l. in diem 8. §. 1. ff. de aqua & aq. plu. arcend. quodq; nunquam volentibus dolus infertur, l. cum donationis 34. C. de tranſact. Hæ etenim procedunt juris regulæ in eo tantum, cui volenti infertur iniuria, ſive dolus in continenti, dum vult & quādo voluntas hæc adhuc durat, non etiam poſtea ut docet Bart. in d.l. 1. §. uſq; adeo, num. 2. ff. de iniur. & Matthias Coler. de proceſſib. execut. part. 1. cap. 8. num. 63. & ſeq.*

99 *Poſtremò nihil officit pronūciato noſtro, quod obſtagii conventio, ut ſcilicet non ſoluta conſtituto die pecunia, debitor ſe in obſtagium* in die Leyſtung *ponat, non modo jure Canonico non improbatur, c. ex reſcripto, 9. extr. de jureiurand. ſed & toleratur receſſu Imperii Auguſtano de anno 1548. tit.* von wucherlichen Contracten/ *§. ult. ſi non, ut extra imperium fiat obſtagium; conveniatur. Iure etenim Canonico toleratur obſtagii conventio nō ſimplex, & nuda; ſed jurisjurandi religione firmata, & novisſima Imperii ſanctione conventio iſthæc de obſtagio planè reprobatur,* Reichs Abſchied/ *de Anno 1577. tit. 17. Andr. Gail. lib. 2. de pac. publ. c. 2. n. 6. & lib. 2. obſer. practic. obſer. 45. nu. 6.*

100 *Similiter & illud inveſtituræ pactum illicitum*

*tum eſſe arbitror, quo agitur, ut lite per dominum Vaſallo mota nudæ aſſertioni ipſius domini credatur, nec alia probatio ulla ab eo exigatur: Tùm quia iniquũ eſt, aliquem ſuæ rei judicẽ fieri l. un. C. ne quis in ſua cauſa judicet l. Iulianus 17. ff. de jud. & l. Iuriſdictioni 10. ff. de Iuriſdict. l. 1. §. 2. ff. quod legat. l. extat 13. ff. quod metus cauſa: Tùm quia nullus idoneus teſtis in re ſua intelligitur l. nullus 10. ff. de teſtib. Tùm etiam quia ſi hæc conventio valeret, domini ſolius & unius dicto fides haberetur, cum tamen unius teſtimonium non audiatur, etiamſi præclaræ curiæ honore præfulgeat, l. Iuriſiurandi 9. C. de teſtib. c. licet univerſis & c. licet ex quadam, extr. eod. tit. & l. ubi numerus 12. ff. d. t. Tùm quia judex arbitrium ſuum interponere non poteſt de eo, cuius nulla facta eſt probatio, & ipſemet probabiliter ignorat rei veritatem, l. in actionibus §. planè in fin. ibi Iudex rem quæ non extat, æſtimare non poteſt, ff. de in litem jurand: Tùm poſtremò, quia pactum, quod invitat ad delinquendum, quale hoc pactum eſt, cum mendacio dicendo anſam præbeat, jure non probatur, l ſi unus 27. §. illud 3. ff. de pactis l. in commodato, 17. in princ. ff. commodati l. 1. §. illud non probandum, ff. depoſiti, l. illud 5. ff. de pactis dotal. Iaſ. in d. l. ſi quis 29. C. de pact.*

*Sed quia non una eſt omnium de hac quæſtione ſententia, cum opinio contraria quibuſdam*

*magis placeat, & aliquibus etiam communis putetur, idcircò paucis inſpiciemus rationes illius adverſæ opinionis. Ponunt autem illi fundamentum in generalib. juris regulis, quod unuſquiſque favori ſuo renunciare poſſit l. ſi quis in conſcribendo, 29. C. de pact. & l. ſi judex 41. ff. de minorib. quod item congruum ſit humanæ fidei, ut quæ placuerunt, ſerventur l. 1. in princ. ff. de pact. & leg. 1. in princip. ff. de conſtitut. pec. l. non minorem 20. Codic. de tranſact. Verùm generalia hæc enunciata porrigi non poſſunt ad ea, quæ divino & publico juri ſunt contraria, ut evincitur ex l. Iuriſgentium 7. §. & generaliter l. contra 28. in princ. & l. jus publicum 38. ff. de pact. & tradunt Bart. Iaſ. & alii in l. ult. C. ſi contra jus vel utilitat. pub. Panormitan. & alii Canoniſtæ ad c. quæ in Eccleſiarum extr. de conſtit. Cùm ergo pactum illud & divinum & publicum jus improbet; ſiquidem ut dixi, mendacio dicendo occaſionem præſtet, & divina quoque lex veritatem in duorum aut trium ore ponat, non in unius teſtimonio; ac jus publicum ex ſufficienter probatis judicem dicere ſententiam jubeat: nihil roboris cepit contraria ſententia ex vulgatis illis juris regulis.*

101 *Nihil quoque auxiliatur ei textus in l. ultim. C. de fideicommiſſ. agitur enim ibi de juramento judiciali, quod pars parti in judicio de-*

*defert, ut quod defert fideicommiſſarius fiduciario, vel heredi vel legatorio, cum ergo juramentum hoc ſpecies ſit probationis, nuda autem aſſertio partis contra partem non ſit probationis ſpecies; ab illo ad hanc nulla certa illatio fieri poteſt.*

*Quæritur etiam de pacto inveſtituræ, quo agitur, ut propter filii delictum pater etiam feudum amittat, ſitne licitum vel illicitum? Et illicitum eſſe hoc pactum tradunt Bartol. in l. 1. num. 12. Cod. de iis, quæ pœnæ nomine in teſtamento vel codicill. relinquuntur. Iaſon in §. actionum num. 87. Inſtit. de actionib. Matthæus de Afflictis ad titul. 55. §. inſuper num. 7. lib. 2. feudorum, & Iacobin. de S. Georg. tractat. de feud. in verb. qui quidem inveſtiti numer. 62. Ludolphus Schrader. tractat. feudali part. 9. ſecundæ partis principal. ſect. 1. num. 2. atque hoc ipſorum effatum juri conſonum eſſe videtur, ſiquidem jure cautum ſit, ut ibi ſit pœna, ubi eſt noxia, utque peccata ſuos teneant autores, nec ulterius progrediatur metus, quam delictum reperitur l. ſancimus 22. C. de Can. pœn. non imputatur 1. quæſt. 4. & traditum eſt generaliter, ne filius pro patre inquietetur l. 1. 2. & 3. C. ne filius pro patre.* 102

*Verùm ab hac ſententia alieni ſunt, Alvarot. nu. 8. & Præpoſitus nu. 2. ad tit. 55. lib. 2. feud: quorum partes & ego ſequor. Tùm quia poteſt*

*aliquis pœnam promittere alicui, ſi tertius quidpiam fecerit, vel non fecerit l. ſtipulatio 38. §. at ſi quis 2. & §. ſi quis 21. ff. de verb. oblig. Tùm etiam quia in cauſis quoque criminalibus pro reo quis fideiubere, atq; ita pro alio obligare ſe poteſt l. 1. 2. & 3. ff. de cuſtod. reor. l. Græce 8. §. ſed et ſi l. ſi quis 56. §. ult. l. ſi à Reo, 70. §. ult. ff. de fidejuſ. Tùm quia poteſt Dominus ſimpliciter, eam legem dicere, ut poſt certum tempus feudum finiatur, cur non etiam conditionaliter, maximè cum hoc Vaſallo ſit utilius? ſiquidem ſua cura & diligentia non poſſit efficere, ne tempus præſtitutum effluat. Sed ne conditio iſthæc, puta ne filius in dominum delinquat, cavere queat: tùm poſtremò quia etiam conſuetudine introduci poteſt, ut pater pro filii delicto pecuniaria teneatur pœna, c. 2. extr. de delict. pueror. Accedit quod Didac. Covar. lib. 2. var. reſolut. cap. 8. num. 7. & cap. 9. ſcribit, non eſſe prorſus iniuſtum, ut quis ob alterius culpam puniatur.*

*Quod attinet jura, quæ tueri videntur priorem opinionem, locum ea ſaltem habent, ubi nihil in contrarium pactis nominatim eſt actum de pecuniariis pœnis. Et quod de pœna delictorum legimus in d. l. ſancimus 22. C. de pœnis, de corporalibus inprimis intelligendum eſt pœnis non de pecuniariis pœnis, cuiuſmodi eſt feudi privatio.*

103 *Expoſitis pactorum inveſtituræ generibus, ſe-*

*qui*

*quitur de ipſorum interpretatione. Sunt autem quatuor de interpretando inveſtituræ pacto notandæ regulæ.*

*Prima hæc eſt: inveſtituræ tenor non reſtringi, ſed ut verba ſonant intelligi debent: Quæ regula à Dd. communiter recepta eſt, ut oſtendunt Menoch. lib. 3. de præſumpt. præſumpt. 92. num. 1. & Hartmannus Piſtoris lib. 2. quæſt. jur. quæſt. 1. num. 4. eamq́ judico veriſſimam. In re enim dubia ut Vlpianus loquitur, melius eſt verbis inſervire, l. 1. § licet 20. verſ. in re igitur dubia, ff. de exercit. act. Et cum in verbis nulla eſt ambiguitas, non debet admitti voluntatis quæſtio, l. ille 25. ff. de legat. 3. verba enim dicentis eò pertinent, ut voluntatem eius demonſtrent, & nemo exiſtimandus eſt dixiſſe, quod non prius mente agitaverit l. Labeo 7. §. Servius ſecundo de ſuppellect. legat. Et qui aliud dicit, quam vult, neque id dicit, quod vox ſignificat; quia non vult: neque id quod vult; quia id non loquitur ut eleganter Paulus Iuriſconſultus ait, in l. 3. ff. de reb. dub.* 104

*Et quamvis tenor, claris expoſitus verbis, ſit contra feudi naturam, ſervari tamen debet, titul. 2. §. ultim. & titul. 18. & titul. 48. lib. 2. feudor. modò non ſit illicitum pactum, ut ex prædictis liquet.*

*Secunda regula hæc eſt: Cum verba tenoris* 105

*ſive pacti inveſtituræ, propter varias ſignificationes, obſcura ſunt & dubia; interpretatio eorum fieri debet ſecundum morem, de feudis loquendi, uſitatum eo in loco, vbi inveſtitura facta, & pactum interpoſitum eſt, per text. in tit. 1. verſ. uſum tamen feudi lib. 2. feud. l. ſemper 34. ff. de reg. jur. l. ſi ſervus 50. §. ult. ff. de legat. 1. Berous conſil. 77. num. 30. vol. 1. Menoch. conſil. 104. nu. 22. lib. 1. & conſil. 400. nu. 11. lib. 4. in obſcuris enim inſpici ſolet, quod veriſimilius eſt, aut quod plerunque fieri ſolet, l. in obſcuris 114. ff. de reg. jur. veriſimile autem eſt Dominum, & Vaſallum loquutos fuiſſe more uſitato in ea regione, in qua verſantur.*

306 *Tertia regula eiuſmodi eſt: Cùm inveſtituræ verba dubia ſunt, nec de ſpeciali conſuetudine & obſervatione loci apparet; explicatio eorum fieri debet ſecundùm communem feudi naturam. Regulariter enim cuiuſque diſpoſitionis verba accipienda ſunt juxta materiam ſubiectam leg. 4. in princip. verſ. quia non eſt veriſimile, ff. de uſuris & l. 3. ff. de rebus credit. Atque hanc tertiam, de interpretandis inveſtituræ pactis regulam tradunt Baldus ad titul. 40. libro ſecundo feud. Iacob. de Belviſo, Bald. Alvarot. & alii ad titul. ſecund. §. ultimo, lib. eodem feud. Iacobin. de S. Georgio tractat. de feud. in verbo. qui quidem*

*dem inveſtiti, numer. 66. Molin. in conſuetud. Pariſ. §. 5. num. 74. hinc ſi feudum eo ſit datum tenore, ut in illud maſculi & fœminæ ſuccedant, pactum hoc ita explicari convenit, ut dicamus, fœminas ad feudi illius ſucceſſionem admitti, non quidem unà cum maſculis, ſed maſculis tantùm deficientibus. Cùm iſthæc feudi natura ſit, ut fœminæ in feudum non ſuccedant, dum maſculi ex primo adquirente Vaſallo extant, titul. 8. §. filia verò, lib. 1. feud. & tit. 30. lib. 2. feud.*

*Quarta regula talis eſt: Tenor inveſtituræ, de quo dubitatur, ſi eſt præter, id eſt, ultra feudi naturam, & Vaſallo quoddam onus imponit, contra dominum pro Vaſallo præſumptio & interpretatio fieri debet: ſin contra naturam feudi eſt, & domino jus minuit, Vaſalli autem jus auget; pro domino contra Vaſallum juris eſt præſumptio, ut evincitur ex textu in titulo ſecundo, §. ultimo, libr. ſecund. feudorum, & confirmat hanc regulam communis quoque juris text. in l. ſemper 34. in fin. l. in ambiguis 96. & l. in contrahenda 172. ff. de Regulis Iuris l. veteribus 39. ff. de pact. l. ſtipulatio iſta 38. §. in ſtipulationib. 18. l. quicquid 99. in pr. verſ. ac ferè, ff. de verb. oblig. ex quibus locis omnibus abundè patet, errare eos, qui indiſtinctè pro Vaſallo contra dominum in dubio pacti* 107

*interpretationem fieri debere tradunt, ut ſunt Iacobus de Leonard. num. 132. conſil. 117. inter conſilia feudalia ab Alberto Bruno collecta, Menoch. conſil. 148. lib. 2. & de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 92. num. ultim. & Hermann. Vulteius libro primo de feud. capite ſeptimo, nu. 56. pag. 213.*

108 *Reſtat effectus pactorum inveſtituræ. Pacta hæc vel obligatoria ſunt vel liberatoria.*

109 *Obligatoria inveſtituræ pacta appello, quibus agitur, ut vel domino Vaſallus, vel huic ille præter feudi communem naturam quid præſtet, puta ut Vaſallus cum uxore domini diebus feſtis ad Eccleſiam vadat: ut dominus de feudo etiam filias Vaſalli inveſtiat, maſculis deficientibus dict. tit. 2. §. ult. lib. 2. feudor.*

*Huiuſmodi pacta eundem habere effectum reor, quem inveſtituræ negocium principale. Pacta enim negocio principali in continenti adiecta, ſi illud bonæ fidei ſit, eundem pariunt effectũ cum ipſo principali negocio, ſiquidem eandẽ producant actionẽ, quam parit bonæ fidei contractus principalis, l. Iuriſgentium, 7. §. quinimò, ff. de pactis, l. fundi, 79. ff. de contrahend. empt. & vendit. l. ex conventione, 11. C. de pact. l. Imperator, 16. ff. de in diem addict. l. 4. in princip. ff. de leg. commiſſ. Quidam etiam præſcriptis verbis actionem ex huiuſmodi pacto, quod bonæ fidei contractui adiectum eſt, compete-*

*petere volunt, per text. in l. 2. Cod. de pact. inter empt. & vendit. Andreas Gayl. lib. 2. obſerv. pract. obſerv. 16. n. 3. & Donell. ad l. in bonæfidei, 13. nu 11. C. de pact.*

*Cùm ergò ex ipſa inveſtitura præſcriptis verbis competat actio, ut docui ſupra cap. 2. & evincitur ex tit. 21. verſ. vel ſi dominus, lib. 1. feudorum, horum etiam obligatoriorum pactorum inveſtituralium nomine eandem dari actionem dubito nihil. Atqui hic unus eſt huiuſmodi pactorum effectus.*

*Eſt & alter eorundem effectus, quod niſi Vaſallus præſtet, quod promiſit inveſtituræ pacto, dominus feudum repetere poteſt condictione cauſa data, cauſa non ſequuta, ut diſertè arguit text. in d. tit. 21. verſ. vel ſi dominus, lib. 1 feud.*

*Liberatorium inveſtituræ pactum voco illud,* 110 *quo agitur, ut quod ex natura feudi alterum alteri præſtare oportet, unus alii remittat, ut ſi dominus inveſtituræ pacto remittat Vaſallo ſervitia: aut ei remittat jus non alienandi feudū, &c. Huiuſmodi pacti effectus principalis eſt, quod exceptionem parit Vaſallo, ſi dominus actione repetat feudum, ob id, quod Vaſallus præſtare ei negat, quod pacto remiſſum fuit, arg. dict. l. juriſgentium, 7. in pr. & §. ſed cum nulla, ff. de pactis, l. in bonæfidei, 13. C. d. t. & l. pacta conventa, 72. ff. de contrah. empt. & vendit.*

# Caput Vlt.

## *De tempore, loco, & modo petendæ inveſtituræ.*

### *SVMMARIA.*

1 INveſtitura quando in feudo novo petenda.

2 Vaſallus, tribus vicibus ad accipiendum novam inveſtituram citatus ſi non venerit, dominus inveſtire ipſum amplius cogi non poteſt.

3 Quæſtio: Si dominus moram æquo longiorem quærat, in citando Vaſallo ad accipiendum inveſtituram novam, utrum aliquo juris remedio cogi, & quo actionis genere compelli poſſit?

4 An dominus competenti actione conventus præcisè feudum Vaſallo tradere cogatur, an verò id quod intereſt præſtando liberetur?

5 Senſus tit. 7. §. ult. lib. 2. feud. & l. ſi quis. 13. §. ult. ff de re judicat.

6 Inveſtitura feudi veteris intra quod tempus petenda.

7 Tit. 22. in princ. lib. 1. feud. conciliatur cum tit. 24. in prin. tit. 40. in pr. tit. 52. §. ult. & tit. 55. in prin. verſ. præterea ſi quis, lib. 2. feud.

8 Annus & dies, item annus & menſis, intra quos inveſtitura petenda, à quo tempore numerentur.

9 Quæſtio: an tempus illud, intra quod petenda eſt inveſtitura feudi veteris cunctare & minuere; vel prorogare poſſit Dominus Vaſallo invito?

10 Cauſæ excuſantes Vaſallum, qui intra annum & diem inveſtituram non petit.

11 Quæſtio: An dominus jus ſuum in feudo perdat, ſi intra

Intra legitimum tempus potentem Vaſallum inveſtire malitioſè differat?

12 Quo tempore inveſtitura petenda.

13 Vbi petenda.

14 Qua forma ſive quo modo inveſtitura petenda.

15 Quæritur, an neceſſe ſit, ut Vaſallus inveſtituram petendo, fidelitatem quoque polliceri domino teneatur?

EST HOC CAPUT *tripartitum; Primum illius membrum † eſt de tempore petendæ inveſtituræ. Tempus hoc aliud eſt in feudo novo, aliud item in veteri feudo. In feudo novo tempus illud definitum non eſt, ſed domino arbitrarium. Cùm enim nullum certum placitis feudorum ſit præſtitum tempus petendæ inveſtituræ novæ, poteſt dominus, quando ſibi commodum fuerit diem Vaſallo conſtituere ad quem veniat, deſideratum feudi inveſtituram, ut arguit textus in tit. 24. §. eſt & alia, lib. 2. feudor. & docent ibidem Alvarot. Iacob. de Belviſo Bald. & alii, item VVeſenbec. in tract. de feud. cap. 8. num. 2. & Ioann. Borcholt in Comment. in uſus feudor. cap. 7. part. 1. num. 29. Cæterùm Anton. Contius tract. de feudis, cap. quibus modis feudum adquiratur, mihi pag. 34. ſcribit, ſi feudum novum ſit, Vaſallum neceſſe habere ſtatim adire dominum, & petere inveſtituram, allegat. tit. 32. qui teſtes ſint neceſſarii, lib. 2. feud. Vbi tamen de hac ſententia verbum extat nullum. Et probatur* 1

*communis opinio hac quoque ratione, quod jure communi creditor rem debitam non amittit ex eo, quod vel ſtatim, ſi purum ſit debitum, vel die veniente, vel exiſtente conditione, in quam promiſſum quid eſt, non petierit rem debitam, cum alii ſint modi tollendæ obligationis. Vnde & hîc in feudo idem jus meritò ſequimur, per text. in titul. 1. verſ. ſtrenuus, lib. 2. feudorum.*

2 *Expectabit ergò Vaſallus, donec citatur ad petendam, & accipiendam inveſtituram novam, ut nominatim ſcribit VVeſenbec. d. cap 8. nu. 2. Citatus autem comparere, & petere hanc inveſtituram, & accipere eam planè jubetur. Quod ſi tribus vicibus, inter ſingulas ſeptem aut decem dierum ſpacio interpoſito citatus non venerit, dominus inveſtire ipſum amplius cogi non poteſt, per text. in tit. 24. §. eſt & alia ingratitudo junct. tit. 22. in princip. libr. ſecund. feudorum, facit eodem text. in l. properandum 13. §. & ſiquidem, verſ. & ſi per tres vices, C. de judic. Atque ita ſentiunt communiter feudiſtæ in dict. tit. 24. §. eſt & alia ingratitudo, lib. 2. feudorum.*

3 *Quod ſi dominus moram æquo longiorem quærat, in citando Vaſallo ad accipiendum inveſtituram novam, nunquid aliquo juris remedio cogi, & quo actionis genere compelli poteſt? Hanc quæſtionem diligenter expedivi ſupra c. 2. n. 17. & 19. ubi contra quoſdam, quorum aliqui actio-*

*actionem ex feudo : nonnulli condictionem ex moribus competere Vaſallo, adverſus dominum pro facienda inveſtitura volunt, certis rationum momentis oſtendi, jure Vaſallo eam tribui actionem, adverſus dominum, quæ naſcitur ex negotio, quo feudum eſt promiſſum, puta actionem ex empto, ſi pro precio ſit promiſſum : actionem ex ſtipulatu, ſi per ſtipulationem feudi promiſſio facta ſit : actionem ex teſtamento adverſus heredes eius, qui teſtamento alicui feudum conſtituit: actionem præſcriptis verbis, ſi quodam innominato contractu ſit promiſſum feudum: vel condictionem ex lege, ſi donationis titulo, atque ita pacto legitimo promiſſum dicatur feudum. Atque hæc ſententia probatur etiam VVeſenb. tract. de feud. cap. 17. nu. 8. Henrico à Roſenthal in ſynopſi jur. feud. cap. 12. concluſ. 1. & Herm. Vult. lib. 2. de feud. cap. 1. n. 11.*

*Sed huiuſmodi aliqua adverſus dominum mota actione quæritur ulterius, an præciſè feudum Vaſallo tradere cogatur dominus, aut verò id, quod intereſt, præſtando liberetur, ſi rem feudalem retinere malit? Et certè ſi Dd. opinioni, ut & ſupra dict. cap. 2. nu. 25. monui, juris authoritas cedere jubeatur, in arbitrio domini poſitum dicimus, utrum præſtare velit feudũ ipſum, vel id quod intereſt, ut patet ex Mynſing. cent. 4. obſerv. 61. v. limitatur tamen, Ioan. Borcholt. de feud. cap. 9. n. 12. Nicol. Mozz. de feud. cap.* 4

qua

*quæ actio oriatur ex feudo, num.6. Nicol. Vigel. in libr. jur. feud. cap.4. quæſt. 4. verſ. tertia propoſitæ quæſtionis exceptio, & Henrico à Roſenthal in ſynopſi jur. feud. cap.6. concluſ.7.*

*Verùm quia plus valoris apud me veritas habet, quam Dd. opinio, ab illa pragmaticorum ſtare ſententia nequeo, maximè cum Dd. iſthæc opinio ab argumentis ſolidis firma non ſit. Disertè .n. teſtantur jura noſtra communia, quod is, qui ad certæ rei traditionem obligatus eſt, præcisè cogi poſſit, ad eandem rem tradendam, ſi eius præſtandæ facultatem habeat, non ſolùm ſi ex cauſa onero ſa, puta pro precio res ea ſit promiſſa, l. ex emto, 11. §. inprimis, ibi, ipſam rem præſtare oportet, l. ſi eas res, 32. in pr. ibi, præſtare debebam, ff. de act. emti, § precium autem, v. ſed noſtra, ibi, & pretium perſolvatur, & res tradatur, & venditio ad effectum perducatur, Inſt. de empt. & vendit. ſed etſi donationis titulo conſtituta ſit obligatio, §. aliæ autem donationes, verſ. & ad exemplum, Inſtit. de donat. & l. ſi quis argentum 35. in prin. ibi, neceſſitatem ei imponimus dare, & §. ſed ſiquidem, ibi, neceſſitatem ei imponi etiam tradere hoc, quod donare exiſtimavit, C. d.t. Hoc itaque jus commune etiam in feudis ſequimur, cum feudorum placitis aliud nominatim non ſit diſpoſitum, per text. in tit. 1. verſ. ſtrenuus, lib. 2. feud.*

*Quinetiam ſcita feudalia non obſcurè hanc ſuadent ſententiam, quando volunt, quod inve-*

ſtitura

*ſtitura fieri non debeat ei, qui fidelitatem facere recuſat. tit. 3. §. ult. lib. 2. feud. Huic enim à ſenſu contrario conſequens eſt, quod inveſtire teneatur dominus eum, qui paratus eſt fidelitatem præſtare. Cùm argumentum à cõtrario ſenſu firmitatem in jure noſtro habeat certam, niſi textui adverſetur expreſſo, Nicol. Everh. in Topic. legalib. in loco à contrario ſenſu.*

*Non juvat communem opinionem text. in t.* 5 *7. §. ult. lib. 2. feud. ibi enim verbis omnem utilitatem ſignificat* ] *C. eam utilitatem quã dominus præter ipſum feudum, ad cujus traditionem neceſſariò tenetur, propter moram ſuam præſtare cogitur, ut ibidem Cujac. rectè explicat, & arguit textus in tit. 26. §. ſi facta lib. 2. feud.*

*Neq; auxiliatur communi Interpretum opinioni textus in l. ſi quis, 13. §. ult. ff. de re jud. Procedit enim in obligatione facti, ſi merum pactum quis debeat alicui, puta foſſam fodere, Capuã ire, domum ædificare, &c. uti arguit etiam text. in l. ſi pœnam, 68. ff. de V. O. & §. non ſolum res, Inſt. d. tit. Qui autem alicui feudum promiſit, non nudum & merum factum, ſed rei traditionem debet, proindeq; ipſum feudum tradere tenetur, nec liberatur præſtando id quod intereſt.*

*Tempus verò petẽdæ inveſtituræ veteris feudi* 6 *ſcitis feudalibus definitum eſt. Quoties enim vel domini, vel Vaſalli mutatur perſona, neceſſe habet Vaſallus, vel ejus ſucceſſor, à domino vel ejus*

*ſucceſſo-*

*ſucceſſore inveſtituram petere, tit. 24. in princ. verſ. & è converſo, tit. 32. §. de veteri autem, lib. 2. feud. & tit. 22. in princ. lib. 1. feudor. & petere quidem intra annum, & diem, dict. tit. 24. in princ. tit. 40. in princ. tit. 52. §. ult. & tit. 55. in prin. verſ. præterea ſi quis, lib. 2. feud.*

7 *Sed huic pronunciato vehementer obloqui videtur text. in dict. tit. 22. in princ. lib. 1. feud. Ubi Lotharius Imperator petendæ inveſtituræ feudi veteris præſtituit non annum & diem, ſed annum & menſem, ut autem hunc concilient locum cum aliis modò citatis feudorum placitis Cuiac. & Hotoman. corrigunt textum in d. t. 22. in pr. ac legunt ibi* annum & diem.

*Jacob. autem de Ardiz. in uſib. feud. cap. 72. in prin. Anton. Contius, tract. de feud. cap. quib. mod. feud. adquir. mihi pag. 34. verſ. ante legem Friderici, Andr. item de Iſern. & Eguinar. Baro ad dict. tit. 22. autumant jure veteri ex Lotharii ſcilicet Imp. conſtitutione, ante legem Imperatoris Friderici, datum fuiſſe militi Vaſallo annum & menſem: ſed ex Friderici Imperatoris lege Vaſallo omni, ſive miles, ſive paganus ſit, præfinitum eſſe annum & diem.*

*Cæteri verò feudiſtæ veteres & recentiores diſtinguunt & hodie inter Vaſallum paganum, & militem Vaſallum: illi præfinitum dicunt annum & diem: huic verò præſtitutum dicunt annum & menſem, Iacob. de Belviſo, Alvarot. ad*

dict.

*dict. tit. 24. & dict. tit. 40. lib. 2. feudor. Zaſ. in Epitom. feudor. part. 7. nu. 1. Sonſbeck. in Commentar. in uſus feudor. part. 11. nu. 7. Jul. Clar. in §. feudum, quæſt. 49. nu. 2. Hartman. Hartmanni ab Eppingen lib. pract. obſerv. tit. 54. de feud. obſerv. 9. in prin. VVeſenb. in tract. de feud. c. 8. nu. 3. Atq; hanc diſtinctionem & ego probandam judico. Tùm quia textus in dict. tit. 24. in princ. tit. 40. in princ. tit. 52. §. ult. & tit. 55. §. Præterea ſi quis, lib. 2. feud. ſimpliciter loquuntur de Vaſallo. at text. in d. t. 22. in pr. lib. 1. feud. ſpecialiter & nominatim agit de milite Vaſallo, ut proinde hic meritò dicamus generali textui, derogari per textum ſpecialiter loquentem, cum aliâs in toto jure generi per ſpeciem derogetur, l. in toto 8. ff. de reg. jur. Tùm quia Friderici Imp. lege generali nominatim non corrigitur conſtitutio Lotharii, ut proinde hanc in milite etiam procedere putandum ſit, per regulam in l. præcipimus, 32. in fin. C. de appellat: Tùm poſtremò quia aliâs etiam maiore gaudent favore milites; quàm pagani, l. ult. in princ. C. de jure deliber. l. militis, 8. C. de quæſt. tot. tit. ff. Cod. & Inſtit. de teſtament. milit.*

*Nihil me movet ratio Cuiacii qua textum putat corrigendum, quæ eſt, quod in libris feudorũ nomine militis ſignificetur Vaſallus. Non enim omnis Vaſallus miles eſt. Alius eſt miles, alius paganus; ut arguit textus in tit. 21. de Vaſallo*

*milite qui arma bellica depoſuit, tit. 22. de milite Vaſallo qui contumax eſt, lib. 2. feud. Et poſſunt feudum accipere maximè novum & illi, qui milites eſſe nequeunt, ut ſunt fœminæ, & clerici, tit. 30. de feudo fœminæ, & tit. 40. §. ult. lib. eodem feud.*

*Neque facit negotium generalitas textus in locis, quæ ſimpliciter annum & diem petendæ inveſtituræ definiunt, etſi enim ſimpliciter & generaliter quod dicitur, diſtinctionem nō admittat, l. 3. in fin. ff. de offic. præſid. l. 1. §. 3. verſ. & eſt relatum, ff. de aleatorib. & generali oratione omnes contineantur ſpecies, l. metum. 9. §. 1. ff. quod metus cauſa, l. item veniunt, 20. §. petitam, in fin. ff. de petit. heredit. & l. de precio, 8. ff. de publ. in rem act. l. 7. §. 1. ff. de Inſt. tut. act. Id tamen non procedit, ſi juris autoritate à generis natura eximatur quædam ſpecies, dict. leg. in toto jure. 8. ff. de reg. jur. Et generalis illa oratio de anno & die, manet nihilominus generalis, ſiquidem pertineat ad omnem Vaſallum alium, qui miles non eſt, atque ita non deſinit generis conditionem & naturam obtinere.*

*Nihil quoque moror ſingularem opinionem Domini Vultei lib. 1. cap. 7. n. 61. exiſtimantis, in anno & die eſſe juris rigorem, in anno & menſe æquitatem, annum & diem eſſe juris, annum & menſem obſervationis & uſus. Annum & diem eſſe inveſtituræ, & feudi petendi, ſed annum & men-*

*menſem eſſe feudi amittendi. Manifeſtò enim adverſatur hæc opinio feudorum placitis, quibus amitti feudum & privari Vaſallus dicitur, ſi non petat inveſtituram inter annum & diem, tit. 24. in prin. tit. 40. in prin. tit. 52. §. ultim. & tit. 55. §. præterea ſi quis, lib. 2. feud.*

*Annus autem & dies ille, ut & annus & menſis numerantur à tempore vel mortis domini, vel delatæ ſucceſſionis in feudum, d. tit. 24. in pr. ibi, ſi Vaſallus per annum & diem domino ſuo mortuo ſteterit, & d. t. 40. in pr. ibi, ut ſi poſt mortem domini Vaſallus, vel poſt mortem Vaſalli heredes eius per annum & diem ſteterint, lib. 2. feud. & d. t. 22. in pr. lib. 1. feud. Confert eodem text. in l. 2. ff. quis ordo in bonor. poſſeſſ. ſervetur, & l. 2. C. qui admitti ad bon. poſſeſſ. poſſunt.*

*Ceterùm tempus illud currit Vaſallo ex eo tēpore, quo primum comperit, aut feudum ſibi delatum eſſe: aut domino defuncto alium ſucceſſiſſe, arg. tit. 9. §. donare, v. porrò, ibi, ex quo ſciverit computando, lib. 2. feud. & l. 2. ibi, Ex quo eum defunctum ſciſti, C. qui admitti ad bonor. poſſeſſ. poſſ. l. 2. in pr. verſ. Ceterùm quacunq; die neſcierit, ff. quis ordo in bonor. poſſeſſ. ſervetur. l. etſi ſciſſes 8. C. de admniſt. tutor. Hartm. Hartmanni ab Eppingen lib. pract. obſerv. tit. 54. de feud. obſ. 11. Andr. Gayl. lib. 2. obſerv. 48. Mynſing. cent. 5. obſerv. 9. num. 1. & VVeſenbec. tractat. de feud. cap. 8. num. 6.*

9 *Tempus autem illud num arctare, & minuere poſſit dominus Vaſallo invito, non immeritò in quæſtionem vocatur? Negativa communiter feudiſtis placet, quorum in numerò ſunt Iacobin. de S. Georg. tract. de feudis, in verb. Qui quidem inveſtiti, n. 33. & alii plures, quos congeſſerunt & ſequuti ſunt Schrader. tract. feudal. part. 6. cap. 2. nu. 2. Ioan. Borcholt. in Commentar. in conſuetud. feud. cap. 7. part. 1. nu. 36. Henric. à Roſenthal in ſynopſi juris feudal. cap. 6. concluſ. 101. & Herman. Vulteius, lib. 1. de feud. cap. 7. n. 62. Atque hanc ſententiam & ego juris autoritati conſonam reor; tùm quia dilatio ex cauſa alicui conceſſa ipſi invito auferri non poteſt, l. 2. l. 4. §. ſi quis condemnatus, ff. de re judic. l. adulter. 5. C. ad leg. Jul. de adulter. Tùm etiam quia debitor in diem quod debet, ante eum diem exigi ab ipſo invito nequit, l. eum qui, 41. §. quotiens, & l. ſeq. l. quotiens, 59. ff. de verbor. oblig. §. omnis ſtipulatio, Inſtit. dict. t. & l. obligationum. 44. §. 1. ff. de oblig. & act.*

*In dubium autem vocatur, an prorogare tempus illud dominus poſſit Vaſallo invito? Thomas de Marinis, tract. de gener. & qualitat. feudor. tit. 2. num. 54. affirmat, ſed Bald. in dict. tit. 22. lib. 1. feud. & poſt alios Schrader. dict. part. 6. cap. 2. num. 7. negant, & meo quidem animo recte. Tùm quia permitti non debet domino, quod non permittitur ipſi Vaſallo, ſiquidem dominus*

& Va-

Digitized by Google

*& Vaſallus ad paria teneantur, tit. 6. in fin. & tit, 33. §. 1. lib. 2. feudor. Vaſallo autem integrum non eſt tempus illud prorogare, proindeq; nec domino id licere debet: Tum eiam quia intereſſe poteſt Vaſalli, ne prorogetur tempus illud, puta ut bonæ fidei poſſeſſor prædii feudalis efficiatur, & fructus jure percipere poſſit.*

*Quod ſi Vaſallus non petat intra tempus legitimum, feudi inveſtituram amittit feudum, d. t. 24. in princip. tit. 40. in princ. tit. 52. §. ult. & tit, 55. §. præterea ſi quis, lib. 2. feud. niſi juſta ex cauſa excuſationem mereatur, tit. 22. in prin. libr. 1. feudorum, ubi juſtæ cauſæ enumerantur infantia, (vel ut alii legunt infantia puta domini) mors, capitales inimicitiæ, & juſta abſentia. De his aliisq; cauſis quæ excuſationem Vaſallo præſtant, agit quoque Iacob. de Ardiz. in uſib. feud. cap. 43. & 72. Mynſing. cent. 5. obſerv. 9. Schrader. dict. part. 6. cap. 2. num. 15. & aliquot ſeqq. Henric. à Roſenthal. in ſynopſi juris feudal. cap. 6. concluſ. 69. & ſeqq. & Dominus Vulteius lib. 1. de feud. cap. 7. nu. 73. & ſeqq.* 10

*Sed quæritur ex contrario, an & dominus jus ſuum in feudo perdat, ſi intra legitimum tempus petentem Vaſallum inveſtire malitioſè differat? Iacobin. de S. Georg. tract. de feud. in verb. qui quidem inveſtiti, num. 4. & Schrader. dict. part. 6. cap. 2. nu. 7. aliorum autoritatem ſequuti affirmant. Sed Antonius Contius tr. de feud. cap.* 11



Digitized by Google

quibus modis feudum adquiratur, mihi pag. 35. verſ. ſed ſi dominus, affirmativam nulla probari lege ſentit, æquitatem verò hanc opinionem ſuadere autumat. Verùm prior ac crebrior ſententia etiam feudorum legibus probari mihi planè videtur. Verbum enim ex legibus accipiendum eſt tam ex legum ſententia, quam ex verbis, l. nominis 6. §. 1. ff. de verb. ſign. Mens autem ſive ſententia legis feudalis privat dominum feudi jure, ſi Vaſallo petenti inveſtituram facere renuat, hoc ipſo, quod dominum & Vaſallum ad pares redigit vices, tit. 6. §. ult. lib. 2. feud. & can. de forma, §. ult. quæſt. 5.

42 Pertinet & illud ad tempus petendi inveſtituram, quod congruo, non noctis, neq; prandii, aut cœnæ, neq; balnei tempore Vaſallus adire dominum, & petere ab eo inveſtituram debet, arg. l. ſi ſoluturus, 39. ibi, ſi inopportuno tempore, ff. de ſolut. & ſcribit Bartol. in l. more 8. nu. 1. & 2. ff. de feriis Martin. Laudenſ. ad tit. 22. num. 25. lib. 1. feud. Zaſ. de feud. part. 7. n. 5. Ludolph. Schrad. d. part. 6. cap. 3. num. 10.

13 Alterum huius capitis membrum eſt de loco, petendi inveſtituram. Locus ille ſimiliter opportunus, & congruus eſſe debet, d. l. ſi ſoluturus. 39. ibi, ſi inopportuno tempore vel loco, ff. de ſolut. Eiuſmodi autem locus eſt, de quo convenit inter dominum & Vaſallum, tot. tit. ff. de eo, quod certo loco, l. unic. C. ubi conveniatur, qui certo loco

dare

dare promiſit. Quod ſi eo loco non inveniatur dominus, adeundus eſt alio idoneo loco, puta ubi domicilium habet, aut ubi feudum eſt promiſſum argument. l. heres 18. §. 1. & ultim. ff. de judic. & conferunt, quæ tradit Accurſ. ad l. 1. & ibi Donellus nu. 6. ff. de eo, quod certo loco. Duarenus ad eundem titulum cap. 4. Accurſius in l. eum qui, 43. ff. de judic. & gloſſ. in l. ſi duo, 16. §. 1. ff. de conſtit. pecun. Quod ſi de loco inveſtituræ actum eſt nihil inter dominum & Vaſallum, tunc ſimiliter hic illum adire debet in loco habitationis conſuetæ: vel ſi ibi non inveniatur, in loco ubi ſita ſunt prædia feudalia, aut ubi feudum eſt promiſſum, argument. l. quod legatur, 38. ubi Bartol. & alii Dd. ff. de jud. Prius illud communiter placet etiam feudiſtis, Martinus Laudenſ. ad titul. 22. libr. 1. feudorum, & poſt alios Laurentius Sylvanus de feudi recog. quæſtion. 18. poſterius patet ex dict. leg. quod legatur. 38. ff. de judic.

Extra loca prædicta ſequi dominum non tenetur Vaſallus, niſi ſit in loco vicino, quo Vaſallus ſine magno ſumptu pervenire poſſit, argument. l. Mævia, 13. in fin. ff. de annu leg. l. ſed & hæ, 35. §. 2. ff. de procuratoribus l. 4. §. ſi tam vicinum, ff. de damno infecto. Curtius Junior in tractat. feud. part. 4. nu. 49. Frideric. Schenck Baro ad tit. 24. num. 7. Schneidevvin. de feud. part. 5. num. 40.

*Si item prædicta loca tutò adire non poſſit Vaſallus, ut quia vel peſtilenti aëre infecta ſunt, vel quia eò commeari non poteſt, quod iter ab hoſte interclusum eſt. Ex his enim & aliis ſimilibus cauſis petere poteſt Vaſallus à Domino, ut alio loco inveſtituram facere velit, argum. l. uſuras, 8. C. de ſolutionib. junct. l. ſed ſciendum, 7. ff. ad Senatuſconſultum Trebell. & docet Zaſ. de feud. cap. 7. num. 4.*

14 *Tertium & ultimum hujus capitis poſtremi membrum eſt de modo petendi inveſtituram. Qua autem formula ſive modo petenda ſit à domino inveſtitura, feudorum jure cautum non eſſe ſcribit Anton. Contius, tractat. de feud. cap. quibus modis feud. adquir. mihi pag. 35. verſ. ſed jure Longobardico. Verùm quis modus ille ſit, feudorum jure non obſcurè intelligitur ex text. in tit. 23. verſ. quomodo, & tit. 22. verſ. Curia autem, lib. 2. feud. Ex quo utroque loco intelligimus, quod Vaſallus cum honoris præfatione, humiliter, obſequioſè ac devotè inveſtituram petere à domino debeat, idque tradit etiam gl. in tit. 3. §. nulla, in verb. à fidelit. lib. eod. feudor. Zaſ. in epitom. feud. cap. 7. num 13. Schneid. de feud. part. 5. num. 57. & ſeq. Nicol. Mozz. tractat. de feud. cap. de ſubſtantial. & requiſit. feud. num. 61. Ludolphus Schrader. poſt alios tractat. feudal. part. 6. cap. 1. nu. 19. Quod ſi dominus ſit Imperator, vel Rex, genua etiam proſternere,*

*& præ-*

& procumbere in terram debet Vaſallus, aut ab eo miſſus procurator inveſtituram petens: non etiam ſi Imperatore vel Rege ſit inferior dominus, Gravett. conſil. 517. quem refert & ſequitur Schrader. dict. part. 6. cap. 1. nu. 19.

Vocatur autem in quæſtionem, ſit neceſſe necne, ut Vaſallus inveſtituram petendo, fidelitatem quoq; polliceri domino debeat? Aiens opinio probari videtur textu titul. 24. in princ. inveſtituram petendo, fidelitatem pollicendo, lib. 2. feudor. Sed negantem ſententiam ſuadet text. in tit. 22. in princ. lib. 1. feud. & tot. tit. 52. in fin. & tit. 55. in princ. §. Præterea ſi quis, lib. eod. feud. Quibus ex locis cognoſcimus, quod Vaſallus petendo inveſtituram, offerre ſe intelligatur tacitè ad promiſſionem fidelitatis. 15

Eſt & illud ſecundũ feudiſtas de modo petendi inveſtituram, quod Vaſallus cum inſtantia, & diligentia eam petere tenetur. In quam ſententiam varios adducit Autores Schrader. dict. part. 6. cap. 3. n. 8. & approbat hanc opinionem Sylvanus de recognit. feud. quæſt. 92.

# INDEX RERUM AC VERBORUM MAXIME MEMORABILIUM,

## Quæ in hoc Commentario continentur, ordine Alphabetico diſpoſitus, & duobus numeris diſtinctus.

*Quorum prior paginam, poſterior marginem iſtius paginæ demonſtrat.*

## A.


ABlativi abſoluti quid inducant, & quã vim habeant. pag.566.n.79.

Actio præſcriptis verbis an omnis ſit bonę fidei actio.p.47.n.42.

Actionum formulę antiquę hodiè ſublatæ. pag.63.n.58.

Adverbii *Meritò* vis & natura. p.216.n..80

Adverbii *Vlteriùs* vis & natura quæ.p.536.nu. 63.

Allodialis res jure cõmuni

muni per ſolam traditionem nō adquiritur, niſi accedat juſta aliqua cauſa. 19.4.
Annus & dies, item annus & menſis, intra quos inveſtitura petenda, à quo tempore numerentur. pag. 609. n.8.
Argentariæ quid ſint. p.252. n.101.
Argumētum à contrario ſenſu quādo procedat. p.33.n.26.
Articulus Hic vicem nominis proprii ſuſtinet. p.94.n.94.
B.
Beneficium Imperatoris quam pleniſſimè interpretandum. p. 59.n.55.
Breve teſtatum in libris feudorū quid.p.433.68
Breve teſtatum ut ſit legitimum quid requiratur: Et vnde nomen habeat. p.437.n.72.
C.
Cæcus an novam inveſtituram accipere poſſit. p.309.n.134.
Cambiū quid. p.20.n.5.
Cauſſæ excuſantes Vaſallum, qui intra annum & diē inveſtiturā non petit. p.611.n.10
Clericus an per novam inveſtituram feudum accipere poſſit. p.326. nu.145.
Clerici & Monac. quomodo differant. p.329. nu. 146.
Collectivo nomine vocati, unam duntaxat perſonam referunt. p. 94.n.95. & n.99.
Conditio in jure quotuplex. p.461.n.12.
Condictio ex lege nuſquam in jure contractibus bonæ fidei annumeratur. p.48.n.43.
Contractus juris gentiū an omnes ſint bonæ fidei. p.53.n.49.
Con-

Contract' feudalis differt ab ipſo feudo. p. 40. n. 35.
Contractibus ſtricti juris non tantum illud continetur, de quo nominatim cõvenit, verum etiam quid aliud. p. 55. n. 52.
nullus Contractus juris civilis eſt bonę fidei. pag. 48. n. 44. & p. 53. nu. 48.
nullus Contractus bonæ fidei dici poteſt, quàm qui nominatim ipſa lege jubetur eſſe bonæ fidei. p. 47. nu. 41.
Contractus natura quę. p. 480. n. 28.
Contractus ſubſtantia. ibid. n. 27.
Contractuũ natura alia ſeparabilis, alia inſeparabilis. p. 482. n. 29.
Cura nõ ſemper eſt rerum, ſed quandoque etiam perſonæ. pag. 131. nu. 21.
Curtis quid. pag. 299. nu. 128.

D.

Debitor an in jus vocari poſſit, nulla admonitione præcedente. p. 455. n. 4.
Decimæ ſunt tributa animarum egentium. p. 190. nu. 64. in feudum dari prohibentur. ibid.
Deficere in materia ſucceſſionis quis dicatur. p. 545. n. 69.
Dictio *Cum* quomodo differat à particula cõiunctiva Et. pag. 518. nu. 51.
Dictio *Donec* in ſacris literis de futuro tempore negat: & quo ſenſu accipienda ſit in t. 17. lib. 2. F. p. 569. nu. 82.
Dictiones *Simul*, *unà cum*, *ſicut*, in pactionib. inveſtiturarum quid

Digitized by Google

quid operentur. p.519. nu. 52.
Diſpoſitio generalis tãtum operatur quoad omnia contenta ſub genere: quantũ ſpecialis quoad cõprehenſa ſub ſpecie. p. 324. n. 144.
Diſtrictus quid. p.300. nu.128.
Dominicũ quid. 191.65.
Domin⁹. feudi competenti actione cõventus, utrum præcisè feudum Vaſallo tradere cogatur, an v.id quod intereſt præſtando liberetur. 603. 4.
Donatio Cõnſtãtini eſt falſa atq; ementita. 199.69.
Donatio ſimplex an ſit contractus. p.23.n.12. & ſeqq.
Donatio ſimplex producit actionem perſonalem, condictionem videlicet ex lege. p.34.n.14.

E.

Effectus pactionum inveſtituræ. pag.598. n.108. & ſeqq.
Emphyteuticus cõtractus eſt ſtricti juris. 52.48.
Evictio non tantum in actione bonæ fidei, ſed etiam in quibuſdam ſtricti juris actionibus prȩſtanda. pag.51. n.47.

F.

Fahenlehen quod. p.303. nu. 129.
Feudum an ſit contractus. 27..18.
Feudalis conſtitutionis ſpecies quæ. pag.30. nu. 22.
Feudum præſcriptione acquiſitum an ſit vetus feudum. p.64. nu. 63.

Feu-

Feudum differt à contractu, tanquam effectum à cauſ. p.28.n.18.

Feudũ obligatoriè quomodo conſtituatur. p. 31. n. 23. quomodo adquiſitoriè. ibid.

Feudum ſine ſolẽni inveſtiturę actu non cõſtituitur. p. 73. n. 74.

Feudum eſt quædã donatio. p. 116. n. 4.

Feudum in quibus reb. conſiſtat. ibid.

Feudum Gaſtaldiæ. p. 458. n. 7.

Feudum Guardiæ. ibidem. n. 8.

Feudum pro mercede. p. 459. n. 9.

Feudi alia eſt natura, alia ſubſtantia. 478. 24.

Feudi natura alia propria, alia impropria. p. 483. n. 30.

Feudi natura propria pacto inveſtiturę mutata, an impropriũ efficiatur feudum. 492. nu. 34.

Feudum an etiam in re mobili conſtitui poſſit. p. 484. n. 32.

Feudum per ſolam inveſtituram Vaſallo nõ adquiritur, niſi ex juſta cauſa aliqua ad adquirẽdum feudum idonea. p. 19. n. 5.

Fideiuſſor, qui intervenit pro pupillo inveſtiturã faciente an fideiuſſorio nomine ad intereſſe cõveniri poſſit à Vaſallo. p. 117. n. 5.

Fidelitatis verbũ quos habeat ſignificatus. p. 8. n. 8.

Filiusfamilias de peculio profectitio inveſtituram facere non poteſt. p. 154. n. 44.

Fœminæ ad ſucceſſionem feudi vocatæ, & per maſculum ſemel excluſæ, an perpetuò cenſeantur excluſæ. p. 535. n. 62.

Formula interdictionis



Digitized by Google

qua olim prodigo bonis Prætor interdicebat· p.153.n.42

G.

Generali oratione continetur, quidquid eſt generis eiuſdē, cuiuſcunq; etiam cōditionis fuerit ſub eodem genere. p.189.n.64.

H.

Homagium ſive hominium quid; & quomodo fiat. p.355.n.6.

Homagii forma. p.356. nu.7.

Homagii jusquomodo ſit introductū.359.n.9.

Hypothecæ datione feudo alienato, an Vaſallus eo privetur. p. 296.n.126.

I.

Imp.Rom. quem judicē agnoſcat.p.210.nu.75.

Imperatoris munus & officium. p.193.n.67.

Imperator mundi dominus. p.195.n.68.

Imperator ſuis cōſiliis, ſuisq; laborib. pro toto terrarū orbē diu noctuq; laborat. 196. 68.

Impubes infante maior an de feudo inveſtiri poſſit. 313.136.

Impubes volens jurare fidelitatem nō repellitur. p.314.n.138.

Impubes an ſine tutoris ſui authoritate inveſtituram rectè accicipiat? 313.n.137.

Infames an novam accipere inveſtiturā & per eam adquirere feudum novum poſſint? p.320.n.142.

Infans an accipe poſſit inveſtiturā? p.311.n.135.

Interdictionis formula, qua olim prodigo bonis Prætor interdicebat. 153.42.

Inveſtitura quid.p.5.n.1.

Inveſtituræ notatio. 11. 15. eius varia ſig. 7.12.

Inveſt. quotuplex. 18.1.

Inveſt. noua quæ. 18. 2.

Inve-

Inveſtituræ appellatione varii denotantur actus. pag.83.nu:37.

Inveſtitura feudi veteris quæ: p. 66. nu: 61: quando petenda. p. 68.n: 65: & pag. 605. n.6. & ſub qua forma iſthæc petitio fieri debeat. p:69.n.66.

Inveſtitura feudi veteris interdum appellatur renovatio inveſtituræ novæ, vel inveſtitura renovativa: p: 68.n:64.

Inveſtituræ natura mutata per renovationem inveſtituræ, errore vel metu mutata præſumitur. p.71. nu. 68.

Inveſtitura in feudo novo quando petenda. p. 601. n: 1.

Inveſtitura abuſiva. p. 73. n: 72: & p.353.n.2. eius genera quę.p.73. nu:73:

Inveſtitura in diem. p. 458. n. 6.

Inveſtitura quo tempore petenda. p:612. nu: 12: ubi petenda ibid. nu:13. qua forma ſive quo modo petenda. p: 614. n: 14.

Inveſtitura propria: p. 72. n:71.

Inveſtitura an ſit contractus: pag.38.n.34: nominatus vel innominatus: p: 40. n: 35: & ſeqq: utrum bonæ fidei vel ſtricti juris: p.45. n: 40:

Inveſtitura ſimultanea: p. 86: nu: 85: eius ſpecies quæ ibid. n: 86:

Inveſtitura ſub conditione: p.461.n.11:

Inveſtitura facta de feudo Vaſalli adhuc viventis, an valeat: p: 464. n. 13:

Inveſtituræ ſubſtantia; pag.351.n.1. & quibus rebus ea contineatur:

Digitized by Google

tur. pag. 351. n. 2.
per Inveſtituram, qua feudum adquiritur, ea ſola ſignificatur inveſtitura; cum qua poſſeſſionis traditio conjuncta eſt. p. 83. n. 82.
Iuramētum aſſumit omnes qualitates eius actus, cui adducitur, illudq; juxta eius naturam interpretandum. p. 384. n. 30.
Iure Saxonico agnati nō accipiunt inveſtiturā ſimultaneam, niſi cōſentiente agnato feudi ſucceſſore. 88. 89.
Iuris partes tres: Lex ſcripta, conſuetudo, & Æquitas. p. 224. n. 85.
Ius repræſentationis qbus in caſibus locum habeat. p. 100. n. 104.

L.

Lege prohibente quod fit, ipſo jure eſt nullū. p. 138. n. 29.
Leges novæ, quæ ſunt correctoriæ, ſtrictè accipi debent, adeò, ut tacitè extendi nō poſſint, ne quidē ad propriam naturam eius; in quo correctę dicūtur. 158. 48.
Legis Letoriæ capita. p. 137. n. 28.

M.

Maritus an ſit dominus prædii dotalis. 282. 117.
Mente captus an novā accipere poſſit inveſtituram. p. 309. n. 134.
Minor 25. annis quando legitimè res ſuas adminiſtrare dicatur. 140. 30.
Monachi & Cler. quomodo differant. p. 329. nu. 146.
Monachis quale feudū dandum. p. 332. n. 147.
Monachis feudum datum quando ceſſet. p. 335. 148.
Monachus an novi feudi capax ſit. p. 329. 146.
Mutus an novam inveſtituram accipere poſſit. p. 309. n. 134.

N.

Notorium habet vim ſententiæ. p.150.n.39.

Notorium aliud eſt juris, aliud facti. 151. 41.

O.

Obligari verbum in dubio, de qua obligatione intelligendũ. 132. 23.

Obligatio mutua non eſt propria nota contractus bonæ fidei in quarto modo. p.56. 53.

Omne inſolitum reddit actum ſuſpectum & metus inde præſumitur. p.71. n. 68.

Opinio, quæ à maiori parte Dd. recipitur, verior præſumitur; & habet vim conſuetudinis. p. 558. n.75.

P.

Pacta, quib. feudo aliquid preter naturã ei' adiicitur quæ. 493. 37.

Pacta ambigua ſtrictè ſunt interpretãda cõtra eum, pro quo adiecta ſunt contractui. p. 578. n.87.

Pacta obligatoria inveſtituræ. p.598.n.109.

Pacta liberatoria inveſtituræ. p.599.n.110.

Pacta nuda jure Wirtembergico æquè pariunt actionem, atque contractus. p.25.n.16.

Pacta quibus inveſtituræ aliquid adiici prohibetur, quæ. 587. 96.

Pactum nudum legitimum quod. 21.8.

Pactum obſtagii (Die Leyſtung) an hodiè adhuc valeat. 590. 99.

Pactionum inveſtituræ effectus. p. 598. n.108.

Pactum interdum abſq; exceptione ipſo jure tutum & ſecurum paciſcẽtem efficit. 54. 51.

Pactorũ contractui bonæ fidei in continenti adiectorum propriũ quod. p. 50.n.46.

Pactum, q; rerum traditionib. confeſtim adiicitur, æquè actionẽ producit, atque pacta

bonæ

bonæ fidei contractibus in continenti adiecta. p.50.n.46.
Pares curiæ. 413. 52.
Pares curiæ ſi adhibentur inveſtituræ ſolennitati, an adhuc requiratur, ut breve teſtatum de inveſtitura fiat. p.446.n.74.
Plebis appellatione qd ſignificetur in tit. 10. verſ. qui vero à Principe, lib. 2. F. 304. 130.
Poſſeſſionis cauſam nemo ſibi mutare poteſt. p.7. n.4.
Princeps an ſit ſolutus legibus. p.211. n. 78.
Procuratores, quib. libera omnium rerum adminiſtratio cōmiſſa eſt, utrum alienandi poteſtatem habeāt. p. 163. n. 52.
Procuratores rerum alienarum an novā facere poſſint inveſtituram? p.160.n.51.
Procurator ſpecialis, & procurator omnium rerum, quomodo cōparentur. p.162.n.51.
Prodigalitas an ex eo probari poſſit, ſi maior 25. annis ſibi curatorē dari petat? 144.35.
Prodigo curatorē dare, & eidem bonis interdicere ſunt in jure cōnexa. 152.42.
Prodigus qui. 142.33. indicia prodigalitatem arguentia quæ. 143.34.
Pubes minor novā inveſtituram facere non poteſt, ſive ſit minor 14. annis, ſivè minor 25. annis. p. 129. n. 16.
Et de quo minore hoc pronunciatum exaudiendum, an de minore curatorem habēte, an. v. de minore curatorem non habente ibid. n. 17.
Pubes minor 25. annis eſt ſimilis prodigo, cui bonis interdictū. 13.20.
Pubes minor 25. etiam

ſine curatoris ſui conſenſu ex ſtipulatu obligatur: at non obligatur ex quovis alio contractu. 136. 26.
Pubes minor 25. annis jure civili Iuſtinianeo curatorem invitus accipere? cogitur præterq̄ in litem. 139. 29.
Pubes minor curatorē non habens neminem de feudo novo inveſtire poteſt. p. 139. n. 29.
Pupillus an accedente tutoris auctoritate novam facere poſſit inveſtituram. 116. 4.
Pupillus ex an cōtractu quē tutoris autoritate non adhibita fecit, naturaliter ſaltem obligetur, p. 118. 6. & ſeqq.
Pupill⁹ quis ſit infantiæ proximus, quis ite pubertati proximus. pag. 128. n. 14.
Pupillus interdum etiā ſine judicis decreto novam facere poteſt inveſtituram. 128. 15.
Pupillus quando juſiurandum ab aduerſario delatū volens ſubire & præſtare poſſit. 115. 3

Q.

Qualitas verbo adiecta ſecundū tempus verbi illius intelligenda. p. 542. n. 65.
Quod jure definitum nō eſt, neq; in univerſum definiri poteſt judicis arbitrio eſtimandū relinquitur. 420. 58.

R.

Regalia an ab Impatore alicui in feudū novum dari poſſint? 242. 97.
Regalia maiora, quomodo ab Imperatore in feudum alicui concedantur. 245. 98.
Regaliū minorum conceſſio ut robur habeat, quæ ſint requiſita, 249. 99.
Regula, Ceſſante cauſſa ceſſat effectus, quādo procedat. 505. 94.

Regu-

Digitized by Google

Regulæ, quæ circa interpretationẽ pactionum inveſtituræ ſunt notandæ. 595.103.
Res, quæ ſunt in dominico Eccleſiæ, an dicantur quoque eſſe de menſa Eccleſię. 191.65.

S.

Scepter Lehen / quod, 303. 129.
Servitutes an hodie per ſe uſucapi poſſint? p. 283..n.119.
Societatis nomen pertinet etiam ad matrimonium, itemque ad rerum communionẽ, quæ abſq; contractu conciliatur. 44. 38.
Spurii an ſint infames, 317. 141.
Spurius an novam accipere inveſtiturã jure poſſit? 315.140.
Stipulatio interdũ contractibus bonæ fidei annumeratur. 53. 48.
Stipulatio eſt contractꝰ omniũ firmiſſimus: Et ad ꝙ inventa. 136. 27.
Subinfeudatio ut ſubſiſtere poſſit, quæ ſint requiſita. 292. 122.
Subinfeudatio quouſq; progredi poſſit. 294. 123.
Succeſſio quomodo fiat in feudis jure Saxonico. p.89. n.90.
Surdꝰ an inveſtituram accipere poſſit. 309. 134.

T.

Territorium quid. 300. 128.
Teſtationis inveſtituræ ſpecies. 411. 50.
Teſtatũ breve in libris feudorũ quid. 433. 68.
Teſtes ad inveſtituræ teſtationem qui adhibendi. 414. 53.
Traditio poſſeſſionis in libris feudorum etiã inveſtitura dicitur. p. 446. n.77.
Tutor an de rebus pupilli novam inveſtituram facere poſſit? 167. 53.

Tutor

Tutor quando authoritatem ſuam interponere debeat. 188.63.
Tutor res pupilli immobiles, & quæ immobilium loco ſunt, item res mobiles precioſas ſine decreto alienare non poteſt. 116. nu. 4.
Tutor Vaſalli pupilli an juramentum fidelitatis etiam ſine mandato præſtare poſſit? p. 389. n. 33.

*V.*

Vaſalli per non Sacramentum qui. 367. 19.
Vaſallorum varia nomina. 303. 129.
Vaſall⁹ an teneatur Domino fidelitatem jurare etiam contra ſuũ patrem? 389. 34.
Vaſallus an de ſuo feudo, quod ab alio poſſidet, aut de feudi ſui parte, alium quempiã jure ſubinveſtire poſſit. 289. 121.
Vaſallus Eccleſiæ an de feudo ſuo Eccleſiaſtico alium ſubinveſtire poſſit? 297. 127.
Vaſallus qua forma domino ſuo fidelitatem promittere debeat. p. 367. n. 20.
Venditor utrum præciſè rem venditam tradere emptori compellatur, an vero intereſſe præſtãdo liberetur. 33. 27. & ſeqq.
Verba illa *alium honorẽ habere* quid ſibi velint. 300. 28.
Verba *Cum omni jure* quid in inveſtitura denotent. p. 262.
Verba *in infinitũ* in tit. 34. §. ſimiliter lib. 2. F. quomodo ſint exaudienda. 295. 124.
Verba iſthæc nach rechter Sipſchafft/ quid in ſimultanea inveſtitura de jure Saxonico deſignent. p. 90. n. 91.
Verbi *Decet* ſignificatus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

tus. 227. 87.
Verbi *Licere* ſignificatus. 224. 84.
Verbi *Poſſe* quæ natura. 217. 81.
Verbum *Videri* interdum impropietatis, interdũ veritatis nota. 213. 79.
Vis & natura coniunctionis Et. 97. n. 98. & voculæ ÆQUE. 98. 100.
Uſucapio rei, h. e. corporis, non juris dominium uſucapienti tribuit. 182. 17.
Uſusfructus nemini adquiritur, niſi ex cauſa quadam eius conſtituendi juſta. 19. n. 5.

## *CORRIGENDA.*

Pag. 4. lin. 8. natura. p. 7. l. 7. hìc. p. 11. l 15. traditione. p. 13. l. 25. pro et, legendum ff. 14. l. 33. venditor. p. 15. l. 16 condictio. p. 21. l. 16. Corneliano. p. 23 l. 8. Cornelianũ. p. 30. l. pen. *Vna*.. p. 35. l. 19. *At*. p. 54. l. 6. una eſt *hæc*. p. 71. l. 6. deſcendentes. p. 81. l. 7. pro illa, lege alia. p. 105 l. 16. pro et, legendum ff. p. 108. l. 20. ſolita. p. 109. l. 2. pro et, legatur ff. p. 112. l. 3. ſubinfeudatio. ibidem l. 4. Tit 34. & poſt §. ſimiliter, inſeratur lib. 2. F. p. 131. l. 9. Curatori. p. 157. l. 18. dele fam. p. 188. l. 23. præſcriptioni. p. 191. l. 21. adde numerum marginalem 65. p. 210. l. 6. præponatur numerus 75. p. 295. l. 7. lib. 2. F. p. 371. l. 4. pro tùm etiam, lege ut et, p. 404. l. 2. Topicis. p. 405. lin. 21. num. 11. p. 450. l. 30. pro 92. lege 62. p. 520. deleatur prima linea per totum. p 522. præponantur lineæ primæ verba hæc: ciati argumentum adduci, quod paria ſunt, non eſſe cauſ-. p. 601. l. 2. deleatur quę. p 367. lin 20. ſacramentum. p. 594. lin. 16. quæ. p. 399. lin. 26. domino, ne major.

*Reliqua σφάλματα æquus lector pro ſuo candore facilè emendabit.*

## *FINIS.*

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google